

**S** Annales  
seu  
**C**ronicae

INCLITI REGNI POLONIAE

opera venerabilis domini  
JOANNIS DLUGOSSII  
canonici Cracoviensis  
antiquitatum gentis suae  
observantissimi  
summa cum diligentia collectae  
recto veritatis tramite  
fideliter custodito

IOANNIS DLUGOSSII

ANNALES SEU CRONICAE  
INCLITI REGNI POLONIAE

LIBER PRIMUS

LIBER SECUNDUS

VARSAVIAE 1964

PAŃSTWOWE WYDAWNICTWO NAUKOWE

## I N T R O D U C T I O

Consilium operis Dlugossiani iterum edendi iam dudum virorum doctorum, qui mediæ aevi historiae penitus explorandæ eximiam curam impenderunt, in animis obversatum esse constat, praesertim vero apud eos historiae viguisse studiosos, qui in cathedra historiae Poloniae et historiae universae mediæ aevi in Universitate Jagellonica consociati fontes, quibus nixus erat Dlugossius in *Annalium* parte res gestas a. 1384–1480 complectenti, omni ex parte diligenti atque accurato examini subiecerunt. Hanc enim partem ad illud temporis spatium pertinentem carptim tantum doctorum hominum studiis tentatam fuisse videbis, si fontes, in quibus fulta erat, in rationem vocaveris. Semel atque iterum diversis temporibus Ladislaus Semkowicz, historiae in Universitate Jagellonica professor, in seminariis studia analytica Dlugossiana suscipiebat, insignem operam „Chorographiae” imprimis navabat suosque discipulos historiae scilicet studiosos is studiis initiabat.

Tempore labente cum studia feliciter incohata primam messem effundere coepissent (huc pertinet et mea cura, qua investigationem in fontes Dlugossii ad pugnam apud Grunwald commissam spectantes mihi institui) persuasum erat viris doctis circuli Cracoviensis non fore, ut quaestio, quibus usus esset historicus fontibus et in historia saec. XV et antiquiorum temporum perscribenda, ad liquidum iuste perduceretur, nisi omnia Dlugossii manuscripta diligenti cura excuterentur. Summi enim pretii opus Alexandri Semkowicz, quo de interpretatione criticam rationem sequenti tractatur, positum est non in manuscriptis altius perpensis, sed in editione Przedzieckiana non satis scienter confecta. Huius enim maxime memorabilis editionis textum Latinum nec non versionem Polonicam a C. Mecherzyńskio confectam abhinc octoginta fere annos in lucem emissam iam non correspondere progressibus, quos novissimis decenniis studia historica et critica perfecerint, unicuique patet.

Sat est quidem commemorare textum Latinum a Żegota Pauli curatum non in omnibus ne pretiosissimis quidem manuscriptis fultum, translationem vero Polonam e vetere editione Lipsiensi confectam suppletamque multis locis cum textu Latino non esse comparatam. Stilus ac sermo translationis Mecherzyńskianae vocabulis vetustis et obsoletis refertus huius saeculi virorum doctorum desideriis iam satisfacere non potest. Atqui editione a Przedzieckio parata per tres aetates usi sunt historici, translationem vero Polonam perquam saepe adibant iuvenes studiosi, ludorum praeceptores et magistri, homines litterati ac iuris publici periti nec non popularis auræ scriptores historici. Post recentissimum bellum confectum sat multae mediæ aevi chronicorum

editiones criticae denuo exaratae apud nostrates in lucem prodeunt eademque saepissime translationibus Polonicis instruuntur. Haud aliter apud extraneos res se habent; hic quoque intenditur id maxime, ut ad veteres editiones iterum atque iterum typis expressas quam plurimis legentium circulis aditus patefiat. Quare v. gr. et in Bohemia et in Germania ex sermone Latino seu vetere Germanico seu vetere Bohemico versiones in linguas novellas seu Germanicam seu Bohemicam confectae veterum historicorum operibus publicandis adiciuntur. At Dlugossii opus praestantissimum peculiaris curae ac diligentiae indigebat: plurimum religionis in textu genuino reficiendo potissimum ponendum erat, ut certum solidumque fundamentum conderetur philologis et mediae aevi historiae explorandae studiosis. Non minore cum cura et ipsa translatio Polonica perficienda erat, ut plurimi lectores quam uberrimum fructum ex egregio illo clarissimi historici nostri opere capere possent. Neque enim operae pretium est ullam Dlugossii editionem parare, quae praestantiae et scientiae Polonorum non satis respondeat.

Dlugossii Operum tomus primus, quem nunc in lucem emittimus tibi, lector candide, ut felix utaris, commendamus, duo amplectitur volumina, quorum uno exhibetur textus Latinus, altero vero translatio Polonica locupletissimis adnotationibus ditata. Munus textus Latini recte constituendi in se recepit Vanda Semkowicz-Zaremba, quae plurimis manuscriptis Dlugossianis diligenter excussis atque examinatis sagacissimas observationes suas in „Praefatione” huic editioni praefixa iuris publici fecit et in novum ac singularem modum pervestigavit autographum, quod nunc Cracoviae in bibliotheca Czartorysciana numero 1306 signatum servatur quodque huic editioni res gestas Polonorum usque ad a. 1406 complectenti pro fundo ponitur. Reliqua operis Dlugossiani pars, quae proximo post hanc editionem tempore foras emittetur, in bibliothecae Cornicensis manuscripto Calvimontano S. Crucis maxima ex parte fulta erit. Ad opus Dlugossianum iterum edendum necesse erat cognoscere viam ac rationem, quam in conscribenda historia scriptor ingressus esset. Hac quaestione a V. Semkowicz-Zaremba ad lucidum perducta, nova fundamenta iacta sunt et veteri commentationi exegeticae Semkowiczii (usque ad a. 1384) recognoscendae et novae commentationi parandae reliquam *Annalium* partem a Semkowiczio non pertractatam continenti. Eadem mulier docta huius editionis instituta atque apparatus criticum textui subiectum scite confecit.

Admonendum est ab Instituto Geographico Universitatis Vratislaviensis novam editionem „Chorographiae” Dlugossianae versione Polonica instructam seorsum parari, quae quidem aliis praeceptis ac nostra nititur editio. Consilio cum professore B. Olszewiczio communicato ea *Annalium* pars, quae primum incipit librum, nostrae editioni inserta eiusque praeceptis subiecta est. Item commentationem res geographicas explanantem a B. Modelska-Strzelecka supra laudati Instituti Vratislaviensis sodale scienter conscriptam in nostram recepimus editionem.

In opere Dlugossii reedendo multi sudaverunt viri docti, qui et in Universitate Iagellonica et in Academia Scientiarum Polona historiae Polonorum mediaevalis studium prosequuntur. Volumen, quo textus Latinus praebet, ad lectorum extraneorum potius usum destinatum in brevius contractas habet adnotationes et V. Semkowicz-Zarembae „Praefationem” omissis quibusdam notitiis, quae in versione Polonica leguntur. „Praefationem” et „Introductionem” e patrio sermone in Latinum I. Koltowski et R. Turasiewicz, adnotationes vero alii converterunt. Adnota-

tiones ad „Epistolam dedicatorem” et ad historici argumenti partes libri I et II pertinentes Christina Pieradzka conscripsit. Textum Latinum ex autographo S. Perzanowski descripsit V. Semkowicz-Zarembae praecepta exscribendi secutus. In textu Latino cum aliis manuscriptis comparando A. Preissner et H. Marek, in nonnullis vero eius partibus rescribendis aliave opera B. Wyrozumska et G. Wyrozumski adiumentum quoddam editori attulerunt. Ad textum Latinum constituendum multa quoque contulit M. Plezia, cui hoc loco gratias agimus maximas.

Satis nobis conscius sumus nonnulla nos hic illic in editione nostra reliquisse, quae desideres. Sed velimus id tantum respiciatur, quod in solo virorum doctorum studiis parum trito ac cognito nos sumus versati, qui et posteritati quaerendi aperuimus vias et praecepta ac normas instituimus certas, quae reliquorum tomorum editoribus haud spernendo, credo, subsidio atque usui erunt. Ad hunc tomum in publicum edendum sex annos continuos consumpsimus eo potissimum retardati, quod multis aliis quaestionibus Dlugossianis dilucidandis praesertim ad ultimam *Annalium* partem spectantibus eodem ipso tempore sumus distracti. Speramus fore, ut maturius post hunc tomum reliqui foras emittantur tomi et totum atque absolutum Dlugossii opus in lucem prodeat, priusquam Rei Publicae nostrae conditae millesimum iam annum agentis memoria solemniter celebretur anniversaria. Huic memoriae hanc editionem sacram fieri statuimus, quod nobis persuasum erat hoc dono dedicando nos historiae studiosos et munere nostro optime perfuncturos et ad celebrandam illam nationis nostrae sollemnitatem plurimum collaturos nec non praestantissimo illi historiae Polonorum patri debitum honorem esse reddituros.

Restat, ut cum viris doctis imprimisque bibliothecarum praefectis, qui codicibus inspiciendis aliave opera huic editioni profuerunt, quos omnes enumerare non possumus, tum maxime Publicae Officinae Editionum Scientificarum, quae Państwowe Wydawnictwo Naukowe nominatur, cuius in aedibus hoc opus prelo mandatam est, ex animi sententia gratias agimus quam maximas.

IOANNES DĄBROWSKI

## P R A E F A T I O

En habes, lector benevole, Dlugossii opus nova atque immutata inscriptione *Annalium Poloniae* ornatum, quod sub titulo *Historiae Polonicae* anno 1615 Dobromili saeculo XVIII ineunte Lipsiae in lucem emissum est. Haec editio Lipsiensis iterum impressa est Mitzlero de Kolof curante in *Historiarum Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae scriptoribus*. Saeculo praecedente editores Cracovienses titulum *Historiarum* retinuerunt, quamquam Alexander Przedziecki in brevi praefatione editioni Operum omnium praefixae manuscripta, quibus editio illa nixa erat, *Annales* appellavit. Idem ipsum nomen *Elenchus codicum Annalium Joannis Dlugossii*<sup>1</sup> prae se fert.

*Annalium* inscriptio iam dudum in Polonorum historiographia nota erat. Iam Ioannes Daniel Janocki in scriptis bibliographiae<sup>2</sup> datis Dlugossii manuscripta constanter *Annales* vocat, quorum plurima pretiosissima putat propter eorum originem vetustissimam.

„In Praefatione”<sup>3</sup> et in eis operis partibus, quae postea conscriptae sunt, Dlugossius libens *Annalium* titulo ititur. Is titulus multio locis comprobatur apud Dlugossium obviis et maxime his, quibus legentes alloquitur: *ut autem legentibus Annalia haec rerum gestarum...*<sup>4</sup> Compositio formaque operis indicant iustum ac genuinum titulum *Annalium* fuisse. Quamquam enim manet incertum, quibus e chronicis sive antiquis sive Polonicis saec. XIII et XIV mutuatus sit illas historicus, manifeste tamen perspicitur operis compositionem esse annalisticam, nam auctor in rebus enarrandis annorum secutus est seriem.

Autographo ipso titulus operis non est nobis traditus. Manuscriptum illud a bibliopega non conglutinatum et per sexterna compositum plerumque exscribebatur ac diversis locis asservabatur. Saeculis progredientibus antefolium inscriptionem prae se ferens excidit nihilque ex eo reliquum est praeter id, quod in dorso tegumenti posterioris dimidii saec. XVIII incusum apparet: *Ioa. Dlugosz Annales Poloniae ad Annum 1406. Autographum.*

<sup>1</sup> *Joannis Dlugossii ... Historiae Polonicae libri XII*, ed. Al. Przedziecki, Cracoviae 1873 t. I (*Opera omnia*, t. X). *Elenchus codicum Annalium Joannis Dlugossii (Longini) qui adhuc innotuerunt*, p. I–VII.

<sup>2</sup> *Specimen catalogi codicum manuscriptorum bibl. Zaluscianae*, Dresno 1752, *Musarum Sarmaticarum specimina nova Vratislaviae 1771, Janociana*, t. I et II, Varsaviae 1776–1779 et t. III editionis a Linde a. 1819 curatae.

<sup>3</sup> De Dlugossii operis inscriptione paulo uberius tractavit Anna Rogala in *Roczniki Historyczne*, 1952 t. 19 p. 92–93, ubi censuram Thaddaei Sinko commentationis: *De Dlugossii praefatione Historiae Polonorum*, *Studia z dziejów kultury polskiej*, Warszawa 1949 inscriptae fecit.

<sup>4</sup> *Joannis Dlugossii op. cit.*, huius editionis p. XI („Litterae dedicatariae“).

Vetustissima manuscripta, quae proxime ad autographum accedunt, exhibent titulum hunc: *Annales* vel *Annales* seu *Cronice*. In quodam vetustissimo saec. XV exeuntis vel saec. XVI ineuntis apographo, qui codex Calvimontanus S. Crucis appellatur<sup>5</sup>, noto quoque sub nomine Stanislai Sierakowski (qui abbas ordinis s. Benedicti in Sanctæ Cruce fuit quique manuscriptum illud bibliothecae monachorum a. 1636 dono dedit) ornatissima scriptura gothica in antefolio impressa leguntur haec: *Annales seu Cronice incliti Regni Poloniae, opera venerabilis domini Johannis Longini canonici Cracouiensis antiquitatum gentis sue observantissimi summa cum diligentia collecte recto veritatis tramite fideliter custodito*.

Titulus *Annales seu Cronice* cum admonitione ad verbum e manuscripto Calvimontano S. Crucis exscriptus<sup>6</sup> legitur in eiusdem aetatis codices hodie sic dicto Regio<sup>7</sup>, quippe quem Stanislaus Poniatowski, Polonorum rex, habuerit posteaque Bibliothecae Nationalis Varsaviensis fieri statuerit. In eodem ipso codice depictus est scriptura ornatissima paulisper oblonga primi libri titulus qui in autographo omittitur: *Annalium Regni Poloniae per Dlugossium collectorum, incipit liber primus*.

Uterque titulus et *Annalium* et *Cronicorum* autographo traditus et ex manuscriptis Calvimontano et Regio depromptus in plurimis asservatur codicibus apographis, quibus in universum collectis editores Cracovienses ante hos centum annos nomen primae recensionis indiderunt. In quorum manuscriptorum numero erant ea, quae rerum summaris supra singula capita positae carebant; quo factum est, ut singuli libri ab *Incipit liber* initium saepenumero caperent.

Tituli *Historiae Polonicae* vel *Poloniae* vel *Polonorum* apparuerunt demum saeculo XVI fere medio. Qui retenti sunt in trium sequentium saeculorum editionibus, ut sunt editiones Dobromiliensis, Lipsiensis, Varsaviensis et Cracoviensis.

#### *De Annalium apographis eorundemque indicibus*

Saeculo XVIII Ioannes Janocki bibliothecarius comitis Iosephi Andreae Załuski, in cuius librorum collectionibus non pauci Dlugossii codices asservati erant, qui postea Petropolim<sup>8</sup> deportati in Bibliotheca Imperiali collocati sunt, copiosissimum eorum indicem Catalogo suo inseruit.

Alexander Batowski Janockii vestigia secutus in publicum edidit paucorum codicum descriptionem, qui in librorum collectione Leopoliensi reperti erant. Idem investigationem imprimis in autographi fata sibi instituens in dubium vocavit, num illud in Academia Cracoviensi<sup>9</sup> omnino quandocumque asservaretur. Recentioribus vero temporibus Ioseph Muczkowski, Universitatis

<sup>5</sup> cf. „Abbreviationes“ et p. 41.

<sup>6</sup> cf. titulum, quem haec editio prae se fert.

<sup>7</sup> Codex Regius asservatur Varsaviae in Bibliotheca Nationali, no 3005, antea in Bibliotheca Petropolitana (olim Imperialis Bibliotheca Publica, Lat. F. IV, 12). Codicem descripsit A. Biadecki in opere c. i. *Rękopisma Długosza w petersburskich bibliotekach pod względem paleograficznym i bibliograficznym*, Petersburg 1860, p. 2-13.

<sup>8</sup> cf. infra.

<sup>9</sup> A. Batowski, *Niektóre rękopisma księgozbioru Zakładu Naukowego im. Ossolińskich*, Lwów 1844, p. 42-45, 52.

Iagellonicae professor et bibliothecarius, vir optime de bibliographia et diplomatica meritis, pleniorum Długossii codicum conspectum brevissimis descriptionibus instructum confecit addiditque notitias de deperditis<sup>10</sup> Długossii manuscriptis. Muczkowskii opus pro fundamento positum est posteriorum librorum manuscriptorum catalogis; is enim primus regulas quasdam ac normas distinguendi ac segregandi codices secundum numerum librorum, qui singulis codicibus continentur, stabilivit. Quam curam Antonius Białecki excipiens Długossii *Annalium* 17 manuscriptorum nec non 5 summariorum et compendiorum, quae in Bibliotheca Imperiali olim exstiterant, ex quibus vix tria manuscripta integra et unum parvi ambitus fragmentum ad nostra pervenerunt tempora, descriptionem exhibuit. Haec manuscripta Petropolitana post pacem a. 1921 Rigae factam a Polonis recuperata secundo bello mundiali q. d. combusta sunt, quod summo opere dolendum est. Inde perfacile est intellectu pondus opusculi a Białeckio conscripti, cui 5 specimina variae scripturae ille inseruit<sup>11</sup>, unicuique ad manuscripta investiganda aggreddenti praecipuum ac singulare esse.

Editores Cracovienses, quorum collegio Alexander Przezdziecki vir doctissimus praefuit, de autographo conquirendo et codicibus distinguendis nonnullisque etiam recte aestimandis maxima contulerunt merita. Quorum praestanti operae id imprimis debetur, quod autographum historiam Polonorum usque ad a. 1406<sup>12</sup> amplectens in Bibliotheca Czartorysciana Parisiis repertum est.

Qui curam Długossii operi edendo navabant, semel atque iterum in lucem protrahebant novos codices, quorum numerus usque ad 82 crevit<sup>13</sup>. Eidem rationem segregandi a Muczkowskio constitutam amplexi, exemplaria secundum numerum librorum, qui eis continebantur, respexerunt et praeterquam quod indicum ambitum excesserunt, multa manuscripta cum editione Lipsiensi, codice Calvimontano S. Crucis posteaque cum autographo contulerunt. Qui primi indagacionem sibi proposuerunt, quo modo cum libro primario et inter se codices apographi cohaerent, et duas codicum recensiones<sup>14</sup> in universum distinxerunt. In praefatione tomo primo Operum omnium praemissa Ignatius Polkowski et Żegota Pauli brevissimam codicum descriptionem praestiterunt, quibus in *Historiarum* editione paranda nixi sunt<sup>15</sup>.

E codicum conspectu statistico a Przezdzieckio<sup>16</sup> condito sequitur, ut e numero *Annalium* 64 manuscriptorum, 6 fragmentorum et 12 compendiorum (numero sunt 82 exemplaria) incidant 36 manuscripta in saec. XVI, 4 manuscripta autographo incluso in saec. XV et in initium saec. XVI, 34 manuscripta in saec. XVII, 2 manuscripta in saec. XVIII, 6 vero manuscriptorum aetas propius non sit definita.

<sup>10</sup> J. Muczkowski, *Wiadomość o rękopismach Historji Długosza, jego Banderia Prutenorum tudzież Insignia seu Clendia Regni Poloniae*, Kraków 1851, p. 14, 31-72, 79-84, 158.

<sup>11</sup> A. Białecki, op. c. Tab. I—V.

<sup>12</sup> Manuscriptum invenitur nunc Cracoviae in Bibliotheca Czartorysciana sign. 1306.

<sup>13</sup> A. Przezdziecki, *Elenchus codicum* op. c. Eiusdem auctoris, *Énumération et description sommaire de 64 manuscrits, 6 fragments et 10 abrégés de l'Histoire de Pologne de Jean Długosz*, Kraków 1870. Eadem enumeratio composita a Neumanno cf. *Serapeum Intelligenzblatt* 1870, nr 7, 8.

<sup>14</sup> *III sprawozdanie z wydawnictw dzieł Długosza A. Przezdzieckiego Bibl. Warsz.* 1860, t. I, p. 743.

<sup>15</sup> Joannis Długosz Senioris Canonici Cracov., *Opera omnia*, t. I, Cracoviae 1887, „Praefatio“, p. VII -X.

<sup>16</sup> Przezdziecki, *Elenchus*, op. c., p. I-VII.



Editores Cracovienses in editione sua paranda non contulerunt vel saltem non descriperunt diligentius codices extraneos, quod maxime dolendum est. Ex peregrinationibus enim eorum in Sueciam, Dresnam, Romam, in Galliam factis tantummodo epistolae manserunt, quae exiguas notitias de manuscriptis Dlugossianis, codicum fragmenta nec non collationum vestigia, quae in Żegotae Pauli schedulis<sup>17</sup> latent adhuc inedita, complectuntur. Multo maius atque irreparabile prorsus damnum putandum est, quod non omnes codices, qui in Polonorum bibliothecis publicis, ecclesiasticis et nobilitatis librorum collectionibus<sup>18</sup> olim exstiterant inspicique potuerant, sunt descripti. Etenim hi omnes fere iniquitate recentissimi belli perierunt; servatae sunt in codicum repertoriis tantummodo aridae mentiones, quas deperditorum codicum vices nullo modo explere posse per se luculenter patet.

Hae editorum Cracoviensium in Dlugossii manuscripta inquisitiones haud scio an paulum a Henrico Zeissberg, operis de medii aevi rerum Polonorum scriptoribus auctore praestantissimo, non promotae sint; percommode enim ei contigit, ut conspectum codicum incrementis augetet, novis *Annalium* fragmentis suppleret notitiasque codicum, qui temporum perierunt iniuria<sup>19</sup>, adiceret.

#### *In tomos et libros dividendi ratio*

Ratio dividendi operis Dlugossiani in tomos et libros varia apud varios librarios fuit. Persaepae conscribebantur exemplaria trium voluminum comprehendentia libros hosce: I–VI, VII–XI et XII. Altera quoque divisio tripartita in usu erat, in qua tomus primus non sexto (i. e. a. 1240), sed libro septimo (i. e. a. 1294) finiebatur, quae divisio in posteriore recensione sic dicta Post-Dlugossiana adhiberi solebat. Rarius accidebat, ut tomus primus libro octavo clauderetur. Praeter haec trium tomorum exemplaria obveniunt quoque quinque tomorum; at ea quattuor tomorum exemplaria, quae efficiebantur libro duodecimo diviso ita, ut tomus tertius a. 1444 finiretur, quartus vero usque ad a. 1480 perduceretur, haud integra aetatem tulerunt.

Ex iis *Annalium* codicibus apographis saepissime obviis, quorum tomus primus in a. 1406 abruptitur — huc pertinet etiam genuinum manuscriptum Dlugossianum<sup>20</sup> — pristinam operis in

<sup>17</sup> Ms Bibl. Iagell. sign. 5414.

<sup>18</sup> *Piąte sprawozdanie z wydawnictw dzieł Długosza A. Przewdzieckiego*, Bibl. Warsz. 1870, t. II, p. 31–38.

<sup>19</sup> *Die polnische Geschichtsschreibung des Mittelalters*, Lipsiae 1873; cf. eiusdem operis translationem Polonam ab Adolpho Pawiński confectam, t. II, p. 182–193; Capituli Cracoviensis actis nixus fata codicis nunc deperditi perfestigavit W. Budka in dissertatione (seorsum impressa) *Zaginiony rękopis Historii Długosza* Exlibris VI (Cracoviae 1924) inscripta, ubi etiam pauca de *Annalium* manuscriptis recens detectis protulit. Quatenus lectores saeculi XVI et XVII opere Dlugossii lectitando tenerentur atque oblectarentur quorumque ordinum socialium iidem essent, accurate explanavit H. Barycz in commentatione c.i. *Dwie syn-tezy dziejów narodowych przed sądem potomności. Losy „Historii“ J. Długosza i M. Kromera w XVI i w I poł. XVII w.*, Pam. Lit. 1952, z. 1.2, p. 194–251. Manuscriptorum Cornicensium descriptionem E. Majkowski tractatus: *Dlugossiana w dziale rękopisów Biblioteki Kórnickiej*, Pam. Bibl. Kórnickiej z. 5, Kórnik 1955, p. 185 sq. continet.

<sup>20</sup> cf. tabulam huic editioni adiectam, p. 49.

partes divisionem restitui posse conicio. Reliqui quidem autographi tomi adhuc neque detecti sunt neque speratur fore, ut umquam detegantur: quo fit, ut ad pristinam divisionem in autographo adhibitam per quasdam ambages reficiendam confugere cogamur. Tomus primus autographi e duabus partibus constat, quarum priore Polonorum res usque ad a. 1338 tractanti triginta tria continetur sexterna numeris vetustissimis signata; decem reliqua sexterna suis propriis numeris instructa partem posteriorem ad annos 1339–1406 spectantem explebant. Librarii, qui postea manuscriptum Calvimontanum S. Crucis exscripserunt, nova numerorum per totum opus progredientium serie sexterna illa notaverunt et in unum corpus quadraginta tres complexus foliorum continens redigerunt. Ex autographo ortus est alius quoque liber apographus, in quo nova in tomos distinctio est adhibita. Tomus primus sex priores libros amplexus est, alter vero librum insequentem (res annorum 1241–1406 tractantem). Hoc manuscriptum pro fundamento positum est plurimis codicibus affinitate coniunctis, quos numero „1406” notatos complector et quarum partes insequentes sunt hae: parte tertia enarrantur res annorum 1406–1444, quarta vero a. 1444–1480. Plenior textus quam ceteris huius familiae codicibus exhibetur Ignatii Scipionis codice (saec. XVII)<sup>21</sup>, qui quidem tres tomos continet (usque ad a. 1444). Lucae vero Premisliensis manuscripto (saec. XVI) duo tantum priores tomi comprehendebantur, quorum unus nuper periit<sup>22</sup>.

Asservantur quoque codices solutas et mancas *Annaliūn* partes continentes, quorum quae fuerint partes insequentes, non satis constat. Nonnullis eorum sex priores libri continentur, quorum in numero est codex Brudzyński<sup>23</sup> canonici cathedralis, cod. ex Zdzies<sup>24</sup>, nec non alius quidam acerbis fatis deperditus, qui olim a familia Cieszkowski in vico Wierzenica ad Posnaniam habebatur<sup>25</sup>. Pessumdatum est codex Ligezae in vico Czerniejów ad Gnesnam et anonymus quidam, qui bibliothecae Zaluscianae olim fuerat<sup>26</sup>.

Parti sequenti exemplarium eiusdem classis „1406”, res usque ad a. 1406 tractanti, inscribitur: *Secunda pars Cronicae (Historiae)*. Qui nominetur hic, dignus est imprimis codex a Ioanne Wszeborowski exscriptus<sup>27</sup>, notis marginalibus manu Samuelis Nakielski confectis instructus, qui olim in possessione Custodum S. Sepulcri Dominici Hierosolymitani (in Miechovia) fuit. Eiusdem stirpis sunt duo codices comitum Zamoyski<sup>28</sup>, codex comitum Baworowski<sup>29</sup>, codex e Pin-

<sup>21</sup> Librorum collectiones Bibl. Czartoryscianae ms. 1299, 1300, 1301.

<sup>22</sup> Tomus I in Bibliotheca Iagellonica, sign. 34, t. II Gedano incendio deflagravit, qua de re illius Bibliothecae viri librorum peritissimi benigne me docuerunt.

<sup>23</sup> Capitulum Cracov., sign. 200.

<sup>24</sup> In Publica Bibliotheca Urbana nomine Raczyński ornata Posnaniae feliciter asservatur.

<sup>25</sup> Quem codicem manuscriptum in Bibliotheca Societatis Scientiarum Promovendarum Posnaniae numero 815 designatum inveniri nuperrime accepimus.

<sup>26</sup> Codex olim signatura Lat. P. IV, 2 Imperialis Bibliothecae Publicae instructus; de eo vide Bialecki, op. c., p. 34–36. Varsaviae pessumdatum.

<sup>27</sup> Codicem descripsit Bialecki, op. c., p. 120–122. Codex ille mancus, quo res gestae usque ad a. 1290 tractatae erant, recentissimo bello Varsaviae deflagravit.

<sup>28</sup> Codex nunc asservatur Varsaviae, in Bibl. Nation., olim Bibl. Zamoyscianae sign. Cim. 136 saec. XVI sic dictus Borzękianus eiusque liber apographus, ut puto, Andreae Abrek saec. XVII Cim. 118.

<sup>29</sup> Codicem Leopoli mansisse veri est simillimum.

czów<sup>30</sup>, et Czarnkowskii codex<sup>31</sup>, qui recenti bello eidem fortunae adversae ac reliqui e Petropoli a Nationali Bibliotheca Varsaviensi recuperati, succubuerunt.

Tertiae adtribuitur parti manuscriptum Aboense, quod in Bibliotheca Universitatis Aboensis asservatum magno urbis incendio a. 1827 deflagavit. Continebat illud res gestas annorum 1406–1444 et titulum exhibebat hunc: *Tertia pars Cronice Polonice*<sup>32</sup>. Editores Cracovienses opinionem protulerunt manuscriptum Aboense partem insequentem codicis autographi fuisse. Quae opinio de vetustissima codicis Aboensis origine et nomine ipso *Cronice* et genetivi terminatione *e* pro *ae* posita comprobari videtur. Alterum manuscriptum eosdem annos ac Aboense complectens est codex comitum Ossoliński<sup>33</sup>.

Quarta et postrema eiusdem classis codicum pars annos 1445–1480 comprehendit et titulum *Quarta pars Cronicae Polonicae* prae se fert, id ex quo eam classis „1406” esse facile perspicias. Huic codicum parti annumerandus est anonymus quidam, qui olim asservabatur in Bibliotheca Imperiali Petropoli<sup>34</sup>.

His quattuor unius, ut opinor, codicis apographi partibus, quod eadem in unam quasi catenam chronologicam vinciuntur et optime ad se quadrant sibi que conveniunt, certa tibi demonstratur via ad pristinam autographi distributionem in tomos et libros reficiendam; eadem concinnitas ac congruentia ea re sola paululum quidem turbatur, quod duae priores autographi partes a. 1338/1339 distinguuntur, at in libris apographis illa distinctio in a. 1240 id est in finem libri sexti incidit. Atqui opinio nostra genuinam operis Długossiani divisionem quadripartitam fuisse vel ea re fortissime corroboratur, quod omnes codices, quibus res ab a. 1406 deinceps tractantur, usque ad a. 1444 extendunt, insequentes vero res (annorum 1445–1480) tomo enarrantur separato *Quarta pars Cronicae Polonicae* inscripto.

Quoniam in omnibus classis „1406” codicibus tomo primo sex libros comprehendi constanter observatur, hinc pro certo fere habere licet inter apographum et codices superstites quendam codicem A classis „1406” intercessisse mediumque locum obtinuisse. Hic erat primarius codex apographus, iam proximo post Długossii mortem exaratus, ex quo quasi omnium parente reliqui effluerunt. Percommode accidit, quod additamenta quaedam ex solutis chartis autographi exscripta in eum illata sunt, nam illa folia separata non ita multo post ex autographo exciderunt; quo factum est, ut eadem in codicibus Calvimontano et Regio deessent. Capitulum, quae tantum in codice A atque eiusdem classis „1406” manuscriptis leguntur, desunt vero in reliquis apographis, tanquam exempla afferri possunt ea, quae ad a. 1044 exeuntem et a. 1045 ineuntem referuntur. Similiter codices classis „1406” soli sub anno 1038 omni ex parte integrum textum exhibent, in

<sup>30</sup> Biblioth. Jagell., sign. 35.

<sup>31</sup> Olim Imperialis Bibl. Publ., sign. Lat. F. IV 10; descripsit codicem Bialecki, op. c., p. 60–66.

<sup>32</sup> Notitiam de quodam manuscripto annos 1406–1444 complectenti protulit Henricus Gabriel Forthan a. 1771–1787 in *23 Disputationen* et in *Operibus selectis iterum editis*, t. III: B. *Historia Bibliothecae R. Academiae Aboënsis*, Helsingfors 1867, qua de re edocta sum a Joos. J. Mikkola, cf. *Archiv für slavische Philologie herausgegeben von Jagić*, t. XXVI, Berlin 1904, p. 631.

<sup>33</sup> Batowski, op. c., p. 41–43.

<sup>34</sup> Olim Imperialis Bibliothecae Publicae, sign. Lat. F. IV, 15a; cf. Bialecki, op. c., p. 82–85; sed etiam hic codex similiter atque alii iniuria recentissimi belli Varsaviae periit, quod maxime dolendum est.

reliquis autem apographis vocabula inde ab *Casimirus* usque ad *consueverit* deficiunt, nam autographi textus hoc loco a librario scilicet primum exemplar classis „1406” exscribente perlitus est atramento effuso. Quae cum ita essent, alter deinceps librarius, qui codicem Calvimontanum exscribendum curavit, textum autographi macula atramenti corruptum cum nullo modo dispicere potuisset, variis locis lacunas reliquit.

His quoque codicibus classis „1406” nonnihil adiuvamur ad quaestionem de operis divisione in libros dilucidandam. Omnibus enim codicibus penitus excussis nonnullorum virorum doctorum opinio Dlugossium consilium opus dividendi in duodecim libros primitus cepisse, vel ea re refellitur, quod auctor ipse in opere suo nusquam divisionis illius rationem habuit. Argumentationi meae certe concedes, si accuratius animadverteris totum secundum (a. 1339–1406) exordium capere a libro nono fere medio (a. 1300–1370), tertium vero (1406) a libro decimo fere extremo (a. 1370–1410), quartum denique (a. 1444) ab extrema decade libri duodecimi incipere.

Textus distributio in libros aut ab ipso Dlugossio instituta opere iam conscripto aut etiam a legentibus seu librariis saeculo demum XVI suppleta esse videtur. Litterae paulum oblongae, quibus in autographo librorum tituli depingebantur, non a librariis proficiscuntur, id quod facile conspicies, si ipsorum titulorum comparationem cum annorum inscriptionibus tibi institueris. In utroque codice aetatis inferioris, Calvimontano S. Crucis et Regio, defuerant nonnullorum librorum tituli, qui postea in codicibus immo etiam in autographo ipso suppleti sunt. In codicibus Calvimontano titulus libri primi, in Regio vero tituli librorum tertii et quinti etiam nunc desiderantur. Ex ea re conicitur inscriptiones in codice Regio a librario, qui librum primum exaravit, quinti vero et septimi in codice Calvimontano a quibusdam posterioris aetatis lectoribus praemissas esse. Libri quinti titulus, quo uterque codex et autographum carebant, in autographo ipso postea suppletus et in spatium interlineare interscriptus est ita, ut litterae minio depictae in textum adiacentem superiorem et interiorem porrigerentur. In autographo liber sextus in spatium vacuum, quod ante a. 1174 fuerat, interscriptus est. Idem ipsum dicendum est etiam de titulo libri decimi, quo tempora regis Casimiri Magni usque ad eiusdem regis vitae exitum adducuntur. Qui titulus in summo margine superpositus in a. 1370 currentem intersertus est. Similiter in codice Calvimontano titulus supra ultimum caput libri noni collocatur. Consilium operis in XII libros distinguendi iniit Dlugossius opere iam conscripto suppletoque permultis notitiis ex variis fontibus petitis.

#### *Prior recensio post Dlugossii decessum confecta*

Quae textus *Historiarum* recensiones ab editoribus Cracoviensibus detectae fundamentum certum ad familias codicum recte constituendas paraverunt. Hae sunt duae copiosissimae codicum classes varia fide atque auctoritate plus minusve ad autographum ipsum accedentes. Prima stirps codicum, quae ab autographo originem ducit, ea habet communia — iam ab editoribus Cracoviensibus respecta — quod eiusdem stirpis codices carent summariis titulorum vices explentibus supra singula capita superpositis, librorum inscriptiones ab *Incipit* initium capere solent, sunt lacunosi, transpositionibus chartarum peccant, compendiis male resolutis laborant, res, quae

enarrantur non sub suis annis collocatae sunt, in rebus orthographicis vetustioremedi aevi scribendi morem sequuntur, stilus ac sermo eorum rudior absque barbarismis eius aetatis minime purgatus. Utriusque recensionis proprietates nec non varietates, quae inter utramque intercedunt, opinione Ž. Pauli denuo examini subiciendae sunt, nullam enim praebent ansam ad codicum familiarum recte constituendam. *Annalium* textus multimodas patiebatur mutationes. Una enim ex parte interpolationibus inquinatus vel additamentis, quae casu fortuito irrepererunt, augebatur, altera vero ex parte foliorum iactura et circumcissione decurtationeque a bibliopegis commissa mirum quam imminuebatur.

Iam proximo post Dlugossii mortem permulti codices apographi exarari coepti sunt. Veri est simillimum priscum ac primarium apographum fuisse codicum classis „1406” archetypum, qui nunc deperditus ex multis apographis superstitionibus refici potest. Amplius decem annis postquam Dlugossius mortuus erat, codices Calvimontanus S. Crucis et Regius confecti sunt. Affinitas codicis Calvimontani cum autographo lucidissimis comprobatur testimoniis. Velim cognoveris argumenta mea, quae sunt: primum foliorum complexuum numeratio in autographo adhibita a librario codicis Calvimontani<sup>35</sup> correctae, tum charta exscripta et ab eodem librario in autographum inserta, denique in libros distinctio ab eodem ipso suppleta, quae postea a recentioribus librariis in autographum ipsum introducta est. Longe maxima auctoritas tribuenda est codici Calvimontano S. Crucis in textu constituendo.

Etenim praebet ille integerrimum atque accuratissime exscriptum textum, inquinatum quidem omnibus apographi mendis et lacunis, tamen cui cederet fide, exstitit dum nullus. Fuit codex ille Calvimontanus pro certo firmoque artis criticae praesidio Alexandro Przewdziecki in editione paranda, qui etiamtum ab eo praestantissimus habebatur, quamquam liber autographus res Polonicas usque ad a. 1406 complectens Parisiis relictus Cracoviam delatus erat. Codices, qui proxima affinitate ad eum accedunt, eo sunt notabiles, quod in antefolio titulum „*Annales seu Cronice incliti Regni Poloniae*” prae se ferunt, cui admonitio ad religiosissimam operis Dlugossii asservationem adhortans subiecta est. Huc pertinent quoque manuscripta, quae divisionem habent in tomos, quorum uno ll. I–VII, altero vero ll. VIII–XI continentur et caput *Octavo Kalendas Mszczugius* omittunt. Hoc caput, quod legitur in codice Calvimontano in initio libri VIII, sed in ipso fine tomi primi sub a. 1294, plerumque omittebatur a librariis VIII librum, a quo sequens tomus incipiebat, exscribentibus.

Apographum aetate inferius est codex Regius, ex codice Calvimontano S. Crucis exscriptus, cui rei testimonio sunt signa aquatica foliis impressa et diversarum manuum scripturae ductus. Hic connexus comprobatur alia quoque re singulari; in apographi capite, in quo sermo est de divisione operis in duodecim libros (*Visum est autem mihi bonum...*), tertius liber inscribitur hisce: *Tertius, quo ordine Polonicum Regnum instauratum sub Casimiro Monacho*<sup>36</sup>. Vox „Monacho” in codice Calvimontano compendiose scripta „Moācho” in Regio male in „Monarcho” resoluta est, quod mendum in posteriores codices et in recensionem Lipsiensem irrepsit. Codex Regius, cuius

<sup>35</sup> Aut. p. 413.

<sup>36</sup> Ioannis Dlugossi op. cit. huius editionis p. 64.

cognatio cum codice Calvimontano S. Crucis haud dubia est, artissime cohaeret etiam cum autographo.

Apographa ex codice Regio exarata separatam classem efficiunt. Unus tantum exstat tomus codicis qui dicitur Regius, qui octo libros obtinet atque in a. 1299 deficit, cuius tamen apographa ultra annum supra laudatum extendunt. Quocum artissime cohaeret manuscriptum saec. XVI capituli cathedralis Cracoviensis M. Oleśnickii<sup>37</sup>, quod in tomo secundo usque ad a. 1381 perducitur. Tomus tertius differt a prioribus, continet libros insequentibus usque ad librum XII inclusum<sup>38</sup>. Alterum est manuscriptum prioris dimidii saec. XVII Ioannis Daniłowicz<sup>39</sup> capitaneatum Korsunen sem et Czehryniensem tenentis. Quo continentur novem libri integri et pars libri decimi in a. 1381 abruptantis perinde ac secundus tomus Oleśnickiani manuscripti.

Ex codice Regio perspicitur primum conamen operis recensendi, quod incitamentum praebuit posterioribus ad textum constituendum. Primum huius recensione vestigium deprehenditur in eo, quod liber primus titulo proprio ornatus est, deinde in iteratione nonnullorum capitum ommissa et deleta, denique in interpolationibus obviis, quae postea in recensione quae secunda vocatur et in editiones principes invexae sunt.

Uterque codex Calvimontanus et Regius gemellam fere inter se similitudinem produnt parvoque temporis spatio a se distant, cuius rei signa aquatica haud quidem disparia<sup>40</sup> anni, ut perhibetur 1495, documento sunt. Codex Regius, qui accedit modo ad codicem Calvimontanum modo ad autographum, similiter atque ille foliorum complexus a se disiunctos conservavit. Manuscripta hoc modo exscripta eandem atque aequabilem speciem ac formam totius operis non retinuerunt. Id imprimis conspicitur in codice Regio, ubi litterae initiales nitidissime atque aequabiliter pennicula depictae rarescunt, prima et altera manus pulcherrima, tertia vero et sequentes ductibus minus pulchris et minus diligentibus utuntur. Nonnullis locis apparent lacunae, quae librorum socordiae et incuriae debentur, nam illi plerumque neglexerunt singula narrationis fila connectere et inde excipere, unde inter scribendum defecerant.

Eius generis manuscriptum est quoque codex Slucensis qui dicitur vetustate praestans, quem „separatis foliorum complexibus constare et inde speciem inaequabilitatis, inconstantiae confusionisque praebere“ Bialecki testis est<sup>41</sup>. Notatu dignum est codicem illum olim Collegii Societatis Iesu in Stuck, tum bibliothecae Academiae theologiae ritus Romano-catholici Petropoli, fuisse felicissimeque ad nostra tempora perduravisse.

Autographum misere laceratum, quoniam saepissime exscribebatur, singulorum sexternorum specie satis laborat. Foliis externis non mediocriter deletis, chartis vero interioribus maculis foedatis et sordidis, litteris earum depallidis manuscriptum illud, ex quo alii codices exscribebantur, non conglutinatum ac compactum esse edocemur. *Annalium* textum corrigendum fuisse ex


<sup>37</sup> Tabularium Capituli Cracoviensis, sign. 202, 203, 204.

<sup>38</sup> Codicem descripsit Muczkowski, op. c., p. 44-46.

<sup>39</sup> Codicem descripsit Bialecki, op. c., p. 13-20. Nunc asservatur Varsaviae in Bibliotheca Nation.

<sup>40</sup> Signa aquatica accuratius definiuntur a Francisco Piekosiński (*Wybór znaków wodnych XV stulecia* nr 1105. Kraków 1896)

<sup>41</sup> Op. c., p. 123-126.



Praefatione et Epilogo operis Dlugossiani conici potest, ubi auctor professores, doctores, magistros, iuvenes studiosos, quin etiam scribas Academiae Cracoviensis id admonet, ut opus ipsius corrigant historiasque ipsas continuent. Adde etiam, quod Dlugossius ipse confecit autographum in foliorum complexibus numeris et vocabulis reclamantibus q. d. instructum, quod non conglutinatum in scriptorio per multos annos asservabatur et saepenumero ibidem describebatur<sup>42</sup>.

More, quo codices Calvimontanus S. Crucis, Regius et Slucensis exscripti sunt, librariorum in scriptoriis illustratur opera. Minime quidem improbabile esse videtur aliquem a Collegio Academiae professorum destinatum fuisse, qui multorum scribarum operam intueretur ac regeret. Etenim Dlugossii opus cum a multis librariis uno tempore transcriberetur, fuit certe, qui exemplum ad exscribendum datum distribueret ac committeret secundum singulos foliorum complexus numeris ac reclamantibus insignitos: maiores textus partes notabantur singulis litteris abecedariis, quae custodes vacabantur, velut *k., i., l., m.*, eaq. id quod modum connectendi folia in petias valde in memoriam revocat. Inter transcribendum quaedam correctiones in textum inferebantur, singulis libris tituli adscribebantur, compendia conficiebantur, nonnulla capita debebantur aut transponebantur. Praeter librariorum quoque scribendi artifices in scriptoriis erant, qui exarabant titulos et litteras initiales ornatissimas, unde facile colligas scriptoria illa quasi officinas ergastulares fuisse. In autographi margine adnotatiuncula legitur haec „*Grzymulthowski II f(lorenos), Erazmemo I f(lorenum)*”, quae ad scribas illos pertinere videtur fortasse academicos, quos commemoravit et ipse Dlugossius inter eos, quorum tutelae et operae opus suum commendaret.

Manuscriptis per multas manus exaratis, quorum apographa a scriptoriis parabantur, mox successerunt manuscripta per singulos scribas confecta. Ex archetypis manarunt codicum classes singulis propriae, nec desiderantur tamen inter recentiora apographa ea, quae nullo exemplari intercedente ex autographo effluunt. Inter saec. XVI apographa invenitur exemplum peculiare nomine Brudzyński<sup>43</sup> capituli canonici praescriptum, quod antea a Ladislao Vasa Polonorum rege habebatur. In albo tegumento membranaceo saec. XVII sigillis bibliopegarum Cracoviensium

<sup>42</sup> Jean Destrez, *La pecia dans les manuscrits universitaires des XIII et de XIV siècle*, Paris 1935. Quae Destrez in sic dicto exemplari describendo (p. 27–28) exposuit, ea nostra quidem opinione ad speciem exteriorem et rationem, qua autographum exaratum sit, possunt referri. Eadem ipsa coniectura de codice Calvimontano S. Crucis et Regio valet conficiendis, de quibus nihil ambigitur, quin per foliorum complexus exscripti sint in petiarum quasi modum; sunt enim similibus custodibus ac reclamantibus q. d. signati (cf. Destrez, p. 50). Sunt in autographo quaedam indicia, quibus librariorum manuscriptis exscribendis pecuniam demeruisse ac quaesivisse lucide comprobatur. Inde facile colligi potest exstitisse in Academia Cracoviensi scriptorium simillimum iis, quae universitates occidentalium gentium iam dudum possidebant. Quamquam asserit Destrez in occidente modum librorum per petias exscribendi iam priore parte saec. XV rarescere, tamen alio loco (p. 42) modum illum exscribendi usque ad aetatem, qua prima incubabula in lucem prodeunt, perdurasse concedit. Non te latet ipsum quoque Dlugossium in *Annalium* Epilogo opus suum viris doctis commendantem de scribis academicis commemorare non supersedissee. Alexander Birkenmajer in censura libri Destrezi facta foundationis Universitatis Casimiri et Iagellonum privilegia, in quibus stationarii indicantur, pro falsis fictisque putanda esse conicit. (*Pecja*, Kraków 1936, seorsum impressum ex Przegląd Biblioteczny, R. X, 1936, p. 8). Conquisitiones Alexandri Birkenmajer ad finem non sunt perductae ea fortasse de causa, quod nulla ab eo in Bibliotheca Iagellonica petiarum vestigia sunt deprehensa (p. 10).

<sup>43</sup> Ms. Capit. Cracov. 200.

impressis instructo conspicitur superexlibris q.d. Christi capitis reddens imaginem cum sententia pia circumscripta hac: *Salvator Mundi, Dominus Dominorum...* Huic vetustiori nova superexlibris agglutinata est scutum quadripartitum Regni Poloniae et „Manipulum” familiae Vasorum in medio collocatum insignia ante oculos proponens. Subscriptio iterata regis Ladislai, quae in interiore parte exemplaris legitur, certum indicium de origine huius manuscripti praebet. Cuius manuscripti tomus primus sex priores libros complectens aetatem tulit. *Annalium* textus ex autographo cum omnibus eius vitiis ac mendis exscriptus est. Nihilominus tamen librarius scripturae saec. XV minime peritus perverse vocabula nonnulla intellexit ac male sensum percepit praecipue nominum geographicorum. Maxime offendimur illis vitiis, quae orta sunt ex scriptura Dlugossii male a librariis dispecta. Cum enim Dlugossius lineolam B litterae bis incurvatam depingeret, scribe in ea littera perverse distinxit duas: *z* et *b* v. gr. Zbrema perlegit pro Brema. Manus emendatrix, quae nigro atramenti colore distinguitur, permultas aspersit correcturas orthographicas praesertim in scribenda *ae* diphthongo, pro qua ex medii aevi consuetudine *e* monophthongus ponebatur cauda suscripta (*ē*) In margine adnotationes ad res minutissimas spectantes adiectae sunt, ex quibus elucet scribam saec. XVI autographum praesto habuisse. In adnotatione marginali admonetur ipsum Dlugossium manu propria inseruisse in contextum quoddam enuntiatum, id quod revera fit<sup>44</sup>. Ea res, quod scribe ille notitiam autographi, ex quo codex descriptus pauloque post collatus erat, habuit, testimonio est etiamtum saec. XVI exstitisse scriptorium, in quo *Annalium* manuscripta recensui atque examini critico subicerentur.

Manuscripta prioris post Dlugossium recensionis propagantur saec. XVI et XVII plerumque ex eis primariis exemplis exscripta, quae recta via ad autographum redeunt; ex his proficiscitur reliqua librorum apographorum progenies. Saec. XVII vel XVIII vel si accuratioriam iam quaeris notitiam ca. a. 1770, quod vult Muczkowski, novissimum apographum ortum est, quod olim principum Sanguszko ex oppido Lewartów fuit. Atqui ipse Muczkowski totus dubius est, an tam sera aetate apographum illud exarari potuerit, cum editio Lipsiensis *Historiae* duodecimi libri iam ante quinquaginta annos typis impressa tunc temporis descriptionem tantae impensae ac sumptus irritam prorsus ac vanam fecisset<sup>45</sup>. Haud immerito manuscriptum ex Lewartów (postea Lubartów) oriundum Janocki, Batowski, Wiszniewski respectu dignum duxerunt, quippe quod ex autographo recta via exscriptum esset tunc temporis, cum illud compactum in monasterio Capucinatorum Lubartoviensium asservaretur<sup>46</sup>.

#### *Altera recensio post Dlugossii mortem confecta*

Regum Sigismundorum temporibus posterior recensio *Annalium* confecta est, quae ab editoribus Cracoviensibus altera vocatur. Haec est textus emendatio in principiis philologis renascentium litterarum aetatis propriis fulta summaque impensa laboris curata. Manuscripta prioris recensionis

<sup>44</sup> Ibidem, p. 3.

<sup>45</sup> Muczkowski, op. c., p. 38.

<sup>46</sup> cf. p. 30.



persaepe exscribebantur modo in longinquis capitibus coarctatis aliquot paginas complectentibus modo inter versus et inter capita singula vacuis spatiis hiabant, quae dubitationem lectorum movebant, utrum lacunas an librorum socordiam ante oculos haberent. Recensio prior perquam neglegenter condita perspicuitate formae dispositionisque maxime carens parumper commodum *Annalium* textum ad legendum reddebat. Recensionis auctor renascentium litterarum aetate id enixe agebat, ut commodiorem lectu pulchrioremque forma textum legentibus praeberet. Singula capita instruebantur titulis aptissima rerum breviarum amplectentibus, qui rubro appicti textum dilucidabant perspicuumque faciebant. Totus textus in universum ordinem redactus est chartarum transpositione ac conturbatione potissimum remota, quae pestis ante hanc recensionem quousque grassata sit, ex supra allatis videas. Immutata est quoque dispositio in annorum et capitum ambitu. Manus emendatrix id etiam consuluit, ut Dlugossii elocutio a mediis aevi barbarismis purgaretur elegantiorque fieret, res vero orthographicae novis regulis ac principiis subicerentur. Quo factum est, ut opus politiore specie exteriori indueret eademque sermonis elegantia, quae illius aevi hominibus litteratis maxime placeret, enitesceret.

Inter apographa posterioris recensionis, quam Post-Dlugossianam appellamus, nominandus est codex in folio magno exaratus Hieronymi Rozrażewski, episcopi Cuiaviensis et Pomeraniensis, qui illud trium tomorum exemplum Collegio Maiori ca. a. 1600 testamento legavit<sup>47</sup>. Tomus alter et tertius nitidis litteris italicis Andreae Dolksi manu descripti sunt. Etiamnunc asservantur in Bibliotheca Jagellonica duo tomi priores, tertius vero editoribus Lipsiensibus commodatus non rediit in Collegium, sed nescio quo casu in possessionem principum Radziwiłł e Nieśwież venit, hodie vero Musaei Nationalis est Cracoviae<sup>48</sup>.

Manuscriptum Rozrażewianum quasi fratres sibi gemellos habet codices praestantissimos, unum Ioannis Krzysztoporski castellani Vielunensis (qui codex Rozrażewiano aetate paulo superior haud integer est, tomo enim secundo caret)<sup>49</sup>, alterum primatis Ioannis Wężyk multosque alios<sup>50</sup>.

Saeculo XVII Herburt e Dobromilo codicem Rozrażewianum vel in paucos dies mutuum sibi quaesivit<sup>51</sup>. Postea Samuel Nakielski manuscriptum suum cum hoc codice contulit, qua ex re Muczkowski autographum eodem tempore, quo codices illi conferebantur, in Academia Cracoviensi asservatum esse contendit. Ex hoc codice Nakielskiano magno sumptu atque impensa exscriptus est a. 1644–1646 Universitate mandante alius codex in usum Georgii Ossoliński, Regni Poloniae cancellarii<sup>52</sup>.

Textus immutationes, quae initio continuo ac paulatim progrediebantur in singulis codicum familiis, in secunda recensione conficienda mirum quam vehementer atque immodice progressae

<sup>47</sup> H. Barycz, *Historia Uniwersytetu Jagiellońskiego w epoce humanizmu*, Kraków 1935, p. 531.

<sup>48</sup> Codex Rozrażewianus in Bibl. Jagel., sign. 33. Tomum III detexit M. Krynicka in Musaeo Nation., cf. *Rozprawy i sprawozdania Muzeum Narodowego za lata 1954–1955*, Kraków 1956.

<sup>49</sup> Librorum Collectiones Bibl. Czartoryscianae, sign. 1576.

<sup>50</sup> Libr. Collect, ibidem., sign. 1296.

<sup>51</sup> H. Barycz, *op. c.*, p. 698.

<sup>52</sup> Asservatur nunc in Bibliotheca Fideicommissi Vindobonae (cuius rei notitiam attulerunt J. Dąbrowski et K. Piotrowicz, *Polonica w Austrii*, Nauka Polska, t. XIII, Warszawa 1930, seorsum impressum p. 75).

sunt. Immutata est compositio, additae capitum inscriptiones, res orthographicae novis principiis accomodatae, stilus ac sermo expoliti, errores commisi in arte grammatica correcti. Quin immo immutationes illae argumentum ipsum tetigerunt. Amotae sunt e textu res, quae in enarrando iterabantur, errores admissi in chronologia sunt correcti, nihilominus tamen textus interpolationibus est foedatus<sup>53</sup>.

E manuscriptorum classe "1406" receptus est in alteram recensionem integerrimus textus ad res a. 1038 pertinens, quoniam in autographo textus easdem res enarrans atramento effuso ita oblitus est, ut vix legi ac dispici posset. Item insertum est in eandem recensionem caput ultimum res anni 1044 tractans et caput ad a. 1045 ineuntem pertinens, quod excidit e charta autographi adiuncta; inde non apparet in utroque codice Calvimontano et Regio<sup>54</sup>, legitur vero in codice Rozrazeviano alterius recensionis codicum praestantissimo.

Ad tempus alterius recensionis accurate definiendum haud modicum subsidium nobis affert interpolatio quaedam, quae est *Aliud epitaphium Hedvigis Polonorum Reginae* sub a. 1399 invexa. Th. Sinko opinionem protulit epitaphium illud aetate posteriore esse conscriptum propterea, quod colorem renascentium litterarum aetati iam proprium redoleret. Haec opinio etiam epitaphii mentione de Caesaris iugo Hungariam prementi confirmari videtur<sup>55</sup>. Eadem mentio tantummodo referri potest ad tempora, quae annum 1541 insecuta sunt, cum Buda capta Hungariaque media a Turcis proximo post in ius ac dicionem subacta esset. Itaque epitaphium illud demum saeculo XVI medio nasci potuisse coniciamus necesse est. Primum manuscriptum alterius recensionis adhuc notum est Krzysztoporskii codex<sup>56</sup>, cuius origo annis 1573–1576 vulgo attribuitur. Hoc fere annorum 1550–1573 spatio altera recensio Dlugossii *Historiarum* orta esse videtur.

### *Prima editionis conamina*

Manuscripta alterius recensionis in minore folio asservata indicant hanc recensionem ortam esse prioris editionis parandae causa, id quod editores Cracovienses suo iure in praefatione profiterentur<sup>57</sup>. Perdifficile est statuere, quis Post-Dlugossiane recensionis auctor fuerit; exstant tamen quaedam indicia, quibus consilium Dlugossii *Annales* emendandi in circulis Universitatis Cracoviensis initum esse satis demostretur. Cracoviae enim laetissime floruerunt studia ac memoria Dlugossii, qui in admonitione sua lectores ac viros doctissimos adhortatus est, ut opus ipsius corriperent mendisque purgarent, continuarent, diligentissime conservarent.

<sup>53</sup> cf. p. 17.

<sup>54</sup> Incipit a vocabulis hisce: *extraxit et pluribus oppidis*. Ed. Crac. HP I, p. 289 — adducitur usque ad caput: *Benedicto primum per legatos* — ibidem, p. 291.

<sup>55</sup> Th. Sinko, *Dwa nagrobki królowej Jadwigi. Historia poezji łacińskiej i humanistycznej w Polsce*, Encyklopedia Ak. Um. XXI, Kraków 1918, p. 122.

<sup>56</sup> cf. supra p. 49.

<sup>57</sup> Ed. Crac. *Opera omnia*, t. I, „Praefatio“ p. XI.

Saepe numero quaesitum est a viris doctis, cur Dlugossii Annales tam diu typis non essent impressi; qua de re disputarunt Orzechowski<sup>58</sup>, Warszewicki<sup>59</sup>, Papebroch<sup>60</sup>, Simeon Starowski in *Hecatonta*<sup>61</sup>, Braun<sup>62</sup>. Vulgatissima est opinio, quam repetit Henricus Huysen editor Lipsiensis, Dlugossium utpote nimis veracem severioremque rerum iudicem compluribus odio fuisse<sup>63</sup>.

Nostrae aetatis rerum gestarum studiosi in historiam saeculi XV inquirentes condicionibus socialibus imprimis in iudicium vocatis novas proferunt causas, cur ita factum sit, ut editio Dlugossii *Annalium* in posteriora tempora dilataretur. Henrici Barycz opinione Oleśnickii studia ac cogitationes ad rem publicam pertinentes, quas ad ultimum vitae tempus confessus est Dlugossius, minime quadrabant ad opiniones ab hominibus in re publica versatissimis propagatas tempore, quo res publica ordoque nobilium conformabatur. Potentissimum enim optimatium regnum, in quo — quod maximum est — omnia per primores ecclesiae et stabant et agebantur, quibus laicorum classes plane subditae erant, Dlugossii temporibus iam erat in exitu suo fortissimeque tamen adversabatur novo rerum ordini novaeque omnium nobilium rei publicae nascenti<sup>64</sup>.

Quoniam Kadlubkonis *Chronica* opus egregium illis, quibus conscriptum erat temporibus, eo saeculo iam obsolevit et opus Dlugossii, quod quidem ex apographis paucis tantum hominibus litteratis notum erat, pluribus vero non tam facile adiri poterat, nova Polonorum historiae expositio, quae hominum, qui tunc erant, desideriis satisfacere posset, satis superque requirebatur.

*Annalium* manuscripta proximo post Dlugossi mortem plerumque exscribebantur, cuius rei testimonio sunt apographa classis „1406”. Opus quidem Dlugossianum in regis Alexandri aula notum fuit, quod duo eiusdem temporis apographa adhuc asservata demonstrant, attamen in gratia ac favore regis ille non fuisse vel ex ea re conicimus, quod idem rex historiam Poloniae conscribendam Nicolao Rozemberski commendavit Dlugossii *Annalium* ratione non habita<sup>65</sup>. Inter omnes constat Mathiae de Miechovia *Chronicam* a. 1519 prelo emissam statim publice retentam atque occupatam, iterum vero editam esse, postquam ex ea reiecta sunt capita e Dlugossio petita, quae regali curiae displicuerant. Quibus capitibus tractabantur indecora atque famosa reginae Sophiae facinora<sup>66</sup>. Iam versus finem vitae regis Casimiri Jagellonici Dlugossius alienus malevolum in regem gessit animum, qua re scilicet abalienavit a se aulae regalis favorem; nil inde mirandum, quod et postea deerant, quorum interesset, ut *Annales* ederentur.

<sup>58</sup> S. Orzechowski, *Rozprawa około egzekucji korony polskiej, Dialogi polityczne*, Biblioteka Pisarzy Polskich nr 74, Kraków 1918, p. 72–73.

<sup>59</sup> *Oratio III*, p. 111, ad totum caput fontes affero Muczkowskium secuta, op. c., p. 8–9, n. 20.

<sup>60</sup> *Acta Sanctorum* (mensis Maius), t. II, a. 1680 edita, p. 198.

<sup>61</sup> Editio Francofurtiana 1625, p. 31.

<sup>62</sup> *Iudicium de scriptoribus Poloniae et Prussiae historicorum...* p. 19.

<sup>63</sup> „Studio veritatis odium sibi peperit ac tot inimicos paravit”. „Praefatio ad lectorem” H. Huyseni, Ed. Lips., t. I (paginarum numeris carens).

<sup>64</sup> H. Barycz, op. c., 199–200.

<sup>65</sup> *Ibidem*, p. 201.

<sup>66</sup> A. Brückner, *Dzieje kultury polskiej*, t. II, Kraków 1926, p. 210.

## Editio Dobromilensis

Amplius unius saeculi spatio interiecto a. 1615 Ioannes Felix Herbut Dlugossii publicavit opus c.i. *Historia Polonica Ioannis Dlugossi seu Longini canonici Cracoviensis. In tres tomos digesta. Auctoritate et sumptibus Herbulti Dobromilski edita.* Dobromili in officina Ioannis Szeligae. Anno D. 1615. Primus tomus obtinuit sex priores *Annalium* libros, *Dlugossii Vitam*, „Epistolam dedicatorem” ad Sbigneum de Oleśnica missam. Toti corpori praefixa est dedicatio principi M. A. Memo et rei publicae Venetorum senatui oblata: *Venetis principi M. A. Memo et Senatui unico...*

In manu habuit Herbut manuscriptum patris sui, castellani Sanocensis, quod fuit ei pro fundamento editionis principis parandae, quam postea cum codice Rozrazeviano contulisse videtur, nam non amplius quam in paucorum dierum spatium eum ex Academia Cracoviensi autographum mutuari studuisse scimus<sup>67</sup>.

Propagata est apud historiographos opinio duas Dobromilenses editiones extitisse. Augusto Bielowski prima debetur notitia<sup>68</sup> de quattuor librorum editione a. 1614 Dobromil a Ioanne Felice Herbut et de altera sex librorum editione insequenti anno emissis. Post eum Henricus Zeissberg<sup>69</sup> manu versabat utramque editionem, quarum prior anno 1614 edita et usque ad a. 1119 perducta desinebat in voce hac: *Coronam iussit imponi. Tomi primi libri quarti finis.* Idem Zeissberg adnotavit Potthastum alteram tantum editionem novisse, quae finem quarti libri nec non integros libros quintum et sextum continuisset. A Zeissbergio accepisse videtur Potthast notitiam de priore editione, affert enim eam ad verbum fere in altera bibliographiae editione. In Estreicherii *Bibliographia* nominatur quidem in generali indice chronologico utraque editio, in parte tamen singulari editio prior silentio praeteritur. Nulla quoque deprehenduntur vestigia editionis a. 1614 emissae in bibliothecis Polonorum<sup>70</sup>. Suspicio illa tam rara exemplaria inchoatos nondum tamen absolutos tomos editionis Dobromilensis fuisse, quae anno 1614 in lucem prodisse dicuntur. Atqui quaestio illa ad liquidum perducitur lite, quam Ioannes Szeliga typographus contra Ioannem Politionem bibliopolam a. 1616 apud iudicium consulare civitatis Leopoliensis<sup>71</sup> suscepit. Inter Ioannem quidem Szeliga et Ioannem Politionem typographum et civem Zamosciensem die VI a. Idus Iulias a. 1615 pactio inita est, per Herbutum die 14 a. Kalendas Decembres eiusdem anni rata facta, qua promisit hic honesto verbo se brevissimo, quantum fieri potest, tempore impressurum typis nondum editam libri partem ita, ut primus tomus sex libros integros contineret. Eodem pacto obligatus est Szeliga, ut omnia editionis exemplaria Zamoscium deportaret eaque examinaret, num quaedam deessent illis. Invenitne Szeliga omissa quaedam et neglecta, retinueritne apud se Herbut manca aliquot exemplaria, quae postea viderunt Bielowski et Zeissberg, dubii haeremus.

<sup>67</sup> H. Barycz, *Hist. Uniw.*, p. 715.

<sup>68</sup> Praefatio A. Bielowski ad Mon. Pol. Hist. t. II, Cracoviae 1862, p. XII.

<sup>69</sup> Op. c., t. II, p. 192.

<sup>70</sup> Haec editio neque in bibliothecis Polonicis neque in librorum Bibliothecae Nationalis Varsaviensis indicibus neque in incunabulorum catalogis adhuc detecta est. Pro indicibus librorum accurate perlustratis quam maximas gratias debeo Professori Aldonae Grycz.

<sup>71</sup> W. Łoziński, *Spór drukarza z księgarzem w r. 1616*, Kwart. Hist. 1889, p. 703 sq...

*De editione Dobromilensi publice retenta*

Quibus de causis rex Sigismundus III Długossii opus prelo mandari a. 1616 Dobromili prohibisset, varia tentabatur explanatio a viris doctis. Nobis id quaerentibus haec explicatio maxime occurrit Herburtum propterea editionem Dobromilensem conficere vetitum esse, quod senatorum et regis Sigismundi III animos adversos sibi habuerat. Herburt enim Długossii *Annales* principi Memo ob eam potissimum rem dedicavit, quod Venetorum rem publicam, quae ab eodem ac senatu gubernabatur, optimam et perfectissimam rei publicae formam duxit. Sperabat se consecuturum, ut Venetorum pontifices Romanos impugnantium non solum copiis<sup>72</sup>, sed etiam auctoritate adiuvaretur resistendo suis propriis et Długossii adversariis, qui a factione regia stabant et disciplinae Christianae correctioni et emendationi<sup>73</sup> inimicissimi erant. Accedebat adhuc, quod et ipse Sigismundum III averso persecutus est animo. Dedicatio principi et senatui praemissa in initio operis, quo de statu et dignitate nominis Regni Poloniae tractatur, manifesta atque aperta esse videtur allusio ad regem eiusdemque fautores. In libello, quo Długossii opus publicari vetitum est, expressis commemoratur verbis de rege ac senatoribus graviter laesis, qui Herburto id crimini dabant, quod „... *libri eiusmodi, qui statum Reipublicae dignitatemque nominis Poloniae concernunt, et hactenus non absque gravi iudicio maiorum nostrorum, tacito quasi consensu improbatum fuerint, publice proponerentur... hortamur... et mandamus, ut eiusmodi libros, ubicunque reperti fuerint, arresto subiiciant, neque eos publice proponi vel venundari sinant...*”<sup>74</sup>. Maxime offendimur ea sententia, in qua de tacito consensu, quo reges Sigismundi scilicet antecessores Długossii opus publicari vetuerunt, sermo est. Inde recte colligas, si partes quaedam textus a Mathia de Miechovia e Długossio temere depromptae, quae quidem ad reginae Sophiae causam haud decoram, ad partum Casimiri Jagellonici et alias res haud gratas atque acceptas aulae regiae pertinent, apud illum regis iussu deletae erant, eadem apud hunc in lucem prodire omnino non potuisse. Etenim Sigismundus III affinitati suae cum Jagellonibus regnum debuit, quippe qui et ipse Jagellonum consanguineus fuisset et comitiis electoriis iam iam accedentibus a regina Anna, cuius ut aliquis ex sanguine Jagellonum<sup>75</sup> regno potiretur, plurimum intererat, regni candidatus immisus fuisset. Nihil igitur est, quod miremur regem cautum sibi fuisse, ne opus Długossii, qui legitima Jagellonum regni iura addubitaverat, in publicum ederetur. Timor regis eo maior fuit, quod editio Herburtiana non solum apud Polonos, sed etiam apud extraneos venalis futura esset<sup>76</sup>. Permulta fuerunt exemplaria sex priorum librorum typis exscripta editionis a Herburto curatae, nam, quantum scimus, 1045 exempla typographus accepit, praeter quae alia quoque Herburto ipsi assignata esse

<sup>72</sup> A. Sokołowski, *Jan Szczęsny Herburt pierwszy wydawca Kroniki Długoszowej*, Bibl. Warsz. t. III, 1885, p. 32; L. Szczerbicka, *Jan Szczęsny Herburt — Zarys monografii. Ze studiów nad literaturą staropolską*, Wrocław 1957, p. 260, 283.

<sup>73</sup> H. Barycz, *Dwie syntezy*, p. 248.

<sup>74</sup> A. Bielowski, *List do K. Wi.*, Bibl. Warsz. 1857, t. II, p. 622–624; eiusdem auctoris, Praefatio ad Mon. Pol. Hist., t. II, p. XII.

<sup>75</sup> K. Lepszy, *Walka stronnictw w pierwszych latach panowania Zygmunta III*, Kraków 1929, p. 13–14.

<sup>76</sup> W. Łoziński, op. c., p. 707.

videntur. Reliquos certe putamus Herburturn tomos res gestas Ladislai Jagellonis et foci domestici Jagellonum secreta tractantes in lucem emissurum fuisse, nisi priore tomo emisso reliqui publicari vetiti essent. Id praeterea impedimento erat, quominus opus Dlugossianum ederetur, quod tomus primus editionis Herburturnianae non ita paulo post est emissus, quam nobilium seditiones contra regem oppressae sunt, sed earundem memoria apud cives nondum plane exstincta facile inveniri potuit, qui Jagellonum regni iura in dubium vocaret.

*De editione a Samuele Nakielski praeparanda*

Silentio praetermitti non possunt Nakielskii merita de editione *Annalium* praeparanda collata. Samuel Nakielski auctor clarissimi tempore, quo editum est, operis *De Miechovia* inscripti eximiam curam Dlugossii studiis impendit, cuius manuscriptis diligenter collatis exaratisque haud dubie textum prelo parandum curavit. Fuit ille discipulus Ioannis ex Klobuck, tunc professoris gymnasii academici, qui et ipse studiis historicis altissime perpensis maxime innotuit et eisdem porro excolendis Nakielskium initiavit<sup>77</sup>. Multa *Annalium* manuscripta, quorum tria ex Miechovia nota nobis sunt, ad opus edendum subsidia imperavit. Horum Miechoviensium primum a possessore suo Nakielskio manuscriptum Nakielskianum appellatum amplectitur uno tomo libris VII—XI res gestas a. 1241—1434<sup>78</sup>. Erat et alterum manuscriptum Miechoviense, quo historia a. 1449—1480<sup>79</sup> continebatur et quod quasi fundamentum positum est ad historiam posteriorum temporum tractandam. Tertio codice, qui olim Custodum S. Sepulcri in Miechovia fuit et circa a. 1646 a Ioanne Wszeborowski exscriptus est<sup>80</sup>, fragmentum praebetur a. 1241—1294 continens.

*Annalium* textus recensio summo laboris sumptu atque accuratissime est a Nakielskio absoluta; is enim textum multis locis emandavit, nonnulla capita delevit, nova inseruit, coniecturas tentavit, non solum voces quasdam, quin etiam totas sententias commutando. In titulis argumenta indicavit, nam codices, quibus conferendis operam navabat, prioris erant recensionis summariisque carebant. Proficiscebantur certe eius manuscripta e Mathiae de Miechovia librorum collectione, qui multos suos codices ordini Custodum S. Sepulcri in Miechovia dono dedit<sup>81</sup>. Notae admonitrices per marginem aspersae plurimae leguntur, quibus vel nihil in textu deficere comprobatur, vel indicantur loci, quibus manuscriptum cum aliis, inter quae duo academica et duo Calvimontana S. Crucis *autographa* nominantur, collatum est. In codicibus comparandis a monachis adiuvabatur,

<sup>77</sup> H. Barycz, *Hist. Uniw.*, p. 549.

<sup>78</sup> Antea Bibliothecae Petropolitanae, sign. Lat. F. IV. 3. Codicem descripsit Bialecki op. c. 20—34. Nunc in Bibl. Nation. Varsaviae.

<sup>79</sup> Antea Bibliothecae Petropolitanae, sign. Lat. F. IV. 5. Codicem descripsit Bialecki, op. c. 41—45. Codex perit Varsaviae, extat unum fragmentum quod temporibus Bialeckii pro deperdito habebatur.

<sup>80</sup> Olim asservabatur Petropoli in Bibliotheca Summi Concilii Praefectorum Militarium, sign. 2074. cf. p. 13 De loco, ubi nunc lateat, nihil liquet.

<sup>81</sup> H. Barycz. *Hist. Uniw.*, p. 688, ubi auctor Mathiam de Miechovia ordini Custodum S. Sepulcri Dominici in Miechovia nonnullos libros dono dedisse assertit.

quorum nomina nonnumquam in marginibus adnotavit. Quam assiduus et indefessus labore Nakielski fuerit, manuscriptum quoque Calvimontanum testimonio est<sup>82</sup>; in eo enim adnotationes variae Nakielskii manu confectae conspiciuntur, quibus eum textum suum cum manuscripto illo contulisse confirmatur.

Recensione a Nakielskio parata continebatur textus libri septimi et posteriorum, id ex quo recte conicitur hanc recensionem obtinuisse libros insequentes Herburti editione Dobromilensi, quae in sexto libro abrupta est, non comprehensos. Quae causae fuerint impedimento, quominus textus Dlugossii a Nakielskio praeparatus, quem ille plerumque perlustravit religiosissimeque cum variis codicibus contulit (*ter per me collucinatam et confrontatum*), emendavit, supplevit inscriptionibusque instruxit, typis impressum in lucem prodiret, adhuc in occulto manet. Vix credi potest ipsum auctorem opusculi q. i. *Miechovia*, qui multos annos consumpsisset in difficili illo et gravi labore, ab incepto destitisse. Probabilius esse videtur tacito illo aulae regiae ac senatorum consensu factum esse, ut Dlugossii opus lucem non videret et emendatoris eius doctissimi viri opera et studium iam viginti annis post editionem Dobromilensem publice retentam ad irritum caderent.

#### Editio Lipsiensis

Centum demum annis post editionem Dobromilensem publice retentam totum Dlugossii opus emissum est. Postquam aulae regiae et potentiorum offensiones et malevolentia oblivione obrutae sunt, editores extranei publicationem operis susceperunt. Primus, qui ad *Historias Polonicas* edendas maxime contulit, Henricus Huyssen fuit, cuius opera editores Lipsienses editionem *Annalium* libenter curaverunt. Operi edito inscriptum est: *Joannis Dlugossi seu Longini canonici quondam Cracoviensis, Historiae Polonicae libri XII*, Lipsiae sumptibus Joannis Ludovici Gleditschii et Mauritii Georgii Weidmanni, Anno MDCCXI. In charta secunda huius editionis addita est adnotatio dedicatoria regi Augusto II data et a Bernigerotho sculptore adornata simulacro eiusdem regis in aere impresso. Ab Henrico Huyssen praefatio conscripta est, quam sequuntur *Vita Dlugossii*, Okolskii, Starowolskii et Vosii testimonia de auctore, deinceps I. Hoppius rerum Polonicarum scriptores nonnullos brevibus tantum mentionibus absolvit ac dimisit. Etiam hic legimus adnotationem dedicatorem ex editione Dobromilensi desumptam ac repetitam. Tomus primus duodecim *Historiarum* libros continet, quorum liber postremus non integer est, nam tantum ad a. 1444 perducitur. Reliqua pars libri duodecimi res usque ad a. 1480 complectentis anno insequenti est edita in tomo altero, cui praefigitur praefatio ad lectores a Ioanne Gottlieb Krause conscripta. Eodem tomo opera aliorum quoque scriptorum Polonorum, ut sunt scripta Kadlubkonis, Sarnicii,

<sup>82</sup> Ad calcem t. II adiecit haecce: „multa desiderantur, quae in meo exemplari habentur“, ms BK 197, cf. p. 41. Indice codicum Miechoviensium a Michael Wiszniewski detecto („Consignatio nonnullorum codicum manuscriptorum in bibliotheca conventus Miechoviensis reperibilium“, cf. M. Wiszniewski, *Hist. lit. pol.*, t. IV, p. 69) Nakielskium codice Calvimontano usum esse comprobatur,

Orzechowskii, Stanislai Karnkowski et *Petri Kmity Vita*, quae Stanislao Górski a nonnullis adscribitur, continentur. Ne lector, ut admonuit Krause in praefatione<sup>83</sup> sua, librum XII partim tomo priore partim posteriore comprehensum perincommode inspicere cogeret, posterior eiusdem libri pars res a. 1445–1480 complectens numero XIII libri insignita est. Nomen libri XIII, quamquam in *Annalium* manuscripto apparet nullo, tamen ita in usum venit, ut etiam nunc ab editoribus adhibeatur et in catalogorum indicibus<sup>84</sup> occurrat.

Editio Lipsiensis, quamquam apud rerum gestarum studiosos non tanto favore et benevolentia excepta est<sup>85</sup>, nihilominus tamen ad studia Dlugossiana propaganda maxime contulit, nam centum quinquaginta annos Dlugossii *Historiarum* plenum textum typis expressum exhibuit. Multa reprehendebantur a viris doctis et ad ipsam rem et formam huius editionis attinentia. Textus enim minime purgatus, si sermonem respicias, mendis corruptelis et sententiis deformatis scatebat. Id potissimum vituperationi datum est, quod editione Dobromilensi pro fundamento sumpta priores libri iterum prelo impressi sunt, in sex vero posteriorum librorum textu constituendo Dembinskii manuscripto editores nimis confisi sunt; atqui constat illud manuscriptum huius aevi doctorum desideriis non satis facere. In ultima parte libri XII edendi ratio ad auctoritatem manuscripti breve in tempus ab Academia Cracoviensi benigne communicati, quod longe quidem ab apographi virtute ac genuina condicione abhorrebat, revocata est. Reprehendebatur ratio edendi ipsa et maxime illud manuscriptum rarissimum, pro quali editores apographum Alberti Dembinski, Zatoriensis et Osvecimiensis vexilliferi habuerunt. De illo enim manuscripto Janocki<sup>86</sup> memoriae prodidit haec: „*exscriptum ex apographo recenti turpiter atque nequiter corrupto*”. Manuscriptum Cracoviense homine quodam insigni intercedente ad typographorum Lipsiensium<sup>87</sup> usum commodatum est.

In tripartita editione Lipsiensi praeparanda prior recensio minime respecta est. Sex enim priores libri ex editione Herbartiana, sex vero insequentibus ex Dembinskii manuscripto typis iterum impressi sunt, quod — ut primus aspectus docet — codex posterioris erat recensionis, quia legitur hic sub a. 1399 *Aliud epitaphium* reginae Hedvigis saeculo XVI fere medio adscriptum. Huic editioni laudi adtribuendum est, quod capitum tituli, qui primitus cum textu tamquam cum corpore artiore nodo numquam coniuncti erant, inclinatis litteris in marginibus depicti sunt. Qui eo consilio in textum inducti sunt, ut intelligentia legentium adiuveretur, id quod editores ipsi in praefatione profitentur<sup>88</sup>.

<sup>83</sup> „Praefatio ad lectorem“, Ed. Lips., t. II, p. XII.

<sup>84</sup> Exempli gratia *Straty bibliotek i archiwów warszawskich w zakresie rękopiśmiennych źródeł historycznych*, t. III, Warszawa 1955.

<sup>85</sup> A(leksander) S(emkowicz) in censura editionis Przeddzieckianae, *Joannis Dlugossii seu Longini canonici Cracoviensis Historiae Polonicae libri XII*, ed. Przeddziecki, inserta ephemeridi: *Przegląd Krytyczny*, Kraków 1876, p. 334–337.

<sup>86</sup> *Janociana*, II, p. 73.

<sup>87</sup> Muczkowski, op. c., p. 23.

<sup>88</sup> Krause, „Praefatio ad lectorem“, Ed. Lips., t. II, p. XII.



*Editio Mitzleri de Kolof*

Tertio loco editio Lipsiensis iterum a Mitzlero de Kolof in libris *Historiarum Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae scriptorum collectio magna*, sumptibus typographiae Mitzlerianae Varsaviae 1761 comparata nominanda est. Tertio tomo quattuor libri (1776), libri vero V—XII tomo quarto comprehenduntur; tam paucis exemplaribus tomus quintus librum XIII, quem vocant, complectens asservatus est, ut nunc in bibliothecis musaeisque vix inveniri queat. Ioseph Muczkowski cum anno 1823 Stockholmiae moraretur, manu versavit eundem tomum asservatum in bibliotheca Laurentii Engeström, qui ut integrum corpus Dlugossianum compararet, singula folia typis modo edita e typographorum officina sibi suppeditanda curabat<sup>89</sup>.

*Editio Cracoviensis*

Anno 1857 Cracoviae Alexander Przezdziecki, Franciscus Wężyk, Ludovicus Łętowski, viri docti consilium Ioannis Dlugossii operum omnium edendorum inierunt. Opus quamquam Cracoviae edebatur, omnia tamen, quae futurae recensionis usui essent, Varsaviae Gnesnae Posnaniae praeparabantur. In Galicia, in eis Poloniae regionibus, quae Russis erant subditae, in terra Posnaniensi, inter Polonos etiam exules in terris extraneis degentes iam in antecessum pecuniam pro opere publicando dari posse editores declaraverunt, ut eo modo primi inter Polonos rerum scriptoris opere edendo populi sui desideriis ac studiis satisfacerent<sup>90</sup>.

Universitas Iagellonica fuit, cuius plurimum interesset, ut Dlugossii opera omnia in lucem emitterentur. Etenim editores, ut quibus vellent Bibliothecae Iagellonicae subsidiis uterentur, Rector senatusque Universitatis liberaliter ac benigne permiserunt opusque Dlugossii prelo typographico Academiae commendare, novos typos conficiendos curare, sumptus in opus typis exscribendum faciendos imminuere promiserunt. Atqui haec promissa serius venerunt atque irrita ceciderunt, iam prius enim pactum de Dlugossii opere edendo cum editoribus ephemeridis, quae in sermone Polono *Czas (Tempus)* vocatur, factum erat.

Principem locum inter Dlugossii opera omnia *Historia Poloniae* obtinuit titulum prae se ferens hunc: *Ioannis Dlugossii seu Longini canonici Cracoviensis Historiae Polonicae libri XII*, t. I—V. Ad veterimorum librorum manuscriptorum fidem recensuit, variis lectionibus adnotationibusque instruxit Ignatius Żegota Pauli cura et impensis Alexandri Przezdziecki, Cracoviae 1873–1879. Continetur Operum omnium Dlugossii tomis X–XIV. Editores Cracovienses id sibi proposuerunt, ut textus latinus recte emendatus et prima eius in patrium sermonem conversio lectori suppeditaretur. Carolus Mecherzyński, professor Universitatis Iagellonicae, textum Latinum ex editione Lipsiensi in linguam Polonam convertit; priusquam vero haec translatio typis mandaretur, Mecherzyńskio

<sup>89</sup> cf. Muczkowski, op. c., p. 6. Omnes (*Annalium* ad a. 1459) tomi editionis Mitzlerianae asservantur in librorum collectione Bibliothecae Czartoryscianae.

<sup>90</sup> *II Sprawozdanie z wydawnictw dzieł Długosza*, Bibl. Warsz., 1859, t. II, p. 862.

ea cum novo ac recte constituto textu Latino comparanda fuit, ut ultimam manum experiretur. Quod quidem quominus fieret, obstitit id, quod Mecherzyński ita operam admaturavit, ut paucis annis ante, quam textus Latinus recte restitutus ederetur, translationem absolverit et eius tomum priorem iam a. 1867 iuris publici fecerit. Huic conversioni inscribitur: *Jana Długosza kanonika krakowskiego Dziejów polskich ksiąg dwanaście* (Opera omnia t. II–VI, Cracoviae 1867–1870).

Septimo demum decennio saeculi antecedentis in Bibliotheca principis Czartoryski Długossianum autographum, quo res gestae usque ad a. 1406 tractantur, Parisiis repertum est et unde Cracoviam delatum. Tunc temporis textus emandationes iam longe processerunt. Textum enim editionis Lipsiensis cum manuscripto Calvimontano in oppido Vilanov<sup>91</sup> prope Varsaviam servato Eugenius Ciemniowski et Ioseph Lepkowski Varsaviae conferebant enotabantque e A. Cieszkowskii apographo lectionum varietatem. Textum libri VII et insequentium Żegota Pauli cum posterioribus manuscripti abbatis e Sancta Cruce tomis in Bibliotheca Cornicensi asservatis comparavit, Cracoviae vero varias lectiones e codice Rozrażewiano<sup>92</sup> exscripsit. In apparatus criticum lectiones discrepantes e Cieszkowskii codice depromptae sunt receptae. Ioannes Koźmian collationem ex pretiosissimo codice Czerniejewskiano, qui olim Ligęzae fuit, praebuit, Chwalczewski vero nonnullas varias lectiones e codice Bibliothecae Cathedralis Gnesnensis (qui olim Andreae Lisiecki et Ignatii Krasicki fuit) exscripsit.

Autographum, quod Parisiis repertum erat, pariter atque alios quoque codices editores Cracovienses in apparatu critico suae editionis his tantum respexerunt locis, ubi textus pro fundamento sumptus vel corruptelis offendeat vel in sermonem bene Latinum gravius peccabat. Quamquam maximam partem autographo et codice Calvimontano innixi sunt editores, tamen non raro usu veniebat, ut quasdam interpolationes aetatis posterioris, quibus autographi lacunas bene expleri putarunt, in textum reciperent.

Lectionum discrepantiae variorum apographorum in editione adhibitae maximam partem haud egregie vice sua perfunctae sunt ob eam maxime rem, quod codicum classes non erant accuratius constitutae duabus illis recensionibus exceptis, unde nimirum in apparatu critico occurrunt nonnumquam eadem fere lectiones.

Autographum Parisiis repertum spem editorum egregie fefellit. Manuscriptum illud nitidius non exaratum neque absolutum neque in ullum ordinem redactum est. Desiderantur in eo tituli, ipsum vero difficili dispectu medii aevi scriptura conscriptum in bonam tam graviter peccat latinitatem, ut vix intellegi possit. En, cur editorum ardor exstinctus sit, cum sibi persuasissent, quam parum autographo reperto lucrarentur. Quae cum ita essent, certiore via meliusque munita sibi progredi proposuerunt permultis peioris notae codicibus cum textu comparandis.

Ignatio Żegota Pauli, cui edendi ratio instituenda erat, inexpectatae prorsus difficultates se obtulerunt. Non solum oportebat mutuam inter utramque recensionem intercedentem relationem constituere, certos limites adnotationum circumscribere, verum etiam textum ipsum imprimis corrigere atque emendare. Cui rei eximiam ac singularem curam impendit Żegota Pauli. Craco-

<sup>91</sup> Vide p. 41.

<sup>92</sup> *III sprawozdanie u wydawnictw dzieł Długosza*, Bibl. Warsz., t. I, 1860, p. 742, 744.

viensibus viris doctis suadentibus editores secuti sunt regulas orthographiae recentiores nominibus oppidorum, vicorum personarumque exceptis, quae ad verbum exprimenda erant. Varia horum nominum orthographia in autographo obvia, ut e textu est perspicuum, neque respecta neque reddita est. Editores quidem praemonuerunt commentarios ad nomina explicanda adque compendia chronologica resolvenda et rerum gestarum ordinem constituendum spectantes se adiuncturos, tamen horum promissorum paucissimis tantummodo steterunt.

Temporis ac spatii angustiis coacti praetermiserunt editores omnes adnotationes marginales seriorum librariorum et lectorum in autographo obvias<sup>93</sup>.

*De editionis institutis. Autographi descriptio eiusque compositio*

In textu prioris partis *Annalium* (usque ad a. 1406) edendo innixi sumus autographo<sup>94</sup>, quod a librariis Dlugossio moderante conscriptum est et postea ab ipso supplebatur corrigebaturque et iterum per partes a scribis exscribebatur. Is est codex chartaceus minoris folii in monasterio Capucinatorum Lubartoviensium a bibliopegis versus finem saec. XVIII conglutinatus ac duabus tabulis corio fusco tectis obvolutus. In tegumento vix conspicitur inscriptio paene rasa, quam me ita restituere scito:

COD[EX] MRS: | B[IBL]IO-[TH]ECAE | CA[P] L[UB]AR

In dorsi involucro viridi excusa est inscriptio haec:

ANNALES POLONIAE JOA DLUGOSCH AD ANNUM 1406 AUTOGRAPHUM

Tegumentum refecit Robertus Jahoda glutinator Cracoviensis, a quo involucra interiora confecta sunt. In parte interiore tegumenti anterioris exlibris Stanislai comitis Zamoyski legitur. Signatura 1306 Bibliothecae principum Czartoryski est adscripta in prima charta epistolae dedicatoriae ad Sbigneum de Oleśnica missae, quia pristinum deest antefolium. Textui subiectae leguntur notae aetate superiores ad originem et autographi fata pertinentes: *Ex libris Thomae Paprocki camerarii Przemysliensis*, et subscriptio scriptura saeculi XVIII exarata haec: *Loci Cap[ucinatorum] Lub[artoviensium]*. Iuxta impressum est sigillo: *Z Biblioteki Puławskiej XX Czartoryskich*.

Autographum solutis sexternis conscriptum est, quae persaepe eximebantur aliisque commutabantur, nova folia ac singulae chartae inserebantur. Non raro usu veniebat, ut chartarum soluta fragmenta insererentur. Chartae exteriores sexternorum maculatae indicio sunt, quod apographa ex autographo seriore aetate per foliorum complexus describebantur<sup>95</sup>. Ab illis inferioris

<sup>93</sup> Ed. Crac. Praefatio, Opera omnia, t. I, p. XIII.

<sup>94</sup> De autographi origine, compositione, fatis eiusque descriptione fusius atque uberius tractavi in mea commentatione lingua Polonica conscripta c.i. *Powstanie i dzieje autografu Annalium Jana Długosza* Rozpr. PAU Hist-Fil., ser. II, t. XLVII, nr 1, Kraków 1952.

<sup>95</sup> cf. p. 17.

aetatis librariis proficiscuntur nonnulla capita et chartae ex. gr. fol. 413/414 manu unius e librariis, qui codicem Calvimontanum exaraverunt, descripta. Codex scriptus est in chartis Italicae originis cum signis aquaticis in speciem bovis capitis figuratis varieque ornatis et saeculo XV propriis. Praeterea clavium et librae imagines conspiciuntur. Signum anno 1459 vel 1460 notatum, quod constanter usurpabatur, in actis terrestribus et castrensibus Cracoviae saepe obvenit. Maiore ex parte codex unius librarii manu est scriptus, qui plurimas adnotationes et brevissimas et maioris ambitus textui Dlugossiano asseruit. Textus ipse exaratus est litteris diductis et paululum inclinatis, quae saec. XV erant in usu, scripturae ductus diligens audax et strenuus. Certe librarius ille erat artissima familiaritate et cum Dlugossio et cum Capituli cathedralis Cracoviensis notariis coniunctus.

De Dlugossii secretario notitia et in aliis eius aetatis fontibus est nobis servata. Is in Calendario Cracoviensi<sup>96</sup> sub a. 1455 Sbigneum de Olesnica de vita decessisse adnotavit. Non abest quidem suspicio, quin secretarius ille propria manu pro Dlugossio ipso notitiam de Sbignei morte in Calendario ascripserit. Haec adnotatio et duae aliae ad a. 1463 pertinentes, quarum una de Pauli de Giszczce episcopi Plocensis morte (27 I), altera vero de Pauli e Zator canonici cathedralis Cracoviensis obitu (9 XII) refert, indicio sunt, quod secretarius intima familiaritate cum Capitulo cathedrali coniunctus erat<sup>97</sup>. Eadem familiaritas etiam codice *Epistolarum diversarum et epitaphiorum liber*<sup>98</sup> inscripto comprobatur. Quo codice continentur litterarum renascentium aetatis scripta, antiquorum scriptorum fragmenta, Concilii Tridentini acta, pontificum Romanorum bullae. Quibus interserta sunt permulta scripta Polonica, ut sunt epistolae Sbignei de Oleśnica, et Strzemiński, et Elgothi canonici et una Dlugossii epistola genuina itemque epistolae ad viros laudatos missae. Praeterea adnotationes, quarum tempus ac sedes incerta sunt, leguntur. Qui hanc collectionem Dlugossio adiudicaret, nullus dum exstitit vir doctus; etenim haec opinio uno ac debili tantum argumento comprobari possit eo scilicet, quod toto illo corpore una epistola Dlugossii manu scripta continetur<sup>99</sup>. Maximam partem codicis a Dlugossii secretario suppletam esse dilucide perspicitur. Praeter enim textus partes ad Dlugossium pertinentes, quae litteris JD ante capita initialia positae signantur (leguntur hic etiam notae v.gr. EL — Elgoth) alterius librarii manu descriptae et aliorum, quorum nomina per compendia scripta omnino resolvi non possunt, haud dubie insunt in hoc codice plurimae adnotationes a notario ipso congestae.

Nisi nonnullae manu Dlugossiana glossae inter lineas interscriptae conspicerentur, secretarii manuscriptum illud fuisse putares, cum omnes omissiones et lacunas per totum manuscriptum inde a prima usque ad ultimam chartam hic explevisset. Quin immo secretarium id opus a. 1461

<sup>96</sup> Ms. Arch. Capitul. Cracov., sign. 209.

<sup>97</sup> Notae typis exscriptae a G. Bruchnalski, Mon. Pol. Hist., t. VI, Cracoviae 1893, p. 676.

<sup>98</sup> Ms. Bibl. Jagel., sign. 42. Argumenti indices ac manuum textum exscribentium descriptio in praefatione I. Szujski editioni *Codicis epistolaris* praemissa (*Codex epistolaris saeculi decimi quinti*, ed. A. Sokołowski et I. Szujski, Cracoviae 1876 in collectione generali: Monumenta Medii Aevi Historica, t. II) legitur (p. XLIX sq.) Szujski textum inter singulos libraries describens manum librarii Dlugossiani a me recogniti littera D signavit.

<sup>99</sup> Szujski, op. c., p. LVI-LVII.

ad finem perduxisse ex epistula Capituli cathedralis ad Pium II papam eo ipso tempore missa cognitum habemus<sup>100</sup>.

Ab eodem secretario est compositus quoque epistolarum liber formularis de Vilanov quo praecepta et exempla epistolarum scribendarum ex Sbignei de Oleśnica et Strzemiński episcoporum tabulario deprompta continentur<sup>101</sup>. Fuit ille vir litteratus, ingenii acumine praeditus, rationem suorum temporum probe sciens versatusque in litteris antiquis et humanisticis ac manuscripto (ms. B. J. sign. 42) sagacissime suppleto documentum praebuit, quantum omnium rerum doctrinam, qua rerum scriptor adiuveretur, sibi asciverit.

Alii scribae Dlugossiani denuo eas autographi chartas exarabant, quae ob correcturas ab ipso auctore illatas iterum recensendae et nitidius exscribendae erant. Quae chartae postea demum autographo insertae sunt. Adscriptiones ipsius Dlugossii scribarum et in margine et sub textu collocatae rarissime obveniunt. Inserebantur et commutabantur hae autographi chartae inde a tempore, quo opus conscriptum erat, usque ad historici mortem. Exstant enim folia, in quibus perrarae glossae Dlugossii manu aspersae conspiciuntur. Plurimae ex adnotationibus marginalibus et totis etiam capitibus in marginibus aspersis ab auctore ipso proficiscuntur. In unaquaque fere pagina pristini textus scripturae Dlugossianae ductus deprehenditur, praesertim cum adnotationes in summis atque infimis marginibus, in correcturis interlinearibus et singulorum vocabulorum rasuris positas diligentius spectes. Adnotationes Dlugossii manu invexae inter se differunt atramenti colore, qui luteus expallidus canus ferrugineus ruber et niger est. Nonnumquam dispicias varium atramenti colorem in parvo textus ambitu, quin etiam in una tantum linea, immo etiam una vox diverso atramento aliquoties emendabatur. Praeter has adnotationes Dlugossii manu scripti sunt tituli capitum, quae ad monasteriorum foundationem pertinent.

Praeter ornatissimam litteram initialem R, quae semel occurrit „Epistolamque dedicatorem” Sbigneo de Oleśnica missam incipit a vocabulo *Reverendissime*, caeruleo atramenti colore in rubrarum spirarum speciem depicto, caret manuscriptum aliis eiusmodi ornamentis<sup>102</sup>. Litterae initiales rubrae et caeruleae conspiciuntur tantummodo in prioribus et extremis sexternorum foliis, in interioribus vero chartis designantur tantum litterae vel vacui hiant loci, ubi litteras ipsas depingere oportuit.

In marginibus praeter Dlugossii ipsius adnotationes quoque rerum summaria manu saeculi XV exeuntis et XVI ineuntis, quorum nonnulla varia manu et rubro vel alio atramenti colore sunt scripta, leguntur; qua de re et orthographia et scripturae ductu optime edocemur.

In autographo inveniuntur haud paucae chartae eo consilio vacuae relictas, ut postea litteris expleantur; at saepe accidit, ut textus iterum exscriptus totas paginas iam non impleret. Plerumque textus in chartarum partiunculis scriptus manuscripto adiungebatur.

Textus ipse incipit a Dlugossii „Epistola dedicatoria” Sbigneo de Olesnica consecrata: *Reverendissimo in Christo Patri Domino Sbigneo de Oleschnicza... Domino meo colendissimo et dignissimo...*

<sup>100</sup> *Cod. epist.*, ed. Sokołowski et Szujski, p. 207.

<sup>101</sup> Szujski, op. c., p. LIX, quandam similitudinem inter huius manuscripti scripturae ductum et inter manum D. manuscripti Bibl. Jagell. nr 42 intercedere primus conspexit.

<sup>102</sup> Vide tabulam phototypam I.

Haec epistola in praefationem crevit nimia mole exoneratam, in qua exponit auctor incitamenta occasionem difficultatesque, quae ei in historia conscribenda se obtulerunt. Accuratus explanatur auctoris propositum ac consilium operis in libros dividendi aperitur: *Visum autem est mihi bonum opus hoc omne in duodecim libros dividere.*

In initio operis ea re praecipue offendimur, quod primus liber suo titulo caret, qui post illud caput, in quo de operis in libros divisione sermo est, in apographis et editionibus legi solet. Reliqui librorum tituli oblongis litteris minusculis varia manu depicti non proficiscuntur a scribis, qui pristinum exaraverunt textum.

Libro primo descriptio Polonorum terrae sic dicta „Chorographia” continetur. Huic „Chorographiae” res fabulosae immixtae manuscripti constituunt partem, postea *Annalibus* praefixam. At ne credideris „Chorographiam” illam absolutam esse forma compositioneque. Etenim hic quoque hiant lacunae, quae numquam expletatae sunt. Qua ex re recte coniecero historico non semper sufficientem in modum notitias prius complere contigisse, quam, ad transcribendum accederet. Compositio secundum annorum seriem confecta a libro secundo incipit. Intra singulos annos singula capita longioribus brevioribusve locorum spatiis inter se distant.

#### *De Dlugossio rerum gestarum scriptore*

Difficile est diiudicare, quantum Sbigneo de Oleśnica vivo processerit Dlugossius in fontibus historiae pervestigandis ac congerendis. Auctor ipse incitamentum ac mandatum ad historiam suorum temporum nec non saeculorum, quae praeterierant, conscribendam a patrono suo accepisse confitetur. In praefatione enim affert haecce: *Exigebas enim Reverendissime Pater, iure tuo, a me illustrandae patriae causa, ut res gestas superiores et praesentes stylo meo litteris mandarem, astruens non mediocrem me rei nostrae publicae allaturum profectum, si praesentibus vetera coniungerem, ex utrisque corpus perpetuae historiae compendinaturus*<sup>103</sup>. Non est proclive suspicari Sbigneum de Olesnica, cum primordia operis a Dlugossio incohata oculis suis vidisset, quae suae aetatis memoriam complexa erant, spem bonam aluisse fore, ut Polonorum historia ratione temporum scienter perpensa conscriberetur. Pro certo enim habebat chronicas, quae adhuc fuerunt, desideriis suae aetatis minime correspondere; qua de re, ut aliquis res et suae aetatis et ab ipso gestas perscriberet, vehementissime exoptabat. Accedit, quod rei publicae status, praecipue vero bellum, quod tum cum Cruciferis gerebatur nec non actiones de pace cum eis componenda necessitatem prorsus imponebant, ut Polonorum iura ac vindemiae ad Pomeraniam ratione historica adhibita demonstrarentur et in apertum proferrentur. Quae quidem res maximam ansam praebuisse videntur ad eas *Historiarum* partes conscribendas, quibus controversiae atque actiones utriusque litigantis dilucidarentur.

Nobis originem ac progressum operis componendi perscrutantibus comprobandum est primitus ortum esse textum, qui rerum Polonicarum memoriam complexus et maxima ex parte in fontibus patriis fultus sit, postea demum Dlugossium statuisse etiam extraneorum gentium ac civitatum

<sup>103</sup> Ioannis Dlugossii c. huius Editionis p. 61.

nec non pontificum Romanorum historiam operi suo inserere. Autographum nitidius exscriptum est ex schedulis ab auctore exaratis, quae materiam praebebant ex variis fontibus depromptam unoque narrationis filo coniunctam et in singulis capitibus secundum annorum ordinem digestam.

Iam a viris doctis cognitum est Długossium in unam quasi catenam causarum et eventuum res enarratas vinxisse<sup>104</sup>. Atque haec animadversio de singulis capitibus singulos annos describentibus valet, tamen opiniones ac iudicia, quae totam materiem enarratam artius coniungant quaeque latius pateant, in universum deficiunt. Quam rem optime tibi explicabis, si rationem ac viam, quam Długossius in opere conscribendo ingressus est, in censum vocaveris. Is enim primum schedas compendiosas annorum serie dispositas composuit, quae deinceps novis auctibus atque additamentis suppletas fundamentum textui pleniori atque uberiori iacerent. Harum schedularum vestigia in asservatis chartarum partiunculis autographo nullo cum textus *Historiarum* specie exteriore connexu observato intersertis — quae ad fontes proxime accedunt quaeque nulla re intercedente ex iisdem derivantur, convertuntur vel compendiose exscribuntur — conspiciamus. Nonnulla, quae accedunt, supplementa altera manu posteriore confecta esse videntur, quia adnotationibus Długossii manu aspersis carent.

Textus pristinus, qui tomo primo prioris recensionis res gestas usque ad a. 1406 complectenti continetur, in eiusdemque generis chartis papyraceis unum corpus constituit atque uno tempore continuo scriptus est. Quae res atque una manus toto manuscripto conspicua documento sunt cum autographo nobis rem esse.

Prout Długossius novos fontes adibat eosque in usum suum convertebat, pristina textus configuratio additamentis ex novis fontibus depromptis, correcturis vel interpolationibus in pristinum textum inserendis paulatim sed funditus immutabatur argumentumque ipsum narrationis amplificabatur. Itaque *Annalium* libris internexit notitias de episcoporum vitis, quarum seriem annis continuis 1468–1478 eum composuisse satis constat. Adnotationibus multos fontes extraneos inseruit; hic nominanda est *Chronica Oliviensis*, *Historia Salonitana* Thomae de Spalato, *Fasciculus temporum* Rolevinci, *Chronicon* Martini Poloni et *Annales Silesiaci compilati* nec non maiore ex parte Cruciferorum *Chronica* Wigandi Marburgensis et Teodorici de Nyem<sup>105</sup>. Praeterea multa Długossius hausit ex *Historia Bohemiae* Aeneae Silvii<sup>106</sup> et ex Boccaccii opere *De casibus illustrium virorum* inscripto<sup>107</sup>. Haud pauca quoque ex veteribus scriptoribus excerpta in pristinum textum interserere non supersedit. Quibus additamentis ac supplementis pristino textui adiectis factum est, ut in opere Długossiano plurimi errores chronologici orerentur annorumque ordo perturba-

<sup>104</sup> Ea posteriora excerpta atque additamenta, quae in autographo conspiciuntur, selegi ac congressi analysisinque criticam institui Alexandri Semkowicz nixa commentatione, c. i. *Krytyczny rozbiór Dziejów polskich Jana Długosza do r. 1384*, Kraków 1887.

<sup>105</sup> K. Stachowska, *Zapóżyżenia J. Długosza z dzieła Teodoryka z Nyem „De Scismate“*, R. Bibl. PAN. Kraków 1958.

<sup>106</sup> Quantum Długossius Aeneae Sylvio debuisset, post Alexandrum Semkowicz accuratius pervestigandum sibi proposuit I. Zarębski in dissertatione c.i. *Stosunki Eneasza Sylwiusza z Polską i Polakami*, Rozpr. PAU. Hist.-Fil. ser. II t. XLV, Kraków 1939. Długossii excerpta ex Aenea contuli cum autographo.

<sup>107</sup> I. Zarębski, *Problemy wczesnego Odrodzenia w Polsce. Grzegorz z Sanoka — Boccaccio — Długosz, Odrodzenie i Reformacja w Polsce*, t. II, Warszawa 1957, p. 46–48.

retur. Ad hunc ordinem perturbandum primum contulit id, quod notitiae ex novis fontibus depromptae perverse non sub propriis annis collocatae sunt, deinde, quod res diversae ac nonnumquam sibi contrariae sub uno eodemque anno enarrantur, tum ex contrario, eadem res sub variis annis aliquoties describitur. Quaerentibus vero nobis, cur id factum sit, ut Długossius tam multos errores admiserit, haec explanatio maxime occurrit, qua historicum multis annis post, quam pristinum textum composuerat, longo temporis spatio interiecto ad historiam quibusdam novis additamentis supplendam saepenumero revertisse demonstratur. Quae cum ita sint, nil igitur mirandum, quod probe memoria iam non tenebat rerum scriptor, quae antea conscripserat. At non solum menda chronologica, sed etiam ad rem ipsam pertinentia posterioribus additamentis, ac supplementis explanantur. Plerumque enim unum nomen proprium vel una vox supervacanea textui addita diversum sensum rebus enarratis tribuunt, argumentum obscurant et textum intellectu difficillimum reddunt.

Non omnes vero errores explicantur casu fortuito, calami lapsu vel animo auctoris minime attento atque alienis rebus distracto, nam persaepe rerum memoriam conscius corrupisse videtur scriptor. Ita certe res se habet cum mutatione nominis Mieszkonis in *Mieczslaum*. Persuasum enim erat auctori nomen Mieszkonis deminutivum esse Mieczslai quod nomen in *-slaus* desinens cum ceteris Polonorum nominibus propriis congruerat<sup>108</sup>. Cuius rei documento est vel id, quod historicus, ubicumque in textu nomen Mieszkonis apparuerat, constans in *Mieczslaum* correxit.

Additamenta ac supplementa cum textui alterius recensione inserta in nimiam molem crevisent, aggressus est Długossius ad novam ac postremam textus recensionem conficiendam. In locum veterum chartarum novae substitutae sunt, sedem veterum sexternorum alia occupaverunt. *Annalium* manuscripto insertae sunt maioris ambitus textus partes: quare factum est, ut prima manuscripti pars manu posteriore in chartis deversis signis aquaticis instructis confecta in *Annalium* libros introducta sit. Haec pars „Epistolam dedicatorem” ad Sbigneum de Oleśnica missam, caput de operis partitione et totam „Chorographiam” comprehendit. Pro priscis sexternis, quae e principio operis remota erant, nova sexta novum mutatum atque uberius textum exhibentia substituta sunt. E pristina recensione quattuor integra asservantur folia<sup>109</sup> in textum denuo exscriptum inserta, in quibus res fabulosae leguntur. „Chorographia” seorsum composita est ac separatam operis partem constituit. De qua legitur mentio apud Mathiam de Miechovia<sup>110</sup> et apud Ianockium, qui manuscriptum a Długossio ipso exaratum<sup>111</sup> esse expressis verbis contestatur. Quamquam „Chorographia” posteriori demum recensionem inserta est, tamen neque absoluti neque integri operis speciem prae se fert. Etenim perspicuntur in ea vestigia veterum schedarum, quae ex fontium congerie ac materie orta sunt, in quibus nomina toponomastica secundum regiones regni Poloniae disposita erant. Singula „Chorographiae” capita scatent plurimis omissionibus, quas auctor posteriore tempore suppleturus erat.

<sup>108</sup> cf. J. Długossius, *Annales*, p. 171, autograph. p. 79.

<sup>109</sup> Autographi chartae sunt hae: 61/62–79/80, 63/64–77/78, 67/68 — 73/74 et 69/70 — 71/72.

<sup>110</sup> Obitus Ioannis Długossi. Ex Mathiae de Miechovia: *Chronica Polonorum*, Ed. Crac. *Opera omnia*, t. I, p. XVI (ea res tractatur a B. Olszewicz in dissertatione, c.i. *Jan Długosz, ojciec krajoznawstwa polskiego*, Warszawa 1915, p. 7)

<sup>111</sup> *Janociana* III, p. 112.



*Quo tempore autographum ortum sit*

Paulo post, quam Sbigneus de Oleśnica, qui Długossio hortator operis conscribendi extiterat, mortuus est (a. 1455), Długossius ad Historias conscribendas aggressus est ita operam ac curam suam disponendo, ut eodem tempore, quo materiem in unum colligebat, eandemque nitidius exscribendam librariis mandaret. Haud dubium est, quin Długossius mediocribus tantum ac leviusculis difficultatibus in historia inde ab a. 1406 maximeque vero suae aetatis conscribenda tardatus sit. Quocirca ea operis pars brevior scilicet tempore quam aliae partes absoluta est, nam materiem congerenti nullae fere difficultates se obtulerant. Quae cum ita sint, argumenta a Zeissbergo<sup>112</sup> ex rebus, quae posterioribus temporibus evenerunt, petita quibus *terminus a quo*, operis incohati circumscriberetur, iam nobis satisfacere non possunt, praesertim cum viam ac rationem scriptoris cognitae habeamus plurimaque eum textui iam composito addidisse satis nobis simus conscii. Quam ob rem et cetera argumenta, quae M. Bobrzyński — S. Smolka<sup>113</sup> et E. Perfeckij praestiterunt, ad *terminum ante quem* stabiliendum potius valere possunt. Quod ut vel uno exemplo doceam, animadvertas quaeso notitiam sub anno 1311 de pace Torunensi adscriptam; quae posterius adiecta testimonio est textum operis iam ante a. 1466 exscriptum esse<sup>114</sup>. Haud facile est statuere tempus, quo pars *Annalium* res gestas Długossii aetatis continens conscripta sit, non asservatum enim habemus manuscriptum genuinum ac primum, in quo adnotationes posteriore tempore illatae perspicuae essent. Nihilominus tamen suspicamus partem res Długossio suppresas usque ad a. 1455 complectentem ante a. 1461 compositam esse, id quod conicimus<sup>115</sup> ex narratione historici ipsius, qui Thomae Strzemiński episcopo Cracoviensi electo maxime exoptat, ut quae electionem eius prosecuta erant, prosperum futurum eventum habeant. Fieri non potuit, quin haec pars ante Thomae episcopi mortem conscripta esset, cum Długossius minime esset conscius eorum, quae ex altera electione eventura sibi ipsi cladi fuerunt atque effecerunt, ut Cracovia expelleretur.

Atque fieri potuit, ut in ea parte, qua res gestae Długossio contemporaneae continebantur, eventus quoque annorum 1406–1444 et 1445–1480 enarrarentur. De tali enim divisione certiores fimus manuscriptis, quae ex autographo recta via proficiscuntur. Consimilem coniecturam audemus de primo volumine res vetustiores usque ad a. 1406 comprehendenti, quod eodem ipso tempore exscriptum esse videtur quodque duarum partium compaginem expresse prodit, quarum prior usque ad a. 1338 extenditur, posterior vero inde ab a. 1339 ad a. 1406 pervenit.

*Terminus, a quo* Długossius autographum exscribere coeperit, ex *Chronicis Cruciferorum* statui potest. Rerum enim scriptor aliquot itinera in Pomeraniam fecit, quorum primum in a. 1457, altera in a. 1464, 1465, ultimum vero in a. 1466 inciderunt; unde a. 1464 Nicolai Jeroschini

<sup>112</sup> Zeissberg, op. c., p. 127 sq.

<sup>113</sup> cf. *Jan Długosz, jego życie i stanowisko w piśmiennictwie*, Kraków 1893. Argumentum, quo Bobrzyński demonstrandum susceperat *Annalium* partem res Długossio contemporaneas usque a. 1443 tractantem ab historico ante a. 1458 esse conscriptam, refutavit S. M. Kuczyński in dissertationis a Semkowicz — Zaremba conscriptae, censura inserta ephemeridi: *Studia Źródłoznawcze*, t. I, Warszawa 1957, p. 272.

<sup>114</sup> Ed. Crac. HP III, p. 55, aut. 737.

<sup>115</sup> cf. Zeissberg op. c., p. 27; M. Bobrzyński, et S. Smolka, op. c., p. 69.

*Chronicam* ab ignoto quodam clerico e Geismar conversam secum apportavit. Translator ille querebatur, quod vix intra 22 dies translationem chronicorum Pruthenicorum voluntati scilicet Dlugossii obsequens confecerat. Praebet igitur Jeroschini *Chronica* ad *Annalium* partis in ea fultae tempus stabiliendum documentum gravissimum, nam errores ac menda, quae temporis angustiis ac festinatione summa coactus comiserat translator, in pristinum textum autographi invexa sunt.

Ea igitur *Annalium* pars, quae in Jeroschini *Chronica* fulta est atque annos 1230–1326 continet, non maturius a. 1464 exscripta esse potuit. Necessitate enim festinandi, quae translatori imposita erat, demonstratur Dlugossium eo tempore in *Annalibus* conscribendis occupatum esse. Ex insequentibus peregrinationibus a. 1465 vel 1466 susceptis apportavit Dlugossius *Chronicam Oliviensem*; eam enim primum in *Historiarum* notis conscribendis in usum suum vertit, in tertia vero recensione eadem in textum ipsum inserta est, postquam novae chartae in locum veterum substitutae sunt. Quae chartae primae commutationis sunt atque ad illas signis aquaticis anni 1464 significatas proxime accedunt.

Tempus alterius recensioneis conficiendae, quod ex adnotationibus textui a Dlugossio adiectis circumscribi potest, longum spatium amplectitur, quod inde a manuscripto exarato usque, ad id tempus, quo opus ad finem perductum est, extenditur.

Multis fontibus, qui pristino textui adscribebantur, *terminus ante quem* definiri potest. Hic terminus extenditur extra annum, quo prior recensio condita est, et ex fontibus extraneis propius stabilitur, velut e *Historia Bohemiae* Aeneae Silvii<sup>116</sup> a. 1475 edita eodem fere tempore, quo Boccaccii opus *De casibus illustrium virorum*<sup>117</sup> in lucem prodiit. Cum historicus tempore procedente episcoporum vitarum perscriberet seriem, initium faciens a Vratislaviensium episcoporum catalogo, qui agmen ducit, usque ad annum 1468 perducto, et deinde conscribens Vladislaviensium episcoporum (usque ad a. 1470), tum Posnaniensium (usque ad a. 1475), Gnesnensium (usque ad a. 1476), Plocensium et Cracoviensium (usque ad a. 1478) catalogos, uberiores ac largiores fiebant notitiae de episcopis in adnotationibus aspersae. Proxime definitur *terminus ante quem* catalogo episcoporum Vratislaviensium, de quo commemoratur quoque a Dlugossio sub a. 1052<sup>118</sup>, ubi in nota postea conscripta revocat historicus ad eundem catalogum a se a. 1468 confectum. Non serius anno 1466 absolvit Dlugossius summam ac fundamentalem partem *Historiarum*, cum sub a. 1311 notitiam adnecteret de pace Torunensi<sup>119</sup>. Videtur igitur tomus primus intra annos 1464–1466 exscriptus esse, quo temporis spatio historicus recens ex exilio Melstinensi domum redux, cum iam *Vitam Sancti Stanislai* ad finem perduxisset atque ultimam manum huic opusculo imposuisset, secretario suo *Annales* ex schedulis priscis nitidius exscribendos mandavit. Multis itineribus quae tum maxime in Pomeraniam propter pacem cum Ordine Cruciferorum probe componendam — qua in re maximas partes agebat — suscepit, distrahebatur rerum scriptor ab opera librariorum

<sup>116</sup> Quae Dlugossius ex Aeneae Sylvii *Historia Bohemiae* compilaverat, cum autographo contuli secuta Alexandrum Semkowicz (op. c.) et Ignatium Zarebski *Stosunki Eneasza...*, p. 46 (328), p. 131 (415)–150 (422).

<sup>117</sup> I. Zarebski, *Problemy wczesnego Odrodzenia...*, p. 46–48.

<sup>118</sup> Ed. Crac. HP I, p. 305.

<sup>119</sup> cf. notam 114.

accuratius inspicienda ita, ut manuscripto demum nitidius descripto in novam ac plenioram recensionem praeparandam diligentiorum impenderet curam.

Atqui ad tempus prioris partis exscribendae, qua Praefatio, in libros divisio nec non „Chorographia” continentur, statuendum certiora summaeque fiducia argumenta nos omnino deficiunt. Hac in parte Dlugossius minime in usum suum convertit materiae copiam, quae fontium fundamenta in parte operis annalistica q.d. constituerat. Adhibueritne Dlugossius Aeneae Silvii *Historiam Bohemiae* et Ioannis Boccaccii opus *De casibus* tum typis nondum excusum, incertum manet atque manebit, praesertim cum opera illa demum a. 1475 typis expressa in lucem prodierint notum sit. Atqui fieri potuit, ut opere *De casibus*<sup>120</sup> in manuscripto etiam tunc posito copia utendi facta Dlugossio esset.

### *De operis progressu*

Magna *Annalium* parte exorta augebatur ac supplebatur prioris recensionis textus plurimis adnotationibus marginalibus et interlinearibus ab ipso auctore textui adscriptis. Is textus primarius, quia indigestam materiae solute coniunctae molem exhibebat, et quia locorum spatiis vacuis et inter lineas et in marginibus hiabat, copia idonea ad notitias historicas e novis fontibus haustas in textum inserendas data est. Additamenta illa, quae accesserunt, imaginem reddunt operis usque progredientis optimam atque ipsam monstrant rationem ac viam, quam secutus sit historicus, propria enim manu Dlugossii conscripta ea esse consentaneum est. Eadem res est cum correcturis ex novis et variis fontibus manu Dlugossiana illatis, quarum multitudine fere obrui videris. Rationis ac viae, quam historicus ingredi solebat, exemplum praebet Arnulfi mortis descriptio sub a. 964 collocata<sup>121</sup>, quam aliquoties erasam correctamque esse lucide conspicitur. Erat quidem Dlugossii consuetudo, ut in capitum fine adnotationes subiungeret, nonnumquam vero accidit, ut tota enuntiata in medium textum insererentur. In opere conscribendo id enixe historicus videtur egisse, ut quam plurimas poterat notitias de rebus vel minutissimis exquireret atque in unum colligeret; quare videlicet factum est, ut stilus ac forma nonnumquam claudicaret. Interpolationes a Dlugossio textui illatae conspiciuntur potissimum in aridis notitiis, quibus res enarrantur breviter, nam et locus, ut plenior atque uberior progrediretur oratio, et tempus, ut elocutio ac stilus excederetur expolitior atque elegantior, persaepe defecerunt.

De Dlugossii sermone minus eleganti multi lamentati sunt viri docti, e quorum numero sunt Herburt ex oppido Dobromilo, qui primus operis Dlugossiani exstitit editor, et Sarnicius et, qui primam Polonorum historiam litterariam condidit, Wiszniewskium dico, et Ignatius Żegota Pauli<sup>122</sup>, qui post alios novissimus Dlugossianum opus publici iuris fecit quique versicolorem imaginem

<sup>120</sup> Ms. *De casibus*, in quo vero adnotationes manu Dlugossi aspersae non conspiciuntur, asservatur in Bibl. Jagell., nr 416. Cf. de eo manuscripto, I. Zarębski, op. c., p. 43.

<sup>121</sup> cf. K. Pieradzka et W. Semkowicz-Zarembina, *Małopolskie Studia Historyczne*, Kraków 1958, R. I, z. I, p. 78, ubi auctores censuram Ignatii Zarębski commentationis c.i. *Problemy wczesnego Odrodzenia ...*, scripserunt.

<sup>122</sup> cf. p. 29.

gothicae scripturae idem opus appellavit. Huic viro docto laudi ponendum est, quod in multis locis depravatis sanandis et multis mendis e textu ingeniose tollendis satis superque sudavit plurimumque ad varia in syntaxin peccata corrigenda contulit.

Inter historiae Polonicae studiosos praeteriti saeculi fuerunt, qui Dlugossium laudibus efferrent immo etiam renascentium litterarum aetatis antecessorem eum putarent. Pervestigatum ac cognitum est a viris doctis, quantum debuisset Dlugossius scriptoribus antiquis imprimis Livio a se maxime adamato, cuius profluentem ac gravem narrationis tenorem imitatus quemque in operis forma per annorum seriem digesta atque in divisione in libros instituta secutus esset<sup>123</sup>. Novissimis vero temporibus viri docti viam ac rationem criticam ingressi id sibi proposuerunt, ut quantum Dlugossius ex singulorum veterum scriptorum sermone ac stilo nec non ex narrandi ac describendi arte mutuatus esset, quantum fieri potest, indagarent et expiscarentur. Post Thaddaei Sinko dissertationem sagacissimam „Praefationi”<sup>124</sup> *Annalium* dedicatam, cuius A. Rogala<sup>125</sup> benevolam censuram fecit, in eodem argumento singulatim versati sunt alii velut Georgius Schnayder<sup>126</sup>, qui plurima vestigia Sallustiana apud Dlugossium obvia deprompsit, et Ladislaus Madyda, qui de Dlugossii studiis antiquis tractavit<sup>127</sup>. Multo ulterius processisse videntur nonnulli historici velut I. Zarębski, qui cum sibi persuasum haberet Dlugossium e Boccaccio multa hausisse, non dubitavit attribuere Dlugossio plurima, quae litterarum renascentium aetatis ineuntis erant propria<sup>128</sup>. Philologorum indagacionibus cum autographo comparatis constitutoque operis Dlugossiani recensionum ordine innixi idoneam copiam inde petimus ad demonstrandum, quatenus rerum scriptor litteris Latinis eruditus sit, cum opus suum conscribere incoharet quantumque progressus sit in veterum scriptorum notitia posteriore vitae aetate<sup>129</sup>. Facile perspicias Dlugossium libentissime auctores veteres lectitasse in eorundemque cognitione magis magisque processisse. Iam ex studiis Dlugossio datis certae ac indubiae conclusiones colligi possunt: non te latet Dlugossium, cum opus conscriberet, imprimis Livium<sup>130</sup> et Sallustum satis cognovisse, cuius rei indicio sunt primum elocutiones quaedam, quae certam verborum silvam constituunt, deinde res gestas narrandi modus, tum animus ad artem rhetoricam propensior, denique multae mutuaciones ad verbum iteratae.

Quamvis multa obicias alteri recensionem propter frequentiores errores ac menda, tamen eius fides haud imminuitur, quia eadem authenticum praestat documentum, ex quo et mutationes, quas subierit opus Dlugossianum, optime cognoscas et, quibus studiis historicus summam navaverit

<sup>123</sup> A. Semkowicz, op. c., p. 20; Bobrzyński et Smolka, op. c., p. 67–69; et W. Madyda, *Stan badań nad wykształceniem klasycznym Długosza*, Kraków 1956 (manuscriptum professor I. Dąbrowski mihi benigne commodavit). Ab auctore compositionis ars, quam Dlugossius sibi a Livio ascivit, tractatur.

<sup>124</sup> Th. Sinko, *De Dlugossii praefatione Historiae Polonorum*, Warszawa 1949.

<sup>125</sup> A. Rogalanka, cf. nota 3.

<sup>126</sup> J. Schnayder, *Salustiuszowe echa w „Historii Polskiej” Długosza*, Eos, 46 (1952–1953), z. 2, p. 141 sq.

<sup>127</sup> W. Madyda *Wzory klasyczne w „Historii Polski” Długosza*. Eos, 1957/8, z. 2.

<sup>128</sup> Op. c., p. 12, 46–48, 52.

<sup>129</sup> D. Turkowska, *Ślady lektury Justyna w „Historii Polski” Długosza* Pam. Lit., R. 1962, z. 3, p. 159, 179.

<sup>130</sup> cf. Semkowiczii op. c. p. 20.

operam, quatenus litterarum renascentium aetatis auctores sit secutus quantumque in scriptoribus antiquis processerit cognoscendis, luculenter patet. In adnotationibus operi adiectis praeter multas notitias, quae minoris sunt momenti ad tempus constituendum, quo manuscriptum ortum sit, omnes interpolationes ex Aenea Silvio, Boccaccio<sup>131</sup> et plurimae aliae ex antiquis auctoribus depromptae, quae posteriore tempore in opus intersertae sunt, leguntur. In Polonorum regum ac principum moribus ab auctore depingendis id maxime in oculos cadit, quod historicus saepissime ad praeclaram illam virtutem Romanam q.d. revocat et alios, qui laude digni sunt, celebrat aliis vero improbis vitia aperte exprobrat<sup>132</sup>. Quod ut faceret, ea re imprimis impulsus esse videtur, quod praestantissimis usus exemplis ex antiquis scriptoribus petitis id sibi voluit, ut regis filiis, quorum educationi inde ab a. 1467 praefuit, aptam materiam ad imitandum praeberet. Hoc instituendorum regis puerorum munere coactus accuratiorem curam Livio et Sallustio dabat. Ex horum et aliorum scriptorum Romanorum operibus copiosiora excerpta a Dlugossio exscribuntur.

Artiorem connexum orationemque rectius procedentem in rebus enarratis hae textus partes produnt, quae constituunt materiam posterius collectam atque in textum insertam in foliis denuo descriptis. Sed in hac quoque cura non praetermisit historicus ullam occasionem, quin ex fontibus, quorum notitiam usque ad ultimum vitae tempus augebat, novum quidquam textui subiungeret.

Disertissimum ac praestantissimum documentum tertiae deinceps recensionis praebet „Praefatio”, quae est mera artis et scientiae historicae ostentatio et venditatio. Quae operis pars, quin haud paucas mutationes subierit, fieri non potest, id quod demonstrant frequentiores similis argumenti repetitiones velut auctoris querelae de difficultatibus, quae ipsi in opere conscribendo superandae erant. Praefatio illa prorsus separata operis pars esse videtur, quia et forma et argumento a reliquo *Annalium* corpore differt. Idem ipsum dicendum est de toto libro primo, in quem „Chorographiam” inseruit. Quam ob rem „Praefatio” non ita propositum auctoris exponit quam profert quasdam ruminatas et stabilitas conclusiones, ad quas opere toto iam ad finem perducto pervenit rerum scriptor.

*Annales*, in quibus conscribendis materiam colligendo textumque iterum atque iterum novis additamentis supplendo viginti continuos annos consumpsit auctor, toti in Polonorum terra nati primum quoddam tentamen fuerunt rationem temporum probe intellegendi atque exponendi. Scriptoribus antiquis et novellis lectitandis ditata est haud mediocriter Dlugossii scientia historica, perfectior sermo Latinus et scribendi forma absolutior et elegantior facta est. Num Dlugossius inter renascentium litterarum viros doctos numerari possit, difficile est diiudicare, praesertim cum in censum vocemus alias plurimas *Annalium* partes medii aevi chronicarum speciem prae se ferentes, alias vero exiguas et mancas suppletas et correctas, quae colorem humanisticum, quem appellamus, vix et obiter tantum redolent quaeque toto caelo ab illis distant.

<sup>131</sup> cf. notas 106 et 107.

<sup>132</sup> Ex. gr. Dlugossius Sbigneum hominem sibi invidiosissimum coloribus Ciceronianis ac Salustianis depinxit malumque ac pravum Catilinae ingenium ei imputavit. Cf. Madyda, op. c., p. 194.

*De aliis manuscriptis, quibus editio fulta est*

In *Annalium* editione critica praeparanda principem locum vindicavit sibi quaestio, quibus librorum manuscriptorum subsidiis utendum esset. Textui res gestas usque ad a. 1406 tractanti constituendo autographum, quod appellamus, pro fundamento positum est. In nostram editionem recepimus textum pristinum diversis manibus scriptum atque ipsius auctoris eiusque librariorum supplementis auctum. Huic editioni inseruimus cum operis partes sub finem Dlugossii vitae exscriptas, tum operi post historici mortem transcriptas atque eas, quae solutis chartis exaratae nunc deperditae sunt, quarum quidem textum ex apographis cognoscimus nullis aliis intercedentibus. Omnes autographi lacunae vel chartarum iactura vel scripturae corruptelis ortae ex duobus codicibus Calvimontano S. Crucis et Lucae Premisliensis suppletæ sunt.

Codice Calvimontano continetur totum Dlugossii opus tres tomos comprehendens, desideratur tantum unum Epilogi caput ambitus satis exigui. Hic liber apographus maximum consensum cum autographo prodit, nam similitudinem in exteriori quoque forma codicis conspiciamus, qui pariter atque autographum e foliis sexternis constat. Manuscriptum illud Calvimontanum S. Crucis appellatum est, proficiscitur enim ab abbate in Sancta Cruce Stanislaeo Sierakowski, qui manuscriptum monasterio S. Benedicti in Calvo Monte dono dedit. In singulis tribus tomis haec verba leguntur: „*Pro bibliotheca Mnrü S. Crucis in Calvo Monte donatus a perrilli et reverendissimo domino Stanislao a Buguslawice Sierakowski, abbate eiusdem monasterii 1636*”.

Forma codicis chartacei 290×205 mm. Exscriptus variis manibus saeculo XV exeunte vel XVI ineunte. Codicis signum aquaticum proxime accedit ad signum, quod a F. Piekosinkio anno 1495 attribuitur<sup>133</sup>. Singulorum capitum summaria manu posteriore saec. XVI rubro in margine appicta sunt. Tomus primus constat 358 foliorum chartis continens 7 priores *Annalium* libros. In antefolio ornatissima gothica scriptura impressa legitur inscriptio haec: „*Annales seu Cronice incliti Regni Poloniae opera venerabilis domini Johannis Longini canonici Cracoviensis antiquitatum gentis sue observantissimi summa cum diligentia collecte recto veritatis tramite fideliter custodito*”.

Manuscriptum luteo corio saec. XVIII tectum in dorso incusa habet haec: *Johannis Dlugoss Annales Regni Poloniae libri VII*. In antefolio recentioris aevi conspicitur signum aquaticum formam scuti reddens, principis Czartoryski generis insigne (quod in liqua Polona vocatur Pogoń). Insigne ipsum circumscribitur litteris hisce: XCWZR (Książę Czartoryski Wojewoda Ziem Ruskich — Princeps Czartoryski Russorum terrae palatinus). Manuscriptum quod servabatur in Vilanov in librorum collectione comitum Potocki, nunc invenitur in Bibliotheca Nationali Varsaviae no acc. 6906.

Tomus II servatur in bibliotheca Cornicensi no 197, paginae 886 corio luteo tectus cum imaginibus Sigismundi I et Sigismundi Augusti nec non Sanctorum tegumento impressis. Titulus dispositus est supra et infra imagines hic: *II Pars Cronice Longini—Joan. Syrakowski*. In antefolio manuscripti

<sup>133</sup> cf. notam 40.

manu saec. XVIII adscripta sunt haec verba: *Dictum MD Johannis Boguslavice Palat. Lanciciensis...* obiit anno Domini 1589. In fine manuscriptorum librorum VIII–XI continentis — desunt modo extremae chartae — Samuel Nakielski manu propria adiecit haec: *multa hic desiderantur, quae in meo exemplari habentur.*

Tomus III bibliothecae Cornicensis sign. 198 instructus consimile tegumentum ac tomus II habet titulumque modo in brevius contractum praebet hunc: *III Pars*. Comprehendit 439 foliorum chartas, in quarum octo prioribus continetur textus libri XI, in posterioribus vero textus libri XII sine postremis enuntiatis. Abrumpitur narratio in vocabulis: *per annos prope viginti quinque ut pernox...*<sup>134</sup>

Alterum deinceps manuscriptum, quo nitimur adiumento in editionis nostrae recensione est Bibliothecae Iagellonicae codex no 34, olim signatura CC.I. 23 ornatus, descriptus a. 1583 a Luca Premisliensi, a quo nomen ducit. Idem indicatus est in *Repertorio manuscriptorum bibliothecae Collegii maioris Universitatis Cracoviensis cura et studio MM Michaelis Mrugaczewski et Josephi Putanowicz a. 1777 digesto* — ut Dlugossii *Chronica* sub no CC.I. 23.

Manuscriptum chartaceum formae 300×220 mm una manu exaratum, continet 19 chartas numeris destitutas et 573 paginas currenti signatura instructas. Levi corio luteo tectum in tegumento impressam habet inscriptionem: *Chronica Dlugosch*. Manuscriptum comprehendit *Vitam Joannis Dlugosch senioris Canonici Cracoviensis*, epistolam dedicatorem Sbigneo de Oleśnica datam. Chorographiam et 6 priores *Annalium* libros (usque ad a. 1240). In ultima charta legimus: „*Lucas Przemislensis scripsit Anno Domini 1583*”. Manuscriptum olim fuit sacerdotis Kaliszewicz, qua de re inscriptione primae chartae edocemur: „*Ex Bibliotheca Rev. Francisci Kaliszewicz, pleb. in Kocina praebend. St. Ros.*”. Infra scriptum est: „*Bibliothecae Collegii maioris Universitatis Cracoviensis. Emptus anno 1757 diebus Septembris*”<sup>135</sup>.

Tomus secundus, qui pro deperdito viris doctis visus est, asservabatur in Bibliotheca Urbana Gedanensi<sup>136</sup> et demum recentissimi belli (a. 1939–1945) iniquitatem passus periit.

Apographum hoc spectat ad manuscriptorum classem „1406”, quae ex autographo originem ducunt, et exscriptum est e deperdito archetypo i.e. e codice, qui primus ex autographo descriptus erat. Quo codice archetypo intercedente codici quoque Lucae Premisliensis eae textus partes illatae sunt, quae in codices Calvimontanum et Regium iam corruptae et mancae ex autographo corruptelis paulo post pessime foedato receptae sunt.

<sup>134</sup> Quaestiones ad codicem Calvimontanum pertinentes copiosius tractarunt: Batowski, op. c., p. 46; Janocki, op. c., t. II, p. 66–74; Muczkowski, op. c., p. 40–42; *III Sprawozdanie z wydawnictw dzieł Długosza*, Bibl. Warszawska 1860, t. I, p. 753 et 1870, t. II, p. 32.33; a Przędzieckio (op. c. *Elenchus* — sub nr-o 2) Codex Calvimontanus S. Crucis appellatur. A Zeissbergo in indice (op. c., p. 183–184) citatur.

<sup>135</sup> Hic tomus in catalogo bibliothecae sub titulo *Vita Joannis Dlugosch* a Bentkowskio indicatur, commemoratur quoque a Sołtykowicz in libro *O stanie Akademii Krakowskiej* inscripto, p. 154; Batowski codicem illum pro deperdito putat op. c., p. 53/4. Accuratissimam codicis descriptionem exhibuit Muczkowski op. c., p. 48/49. A Przędzieckio in *Elencho* (op. c.) indicatur sub no 19. Cf. Zeissberg, op. c., p. 184 et V. Budka, op. c., p. 6, et M. Brożek, *Vita Joannis Dlugosch senioris canonici Cracoviensis*, Varsoviae 1961, p. 15.

<sup>136</sup> cf. *Katalog der Handschriften der Danziger Stadtbibliothek* von Otto Günther, 1903, 2 Teil, p. 420.

*De editionis praeceptis atque institutis*

In hac editione curanda id mihi imprimis institui, ut non solum pristinum textum accuratius restituerem, verum etiam Długossii compositionem, sermonem et orthographiam recte redderem. Commoditatis causa retinui capitum inscriptiones nec non compositionem editionis Cracoviensis in iis maxime textus partibus, ubi inscriptionibus illis capita indicata sunt, quae viris doctis in fontes Długossianos inquirentibus ac sensum historicum operis aestimantibus usui erant. Qua in re Alexandrum Semkowicz potissimum secuta sum, qui in critica commentatione Długossiana editionem Cracoviensem adhibuerat. Cum mihi persuasissem textu a viris doctis secundum regulas ac normas grammaticae et syntaxis correcto, sermone a mediaevalibus barbarismis purgato nec non oratione flosculis ornata priscam ac genuinam Długossii traditionem obscurari et historiae studiosos, philologos maxime, decipi, non statui tam deformatum atque immutatum textum prelo mandare, at contra id mihi agendum proposui, ut integra Długossii oratio, quantum fieri potuit, reficeretur. In adnotationibus relego lectores ad coniecturas vel supplementa ab editoribus Cracoviensibus confecta. Textum editionis Cracoviensis mendis grammaticis destitutum et elegantiore stilo praeditum in adnotationibus affero, cum menda et vitia autographi ante legentium oculos ponere intendo. Haud rectas coniecturas, quae ab editoribus Cracoviensibus suo arbitrio tentatae sunt, e textu emendato eieci. Nomina hominum afferri solent in notissimis formis Latinis, nomina autem locorum, lacuum, montium, fluminum etc. Polona retinentur, nonnulla tamen vulgo usitatissima in forma Latina citantur.

Recessi a ratione, quam acceperant, qui ante me opus Długossii publicaverant editores non solum multas interpolationes in textum recipientes, sed etiam varietates lectionum editionis Dobromilensis, Lipsiensis et diversorum manuscriptorum in apparatu critico respicientes. Superfluum enim duxi varias lectiones comparare — quod nullo modo prodest, credo, ad fidem textus Długossiani comprobendam — cum in nostra editione paranda inquisitio in fontes in rationem serio non veniat in iis additamentis, quae spuria a Długossio abiudicavi; quae quidem desunt in autographo, quod pro fundamento huius emendationis posui.

Notas criticas textui ipsi inserui atque sigla in margine apposui, ut in eiusmodi editionibus criticis fieri solet. Quae notae ad autographi compositionem spectant atque inserviunt commoditati eorum, qui inquisituri sunt in fontes Długossii nec non cognituri methodum ac viam, quam ingressus sit historicus, cum opus suum conscriberet ac novis incrementis gradatim augetet. Autographum enim non solum textui constituendo pro fundamento est, verum etiam propter genuinam formam suam ac compositionem copiam nobis praebet perscrutandi, quo modo ipsum oreretur, augetetur variasque mutationes subiret, id quod dilucide demonstrat progressum ac processum operis conscribendi.

In notis ad lectiones inter se discrepantes pertinentibus, ea tandemmodo vitia correcta sunt, quae aperte a librariis proficiscuntur (lapsus calami) neque explicantur scribendi consuetudine phonetica temporibus, quibus floruit Długossius, propria. Qua re nostrum duximus corrigere talia evidentiora menda velut *et in ut, habet in habent, viri in vici, montes in mentes, iniuria in incuria*.

Quo facilius compararentur paginarum numeri nostrae et Cracoviensis editionis, qua nixus



est Semkowicz in commentatione critica et quam adituros certum est viros doctos opus Dlugossianum in examen criticum vocantes, in textu nostro finem paginarum editionis Cracoviensis } linea traversa serpentiformi indicavi eandemque in margine repetivi cum apto numero (ex. gr. Ed. Crac. HPI } 102, i.e. *Historiae Polonicae* tomus I, p. 102).

Cum autographum in a. 1406 deficiat et manuscripta saec. XVI textui constituendo deinceps sint subsidio, generaliora quaedam praecepta orthographiae mihi tenenda puto quam quae adhuc prolata sunt in *Instrukcja do wydawnictw źródeł średniowiecznych PAU*, Kraków 1926 et in A. Wolff, *Projekt instrukcji wydawniczej dla pisanych źródeł historycznych do połowy XVI wieku*, Studia źródłoznawcze I, Warszawa 1957, p. 153–181.

Cum textum ex autographo restituerem id meum putavi, ut omnes orthographiae saec. XV proprietates et quaedam orthographiae Dlugossianae peculiariora servarem. In casibus dubiis, cum in adnotationibus Dlugossii manu confectis quasdam formas genuinas dignoscere non potui, pro aequo duxi recurrere ad copiosiore materiam a librariis oblatam. Itaque constans retinui terminationes *cia*, *cio*, *ccio* pro terminationibus *tia*, *tio*, *ctio*, dyphthongos vero *ae* et *oe* per *e* expressi. *Michi* et *nichil* integra servavi. *Apud* semper scripsi *aput*. Semel tantum legitur *apud*, quod cum duobus *aput* in proxima vicinitate occurrat, per errorem ita scriptum esse videtur. In autographo usquequaque legimus *pulcer* pro *pulcher*, *iocundus* pro *iucundus*, *ebes* pro *hebes*, *ebeo* pro *hebeo*, *expergentia* pro *experientia*, *emunitas* pro *immunitas*. Praeter formas medio aevo proprias obveniunt formae ab antiquorum scriptorum Romanorum scribendi consuetudine non abhorrentes. *Solempnitas* praeter *solemnitas*, *dampnum* et *damnum*, *historiagrafia* vel *historiographia*, *kathedra*, *katedra* et *cathedra*, *catholice*, *katholice* et *catolice*, *belwa* et *belua*. Formas usu frequentiores velut *dampnum*, *solempnitas*, *historiagrafia*, *kathedra*, *catholice*, *belua* typis exprimendas mandavi. Litteram *V* usurpavi ad consonantem *v* (*u*) significandam, *u* vero litteram retinui ad *u* vocalem exprimendam, qua in re Academiae Scientiarum Polonae praecepta secuta sum, sed velim animadvertas a Dlugossio eiusque librariis *v* litteram vices *u* vocalis explentem in initio vocabulorum rarissime positam esse. Usquequaque fere invenitur scriptum *vt*, *ultimus*, *vlcus*. *Qu*, *su* litterarum coniunctiones frequentissimas, quae apud Dlugossium scribuntur *qv*, *sv* rarius *qw*, *sw* per *qu*, *su* typis expressimus. Syllabam *vu* consuetudinem Dlugossianam secuta *w* typis imprimendam mandavi, raro enim apud Dlugossium *vu* legitur. *W* litteram aliis quoque vocalibus excipi constat. Itaque *ua*, *wo* eqs. scripta inveniuntur, vulgo vero littera *w* in Polonicis nominibus propriis transcribendis legitur. Frequentissime Dlugossius utitur *k*, *y*, *z* litteris. *Z* littera non solum ad exprimendam *z* consonantem in nominibus propriis transcribendis velut *Zeno*, *Zefirus*, verum etiam nonnumquam ad significandam *s* consonantem velut *asinos* utitur. Consonantes mediae persaepe leguntur in terminationibus tertiae personae ex. gr. *reliquid*, *inquid*, *edidid*, quas quidem in hac editione non respexi. Item neglexi *cz* consonantem pro *c* scriptam, velut *liczet*, *videliczet*. Curiositatem movet a vocalis nasalis in nominibus propriis *Wawel*, *Wada* obvia.

Recessi ab operum medii aevi edendorum praeceptis in litteris simplicibus et geminatis scribendis. In nonnullis vocabulis, ubi pro littera geminata simplex constanter apparet, Dlugossianum scribendi morem servavi velut *opidum* pro *oppidum*.

Quo accuratius nomina propria personarum et locorum exprimerentur, eadem per singulas litteras

transcripsi exceptis modo his, in quibus manifestus librarii error apparet ex.gr. *Novergia* pro *Norvegia*, *Bathibor* pro *Rathibor*.

Maiusculae litterae initiales adhibentur quoque in nominibus topographicis synonymis scribendis, qualia sunt *Mare Sarmaticum*, *Montes* vel *Alpes Sarmaticae*.

Verba a posterioribus lectoribus marginibus adscripta in adnotationibus collocavi; quae cum e longe diversis temporibus proficiscantur, transcribuntur secundum rei orthographicae regulas, quae tum erant, mediocriter tantum ad recentiore usum accomodatas.

Capitum inscriptiones, quae ad Dlugossium perraro redeunt, ex editione Cracoviensi plagulis non mutatas curavi exscribendas atque editorum Cracoviensium praecepta orthographica praesertim in nominibus propriis scribendis retinui. Signa vero interpungendi atque usum litterarum initialium maiuscularum et minuscularum ad huius aetatis applicavi praecepta. Idcirco litteris initialibus minusculis impressimis: *imperator*, *rex*, *dux*, *ducatu*, *sanctus* eqs.

Eas imprimis autographi singulares proprietates in nostra editione eruere atque ostendere studui, quae autographi imaginem, compositionem, formam, naturam atque indolem optime redderent. Spatia interlinearia, quae in autographo occurrunt, in hac editione servavi. Quandocumque vero ab hac regula discessi, ad notam lectorem revocavi. Praeterea primi libri textum a „Litteris dedicatoriis” secrevi. Huc accedit quoque, quod distinctionem in capita ab editoribus Cracoviensibus introductam retinui. At capitum incisiones in primo libro „Chorographia” inscripto ab editoribus Cracoviensibus accomodatas omnino reieci; ea enim operis pars in Alexandri Semkowicz commentario exegetico non erat respecta: spatia autographo propria integra reliqui. Unumquodque autographi caput a litteris oblongis incipit aequae ac nonnulla nomina propria in „Chorographia” obvia, id quod in notis indicavi. In operis partibus annalisticis singuli anni eodem modo distincti sunt. Ipse enim Dlugossius observabat distinctionem in singula capita atque in notis infra textum positis incipiebat a maiusculis litteris initialibus.

Semiuncis quadratis (◻) comprehenduntur litterae minutissimae locis vacuis in initiales, quae numquam depictae sunt, destinatis inscriptae.

Autographi chartarum initia hac in editione indicantur | lineola traversa, quae in margine iteratur instruiturque numero dextra addito ex.gr.aut. | 75. Textus pristinus vel, si ita mecum dicere mavis, primae recensionis scriptus una manu de autographo exarando plurimum merita, notatur in margine uno asterisco\* una cum autographi chartae numero. Duobus vero asteriscis\*\* indicatur textus postea insertus nec non alia manus. Chartae, quae posterius in autographum insertae sunt iam ab initio scripturae ductum produnt longe diversum a manu prima. Nullo asterisco instructus exhibetur textus, qui suppletus est ex ceteris manuscriptis nec non ex chartis solutis autographo postea intersertis.

Binis lineolis traversis || indicatur sexternorum finis, in notis vero foliorum complexuum numerus currens affertur.

Omnia Dlugossii eiusque librariorum additamenta uncis obliquis < > inclusa atque accuratius explanata sunt in notis, in quibus adnotatur quoque, si quid postea in textu correctum, deletum, in alium marginem translatum, sive color atramenti mutatus sive manuscriptum ipsum mutilatum sit.

Eisdem binis litteris in notis linea per planum perducta coniunctis (a—a), in contextu vero

eadem linea desinitus (a a) remitto lectorem ad notas, quae vel ad aliquot enuntiati voces vel ad tota capita spectent. Cum caput in textu litteris significatum in sequentem paginam in hac editione transfertur, in adnotationis initio litteram, cui lineola suffigitur (a-), pono, in fine vero eandem litteram, cui lineola praefigitur (-a), itero. Haec sigla imprimis adhibui in amplioris ambitus additamentis Dlugossianis, quae iam in ipsorum initio semiuncis obliquis significantur.

*De natura atque indole adnotationum huic editioni subiunctarum*

In adnotationibus<sup>137</sup> *Annalium* libro I et II additis id propositum est, ut nomina locorum (praesertim in „Chorographia” obvia) et personarum accuratius explicarentur, errores chronologici corrigerentur, nonnullarum rerum gestarum vera memoria, quam Dlugossius obscuravit et corripuit scilicet fontes suos nimis fideliter secutus, recte restitueretur. Hae adnotationes persaepe ad naturam atque indolem commentationis exegeticae proxime accedunt, prout id utriusque libri argumentorum suadebat varietas. Libri primi prior pars<sup>138</sup>, in qua Polonorum origo — similiter atque in variis medii aevi chronicis — inde a Iaphet filio Noe eiusque prole ducitur, diffusius est illustrata. Necessarium duximus notiones quasdam geographicas in separatas classes artiore necessitate inter se coniunctas redigere atque res fabulosas nec non materiam ex medii aevi chronicis depromptam, quibus copiis historicus usus nomina ex antiquitate et medio aevo petita peculiarem in modum interpretari ausus esset, expiscari et exquirere. Qua re factum est, ut non unicuique personae vel loci nomini explicationem in nota subiungeremus. Quae adnotationum pars ab utroque auctore exarata prorsus novam exhibet materiam, de qua collecta B. Strzelecka optime meruit<sup>139</sup>. Aliquoties necesse erat diversa manuscripta adire<sup>140</sup>. Etenim A. Semkowiczii Historiae Polonicae commentatio exegetica incipit demum a rebus fabulosis et harum adnotationum auctoribus ulli adiumento esse nequivit. Inde apertum fit, quanta difficultates auctoribus superandae fuerint in nonnullis nominibus recte explicandis; nil igitur mirandum, quod non semper illis contigit has dubitationes uno quasi ictu ad liquidum perducere.

Adnotationes, quae in versione Polonica leguntur, in versione Latina vel re ipsa vel omissis quibusdam notitiis bibliographicis non mediocriter sunt in brevius contractae. Seclusimus nempe eas adnotationes, quae nomina propria personarum, gentium et terrarum ex historia et litteris antiquorum Graecorum et Romanorum omnibus bene cognita explanant atque lectori ad textum probe intellegendum minimi sunt momenti. In adnotationibus ad reges, principes et duces Poloniae pertinentibus opus Osvaldi Balzer *Genealogia Piastów* inscriptum adhibuimus.

<sup>137</sup> Hanc „Praefationis” partem C. Pieradzka conscripsit.

<sup>138</sup> Partem I i.e. „Chorographiam” commentariis instruxit B. Strzelecka adiuvantibus T. E. Modelskio et K. Pieradzka.

<sup>139</sup> B. Strzelecka adnotationes conscripsit libri I in paginis 65–68 ad notam 17, in pagina 69 notam 1, porro notas ad totam „Chorographiam” usque ad paginam 105 notam 8, exceptis tamen paginis 87–90 ad notam 7 inclusive; porro in pagina 101 notae 2–3, pagina 102 notae 1–3, pagina 112 notae 1–2, pagina 116 notae 2, 4, 5.

<sup>140</sup> Reliquas libri primi et totius libri secundi adnotationes conscripsit K. Pieradzka.

In commentario „Chorographiae” dato prorsus diversum consilium inire oportuit. Etenim cum haec prima Polonorum terrae descriptio geographica doctorum virorum studiis non satis illustrata atque omni ex parte explorata esse nobis videatur et credamus historicos et geographos hac editione usos aliquam novam lucem allaturos esse huic descriptioni altius explicandae, omisimus his rebus adducti explicationem, quae latius pateret. Auctor explicationes locupletissimas locorum, fluviorum, montium et lacuum attulit, praesertim uberrime pertractavit de locorum situ, ubi configuratio terrae mutata est, vel eas correxit parum certas Dlugossii notitias geographicas, quae longe a veritate discedunt. Plurima nomina oppidorum et vicorum prorsus immutata sunt, multorum nominum sonus a norma olim accepta abhorruit, alia sane complura nomina numerum singularem in pluralem aut in vicem commutaverunt.

Satis magnae difficultates se obtulerunt in nominibus toponomasticis recte constituendis terrarum, quae a Polonis in occidente post recentissimum bellum recuperatae sunt. Oppidorum et vicorum in Lithuaniae et Russiae terris sitorum, quae a Polonia in orientem vergunt et ad Unionem Sovieticam (Sojuz Socialistycznych Sowieckich Respublik) nunc pertinent, prisca nomina retinimus et nominavimus, ut situs vicorum propius designaretur, flumina et maiora oppida, quae proxima eis sunt. Quod attinet ad loca, quae olim Slavorum occidentalium erant, nunc vero Rei Publicae Populi Germanorum (Deutsche Demokratische Republik) sunt, nomina Germanica adhibuimus eisque addidimus, quantum potuimus, vetera Slavorum vel Polonorum nomina. Maiorum urbium Poloniae, quarum situs vulgo notus est, explanationem praebere supervacaneum visum est. Distantiae locorum in chiliometris traditae sunt, ubi non satis accurate a Dlugossio redditae erant ac correcturae indiguerant. Lacuum hodiernam superficiem in adnotationes non recepimus. Si iam accuratorem harum rerum quaeras notitiam, inspiciendus est tibi librorum index, qui in nota<sup>141</sup> numero insignita legitur, vel Dlugossii operum tomus primus in Polonicum sermonem conversus manu tibi vertendus est, ubi commentarius „Chorographiam” dilucidans uberius diffusiorque subiectus est.

„Chorographia“ interrupta est emboliis historici argumenti. Deprehenduntur in contextu quaedam e Solino excerpta, nec non notiones geographicae totaque capita e Ptolemaei *Kosmographia* expilata. „Chorographia“ illa et embolia supra laudata abundant notionibus geographicis, quae e veteribus et mediaevalibus scriptoribus depromptae in universum spectant ad mediam et orientalem Europam (velut nomina geographica: Tanais, ostia quattuor fluminum, quae in Mare Balticum influunt et cetera).

Tertia commentarii pars (i.e. reliqua pars libri I et totus liber secundus) diversum habitum atque indolem prodit. In indice librorum, quos adhibuimus in commentario condendo, tantummodo eos nominavimus, qui in nostra materia gravissimi visi sunt. Auctori nimirum ratio reliquorum

<sup>141</sup> *Słownik Geograficzny Królestwa Polskiego*; F. Bujak, *Studia geograficzno-historyczne*, Lwów 1920 (dissertatio: *Długosz jako geograf*); J. Kornaus, *Jan Długosz geograf polski XV wieku* (Prace Geograficzne wyd. przez prof. E. Romera, z. I, Lwów Warszawa 1925); S. Rospond, *Słownik nazw geograficznych Polski zachodnio-północnej*, cz. I-II, Wrocław-Warszawa 1951; J. Rozwadowski, *Studia nad nazwami wód słowiańskich*, Kraków 1948; *Międzyrzecze Bugu i Prypeci. Wody płynące i jeziora* (Prace Zakładu Geografii Uniw. Warsz. nr 15, Warszawa 1931); S. Lencewicz, *Geografia fizyczna Polski*, opr. i uzupeł. J. Kondracki, Warszawa 1955; *Katalog jezior Polski*, wyd. PAN, Warszawa 1954; T. Wilgat, *Jeziora Łączyński-Włodawskie*, (Annales Univ. M.C.S., S. B., Geogr. Miner. et Petrogr., vol. VIII, Lublin 1954).

tomorum typis iterum exscribendorum habenda erat, in quibus componendis Dlugossius compilavit atque in usum suum convertit chronicas et annales Polonicas et externas. In adnotationibus, quibus illustratur operis pars, qua res fabulosae et historia Polonorum usque ad mortem Mesconis II continentur, adminiculo ac fundamento nobis fuit — exceptis solummodo singularibus explanationibus nominum personarum et locorum — commentatio critica Alexandri Semkowicz usque ad a. 1384 adducta, in qua manifeste indicantur loci, quibus rerum gestarum memoria tractatur, e variis fontibus a Dlugossio hausti et translati; quorum nonnullos historicus suo arbitrio consuit, additamentis supplevit et exornavit. Ad haec Semkowiczii studia multae iam accesserunt hac aetate aliorum virorum doctorum disceptationes, quibus suppleta ea et promota sunt. Iam in rebus fabulosis enarrandis luculenter patet Dlugossium totas sententias immo etiam tota capita ex *Historia Bohemiae* Aeneae Silvii mutuatum esse et in contextum suum transtulisse, qua de re in I. Zarębskii peculiari opusculo Aeneae Silvii eiusque familiaritati, qua cum Polonorum gente coniunctus erat, dato diffusius tractata leguntur. Commentarius noster nixus est investigationibus, quas sibi E. Perfeckij in veterum Germanorum et Ruthenorum historiographiam instituerat. At contra iacent vix tacta studia chronicis medio aevo admirabiliter excultis, quibus vitae ac res gestae Romanorum pontificum et imperatorum perscriptae sunt, dedicata; praeprimis hic *Chronicam* Martini Oppaviensis (seu Poloni) nec non Tholomaei ex Lucca appello, ex quibus plenissima manu hausit Dlugossius longiora breviorave capita exscribendo et transferendo, quae plerumque collocavit sub singulorum annorum finem in chartis, quae in priore recensione vacuae relictae erant.

Admonuimus quoque de nominibus propriis in rebus fabulosis et historia obviis, e quibus plurima viri docti linguarum peritissimi explicare tentaverunt (confer nomina, quae sunt: Lech, Piast, Siemowit, Siemomysł, Mieszko, Chrobry, Dąbrówka, Kazimierz, Masław et alia).

In hoc primo Ioannis Dlugossii *Annalium* tomo in publicum emittendo id maxime intendimus, ut textum Latinum quantum fieri poterat fideliter restitueremus, quo historici et lectores studiosi felices uterentur uberrimumque fructum caperent ex primo historico nostro, geographo et praestantissimo scriptore, lectitando, qui medio aevo infimo iam in renascentium litterarum aetate vergente in nostra terra floruit.

Nonnullas quaestiones, quae ad futuram *Annalium* reliquorum tomorum editionem curandam suscipiendae sunt, diiudicandas ac solvendas in posterius distulimus, donec studiis inquisitionibusque in manuscripta Dlugossiana denuo initis plura lucraremur. Ac primum quidem codicum stemma constituendum est — id quod est maximum — qui reliquorum tomorum futurae editioni subsidio erunt nec non disceptationes criticae ad accuratiorem operis Dlugossiani analysin recipiendae sunt, quibus futura commentatio fulciatur.

Quoniam prospere mihi contigit, quod classem codicum „1406” detexi et firmioribus argumentis probavi apographum quoddam autographi codice Calvimontano S. Crucis vetustius olim exstitisse, — quo nixus erat Przewdziecki et pro fundamento editioni iecerat, fieri non potest, quin editores stemma codicum extendant latiusque reddant. Haec res non minimo impedimento futuris editoribus erit, praesertim cum belli recentissimi iniuria irreparabiles prorsus codicum iacturas nos accepimus Poloni.

Annalium autographi divisio ex manuscriptis classis „1406“ restituta  
Autographum:

<p><sup>a</sup> Annales Poloniae Joa. Długosch ad annum 1406 Autographum: <sup>a</sup></p>		<p>Manuscripta deperdita:</p>	
<p><sup>b</sup> Pars I : sexterna : I-XXXIII Litterae dedicatoriae Annales - 1338</p>	<p>Pars II : sexterna I-X <sup>b</sup> 1339-1406</p>	<p>Pars III 1406(7)-1444 Ms. Bibl. Univ. Aboensis, q. i. Tertia pars Cronice Po- lonice <sup>c</sup></p>	<p>[Pars IV] [1445-1480] Autographum ignotum</p>

[Archetypum mss. classis „1406“ saec. XV]

<p><sup>d</sup> [Prima pars Cronicae Polo- nicae] Litterae dedic. Annales - 1240</p>	<p>[Secunda pars] <sup>d</sup> 1241-1406</p>	<p>[Tertia pars] 1406-1444</p>	<p>[Quarta pars] 1445-1480</p>
<p>Ms. Lucae Premisiensis saec. XVI</p>		<p>Ms. Iosephi Max. Ossolinski <sup>e</sup> saec. XVI inscriptum: Ter- tia pars Historiae Polo- nicae 1406-1444</p>	<p>Ms. anonymum saec. XVI ineuntis inscriptum: Quar- ta pars Cronicae Polo- nicae <sup>f</sup> 1445-1480</p>
<p>Prima pars Historiae Poloni- cae &amp; Litterae dedic. Annales - 1240</p>	<p>[Secunda pars Historiae] <sup>h</sup> 1241-1406</p>		

Ms. Ignatii Scipionis saec. XVII <sup>1</sup>

<p>Prima pars Historiae Polonicae Litterae dedic. Annales - 1240</p>	<p>Secunda pars 1241-1406</p>	<p>Tertia pars 1406-1444</p>
--	-----------------------------------	------------------------------

<sup>a-b</sup> Ms. in Bibl. Czartorysciana Cracoviae, sign. 1306; <sup>b-b</sup> utraque pars in unum tomum a posteriore librario vineta est; <sup>c</sup> ms. hoc Bibliothecae Aboensis incendio a. 1827 deflagavit; <sup>d</sup> distinctio in duos tomos multis comprobatur libris apographis; <sup>e</sup> ms. librorum collectionis Instituti Scientifici, quod Zakład Narodowy im. Ossolińskich vocatur; ms. a Batowskio op. cit. p. 41 pro vetustissimo inter pauca apographo habebatur; <sup>f</sup> ms. olim asservabatur in Bibliotheca Imperiali Publica Petropoli, sign.: Lat. F. IV. 15 (a), periit Varsaviae a. 1939-1945; <sup>g</sup> in Bibl. Jagell. Cracoviae sign. 34; <sup>h</sup> tomus secundus deperditus est Gedaniae a. 1939-1945; <sup>1</sup> ms. asservatur in Bibl. Czartorysciana Cracoviae, sign. 1299, 1300, 1301.

## ABBREVIATIONES

- aut. — autographum ms. in Musaeo Nationali Cracoviae, Bibliotheca Czartorysciana (sign. 1306).
- cod. Calv. — Codex Calvimontanus exemplar in Bibliotheca Nationali Varsaviae (nr acc. 6906), antea in Tabulario Publico Librorum Collectionis comitum Potocki in Vilanov (sign. 1).
- cod. Lucae — Codex Lucae Premisliensis in Bibliotheca Universitatis Cracoviensis, Cracoviae (sign. 34).
- cod. Reg. — Codex Regius exemplar in Bibliotheca Nationali Varsaviae (sign. 3005).
- Ed. Crac. — Editio Cracoviensis Io. Długosz, *Opera omnia*, cura Alex. Przezdziecki edita, t. X: *Hist. Pol.* rec. Ign. Żegota Pauli, t. I, Cracoviae MDCCCLXXIII, p. I-257.
- P. — rec. Marianus Plezia.
- l. o. — litteris oblongis.

<sup>a</sup>REVERENDISSIMO<sup>b</sup> IN CHRISTO PATRI, DOMINO SBIGNEO DE OLESCHNICZA<sup>1</sup>, MISERACIONE  
DIVINA TITULI SANCTE<sup>a</sup> PRISCE<sup>2</sup> SANCTE ROMANE ECCLESIE PRESBITERO CARDINALI ET  
EPISCOPO CRACOVIENSI, DOMINO MEO COLENDISSIMO ET DIGNISSIMO JOHANNES LONGINI<sup>3</sup>  
CANONICUS CRACOVIENSIS VISIONE PERFRUI REMUNERATORIS ETERNI ET BEATA ATQUE  
IMMORTALI STOLA POTIRI<sup>4</sup>

<sup>c</sup>Studiorum meorum labores, Reverendissime Pater, ad benedictae Trinitatis  
laudem, excellenciam et gloriam, fidei orthodoxe amplitudinem et in patrie nostre  
tuumque ornamentum ac decus conversurus, annalium rerum Polonicalium cetera-  
rumque gentium Polonis vicinarum memoriam, res pace et bello gestas complexus,  
literis mandandam suscepi, sopitis hominum cineribus diuturnaue concretis  
caligine largiturus nocionem et memoriam, et singulis lectoribus et auditoribus  
eorum representaturus acciones: non ingenii fretus potenciis (tenue enim illud  
et aridum extat et ad lucubrandum opus presens, ut heroum illustria facta insignes-  
que victorie extolli adornarique potuissent, languidum et parum sufficiens) nec  
scribendi arte rudem veterum superaturus narrationem, sed quia multa preclara  
et superiorum et nostrorum temporum acta nocione digna in perpetuam oblivionem  
iri dolebam (egregia enim extant nonnullorum Polonorum virorum illustrium  
facinora et memoratu digna, sive pacem spectes sive bellum, exemplorum casibus  
onerosa, in quibus et gladios fraterno aut cognato ceca regnandi cupiditate rubentes  
sanguine, itemque } sediciones, facciones, varia exilia, varias publicarum rerum  
eversiones et optimatum atque civium exterminia<sup>d</sup> reperiuntur, luce carminis  
deposcencia illustrari) simulque tuis iussionibus et assiduis exhortacionibus eciam  
post tua fata pariturus. Tu siquidem mira caritate, qua ad extollendum res patrie  
flagrabas, unum id potissime effecturum me precibus iuxta ac imperiis sanxisti,  
simulque materiam scribendi condendique res, que in etate tua contigerunt, fideli  
narracione et domestico preconio prebuiisti. Et quoniam non una et eadem fuit,  
est et erit hystoriarum conscriptoribus laboris et scribendi causa, cum alii ut gloriam  
honoremque aput presentes et posteros ex ornatu aucupent (quale aliquid Tito

HPRII

<sup>\*\*</sup>vide explicationem siglorum    <sup>a-a</sup> 12 ineuntia verba litteris oblongis scripta    <sup>b</sup> littera prima R ornata  
<sup>c</sup> in textu sine intervallo    <sup>d</sup> primo exterminia, ni eadem manu supra textum adscriptum



Livio<sup>1</sup> provenisse scimus: vius enim lacteo eloquencie fonte manans, ex ultimis Galiarum Hispaniarumque<sup>2</sup> finibus plures nobiles discipulos et, ut nonnullorum fert assertio, Gaditanum<sup>3</sup> quendam ad se videndum, audiendum et mirandum, Urbem contraxerat; mortuus vero omnium ore sententiaque Latinorum laudatur, cineres quoque sui atque ossa, quamvis gentilis, a Pathavianis<sup>4</sup> de origine et stirpe sua gloriantibus, prope edem sancte Justine reperti, in porta Palatii maioris<sup>5</sup>, quo aliquid veneracionis eciam ossibus accederet, condita sunt); alii ut gratiam referant eorum, quorum virtutes bellicas laudant; alii quod rebus magnis et arduis pace vel bello gestis affuere, genus assumpsere laboris, quod de Homero, Darete,<sup>6</sup> Quinto Curcio<sup>7</sup>, Plutarcho<sup>8</sup> aut credi aut presumi potest: me nulla harum causarum, sed magnitudo rerum sub obscura caligine iacencium, honestatis officium, non spes utilitatis, caritas quoque patrie, que omnium omnes caritates supergredi solet<sup>a</sup>, ut illam omni ornamento, quod ex me sibi texeri possit, redundantem atque accumulata vel redderem vel efficerem, caritas proximi ex opere presenti edificandi ad opus prolixum et ingentis laboris suscipiendum pellexit. Antiquitatis enim et historie et rerum domi forisque gestarum noticia [.....<sup>b</sup>], virtutis parens et vite | *magistra*<sup>9</sup> a sapientibus habita, non tenuiores humano generi quam philozophia noscitur conferre profectus. Nam etsi philozophia pro consequendis virtutibus hominem dirigat et informet, ad clara tamen facinora aut aggredienda aut implenda plus hec virium quam illa obtinet: cum philozophia tantum incendat et moveat, illa eciam opus perfectum efficiat, et in qua eciam singula, que ad fortitudinem, ad modestiam, ad prudentiam, ad pietatem, ad religionem pertinent, velut in quodam speculo et humane imbecillitatis exemplari et irritamento contemplari licet, summum decus summamque voluptatem claris iuxta ac obscuris hominibus, non preceptis, non institutis, non disputacionibus, sed rebus gestis et insignium heroum moribus ad capessendam virtutem, ad consequendam celeberrimam laudem, ad comprehendendos<sup>c</sup> augustos honores allatura. Clarissimorum enim hominum gestis et maximarum rerum recordacione constat, humana et presertim } nobilia pectora ad immortalitatis gloriam vehementer accendi, dulceque est, inter maiorum versari commercia et veterum dicta factaque recensere memoria atque eorum prestantibus accionibus inherere<sup>d</sup>. Cum<sup>10</sup> denique mortales omnes sciendi et intelligendi teneantur desiderio, quo neminem aliter nisi aut evo diuturno,

<sup>a</sup> qui additum in aut.    <sup>b</sup> spatium 8 litteris scribendis aptum erasum    <sup>c</sup> den nitidiore atramento supra textum adscriptum    <sup>d</sup> primo inoerere, h alio atramento postea insertum

aut assidua praxi et expergencia<sup>a</sup> licuit potiri: verum si quis ad historie cognicionem et ad perdiscendum illustrium virorum maximarumque regionum et civitatum res gestas, artes, consilia, bella, fortunam mentem appulerit, verticem sublimioris et sciencie et intelligencie sub brevi etatis et laboris compendio apprehendet. Ad res enim pulcerrimas noscendas per historie seriem alieno labore partam perducimur et licet transactorum seculorum longum ordinem et pleraque mortalium tam archana quam facinora sub brevi temporis intueri compendio. Eoque uno pacto vir iuvenis et viridis senibus<sup>b</sup> unius etatis cognicionem tenentibus poterit prestare, aut saltim equari, velut in quem preclara rerum et optimarum arcium erudicio et uberrima gestorum et antiquitatis noticia non ex unius capite, sed ex multorum abundantissimo fonte manavit. Que cum ita sint, quis tam expers humanitatis erit, qui se his dare studiis nolit, que adolescenciam ad maximam consequendam gloriam excitant, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversas modificant, patrie prosunt, pericula propulsant: cum in illis res hominum geste, fortune eventus insperati, nature opera insolita, et super hiis omnibus rationes temporum continentur. Memoria etenim hominum et quod transmittitur per manus, sensim elabitur et vix unius hominis eum exuperat: quod autem libris bene mandatum est, perpetuo manet, nec labefactari facile potest; nec modo ea, que vel facta sunt vel dicta efficit, sed et sermones quoque notat et cogitatus hominum effingit. Sed nec parva iactura censi debet, quod res plurimas nostras atque facta Polonie cognicione dignissima pro magna parte latere nos contingit, quorum noticia propter scriptorum defectum periit: ea vero, que habemus, aut anguste videmus perscripta aut vetustate oblitterata, pleraque aput alios diffusius quam aput nos annotata. Non mediocriter autem ad Rempublicam<sup>1</sup> expedite gerendam scire et clara et tetra predecessorum facinora videtur conducere, ut sicut remunerabilia bonorum gesta, dum leguntur, recte gradientibus pieque viventibus prosunt ad edificacionem: ita dampnabilia pravorum gesta, eorumque pena errantibus ad correccionem proveniant. Totisque viribus, ut singula condiscamus, incumbendum, unde nobis et ad ingenii exercitacionem et ad Reipublice legitimam ordinacionem non mediocris accessura est utilitas. <sup>c</sup>-Decet namque virtuosos viros prudencium gesta, imo et insensatorum, sepius ad memoriam revocare, ut bonis exemplis discant dignis operibus insistere et in } malis valeant<sup>d</sup> [] perdicionis evitare: nisi enim preciosum a vili separaveris,

HPKIV

<sup>a</sup> aut., experientia Ed. Crac. <sup>b</sup> sensibus Ed. Crac. <sup>c-c</sup> alia manu in margine adscriptum <sup>d</sup> hoc loco unum verbum desideratur.

stulta concupiscencia, temperare se non valens, precipiti cursu mergitur in voraginem et densitatem tenebrarum. Varia itaque in Annalibus et virtutum exempla reperies, et facta reprobata eque considerans illa carpere, hec preterire monebere<sup>c</sup>. Terrebat autem me, cui nec ars nec natura dicendi periciam contulit, onus grande et prolixum, quod in debiles artus, tot supreme sciencie ornatissimis viris tranquille silentibus, imponebatur: terrebat immense difficillimeque et ardue rei moles, clava Herculis onerosior, in qua labori summo non ullum premium, non gracia, sed corruptissimum iudicium et sinistra interpretacio essent responsura: sepeque immo mecum inter secreta ocia tacitus reputabam, quam vastum et procellosum equor exigua, titubanti et fragili ingenii cimba, consultone an temerarie essem sulcaturus, quantequae obtrectacioni et invidie caput aput modernam et posteram etatem obiecturus. Non enim eos, qui [me] gesta in opere futuro perscribenda aut nequicquam concinne dictasse, aut non integre dictis facta exequasse, neque onus suscepti muneris implevisse, actus quoque aliquorum plus iusto extulisse et pro fictis vera posuisse, quadam aut levitate aut malivolencia invidiave calumpniaturi sunt (utinam falso ludar augurio) reor defuturos. Difficillimarum enim rerum una extat et non elucubрати tantum ingenii, sed affluentissimi pariter et acutissimi, et offensionem calumpniamque in contexenda historia effugere et omnibus gratum esse ac aput summos et peritos viros expectationem, quam in primordio concitaveris, reliqua narratione implevisse, iuxta ac per asperiora dumeta sine offensione incessus. Novi enim delicata nostre etatis hominum ingenia, que nil probant, nisi quod Tullianam<sup>1</sup>, a qua longe mihi abesse videor, representant venustatem; novi et invidos, qui suo diffisi ingenio, ceteros obloquendo<sup>a</sup> detrahendoque, suo instituto utendo ac moribus, impudenter lacescere contendunt. Nam etsi summo ingenio <preditus><sup>b</sup>, parique fretus sciencia <forem, et><sup>c</sup> officium scribendi facile me implere posse crederem: tam arduum tamen opus aggredi sine magno et difficultatis et pavoris respectu<sup>d</sup> non possem propter livorosam nonnullorum obrectacionem et invidiosam calumpniam; quoniam etsi singule naciones singularibus ut ingeniis sic et viciis abundant, Polonorum tamen genus ad invidiam et obtrectacionem plus quam ad cetera (sive id successio a priscis traducta, sive situs et inclemencia celi, sive occulta siderum vis, sive quod genus et fortunam suam cum aliorum virtute exequare estuet, causet) censetur magis[...<sup>e</sup>] proclivum, et ingenia Polonorum ad invidie facinus plus quam ad aliqua

<sup>a</sup> Ed. Crac., obloquendo aut.    <sup>b</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>c-c</sup> Dlugossii manu supra textum    <sup>d</sup> respectum in aut.    <sup>e</sup> qui erasum aut.

proniora extimantur<sup>a</sup>. Quo fit, ut nonnulli Polonorum et omnium Slavorum parentem Cham<sup>1</sup> affirmant, quod is, Noe patris femora irridens, etiam in suam posteritatem id facinus invexerit. Hanc quoque unam et precipuam causam arbitror, quod Polonia raros et paucissimos rerum suarum habuit scriptores, unoquoque sub iniqua rerum extimacione exhorrente scribendi } officium et subducente se ab HPRV obtrectacione et livore: alteram, quod paucis germinibus suis preclara et solitum atque vlgarem modum excedencia et hec ipsa parum iusti precii habitura provenerunt ingenia: terciam, quod pauci trahuntur sapiencie cupiditate doctrine aut virtutis, sed honoris, lucri aut voluptatis. Proinde his tantummodo vacant literis, que opes aut dignitates, aut questum aliquem pollicentur, eloquencie et scribendi artem perpauca colunt, et hii tantummodo soli, qui egregia quadam animi indole impulsus virtutem terrenis meciuntur prestanciosem: ut nichil mirandum sit, ceterarum nacionum gesta factaque scriptorum ingeniis quam maxime celebrata et illustrata esse, Polonorum, ex contrario defectu, res amplas et magnificas ad oblivionem obscuritatemque recidisse, gesta que et virtutes | regum, principum et aut. | 4\*\* virorum atque ducum facta forcia, regionum et civitatum fortunas, literarum lumine non patefactas, caliginem sempiternam contraxisse et in eternas quasdam silencii tenebras scriptorum penuria precipitatas; quorum si gratiam meruissent, preconiiis eorum celebrati aput posteros immortalis fama clarescerent. Hec itaque inter alias me ratio pellexit commovitque, ut ceteris studiis humanis neglectis omnes curas, studia, labores vigiliasque meas ad illustranda heroum nostrorum egregia facinora, deinceps metu omni atque pudore circumscripto, conferrem, et veteribus alienisque insistere non contentus, profferrem in ulteriora pedem, corpus nove, arido licet et ieiuno stilo, conficiendo<sup>b</sup> hystorie; <sup>c</sup>〈quatenus reges et principes et ceteri, qui Rempublicam administraturi sunt, virorum fortissimorum ymagines, quas scriptores annalium reliquerunt expressas, imitati, animum, mentem et operationes suas, hominum excellencium virtutibus et accionibus conforment<sup>e</sup>〉. Singula autem rebus Polonicis undecunque coherencia et immixta coligens undique et connectens, que rebus annalibus Polonorum videbantur quomodolibet conducere, opere precium visum est perscribere<sup>d</sup> et presenti nostro connectere operi, Sireneos<sup>2</sup> cantus obturata aure transiturus, qui rerum gestarum neque odio et invidia neque assentacione, favore aut gracia vellem corrumpere 〈puritatem〉<sup>e</sup>, in his presertim,

<sup>a</sup> existimantur *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> conficerem *Ed. Crac.*    <sup>c-e</sup> *Dlugossii manu in margine*    <sup>d</sup> prescribere *aut.*

<sup>e</sup> *cf. adn. c-c.*

quas michi ut coram intuerer, compeciit. Etatis siquidem superioris tempora aliorum  
 adminiculis, que vero in nostram incidere etatem, Marte, ut aiunt, nostro, quasdam  
 vero res, quibus vetustas fidem certam abrogaverat, aut illas literarum unica fidis  
 rerum gestarum custodia non perhennaverat, ex fama, que sola durabat, scrupulosius  
 sinceriusque, quo poteram, descripsi, et que per varias ecclesias, apotecas atque  
 loca sparsa erant, curavi colligere et collecta in presens opus utcunque deducere;  
 plura vero, que parum concinne, parum vere inserta fuerant, exagitura factis  
 aut dictis pudorem, omisi: res et facta veterum, ut suis non fraudentur preconiis,  
 de caligine in lucem extracturus, non pro magnitudine operis et virtutis prestancia,  
 que eruditissimum scriptorem, aut magnum quendam poetam efflagitant, non pro  
 ingenii fiducia, nec scribendi dicendive pericia, aut aucupanda gloria, sed pro  
 imbecillitate mea et animi in patriam gratitudine, et ne temporis mei etatem mutam  
 aut inhonoram relinquerem, ingenue professus magnam vim ingenii, magnum  
 dicendi nitorem inesse scriptori annalium oportere, qui inter tot historiarum et  
 casuum acervos et laudandi aut delaudandi materiam modum teneat, singula  
 gnaviter<sup>a</sup> expediat et peritis atque imperitis, prudentibus et insipientibus, disertis<sup>b</sup>  
 placeat, gratumque se universis ex equo reddat: et inter difficillima censeatur  
 difficile aliorum sensus, voluntates et desideria verbis sufficienter induta perscribere.  
 Ex omnibus enim literis, que ad humanitatis comparata sunt studia, nulle michi  
 splendidius relucere atque excellere vise sunt, quam que rerum gestarum ordinem  
 nobis commendant. Ex illis enim ad recte vivendum imbuimur, et singulares  
 fructus et egregiam quandam iocunditatem comparamus, studio imitationis accen-  
 dimur et a pravis in recta revocamur. Ceterarum siquidem gencium et regnorum  
 gesta commendacione laudeque constat esse referta, ad <quorum><sup>c</sup> expressionem  
 venustandam ingenua scriptorum certarunt ingenia: Polonorum vero pauca admo-  
 dum per tot etatum spacia et hec quidem abscise commemorata sunt, paucissimique  
 principes et reges ceterique Polonorum heroes<sup>d</sup> suorum facinorum meruere scriptores,  
 nonnullorum vero fama cum ipsis sepulta et extincta est. Itaque Polonorum res  
 aut. | 5\*\* per contrarium Atheniensium evasere similes: anguste, | tenues, parve atque  
 obsolete, cum forent multo maiores, quam scriptis feruntur, scriptorum incuria  
 et segnicie ex claritate magnifica ad obscuritatem et angustiam pertracte, <sup>e</sup>nec,  
 ut<sup>e</sup> decuit, pro iusto atque integro celebrate, adeo, ut nec a Vincencio<sup>1</sup> Cracouiensi

<sup>a</sup> grater *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> fortasse exidit indisertisque P.    <sup>c</sup> manu Dlugossii adscriptum    <sup>d</sup> *Ed. Crac.*,  
 heroes aut.    <sup>e-e</sup> in rasura aut.

episcopo, sue etatis scriptore egregio, potuerint preclaro ingenio extolli, et quam plurima regum, pontificum, principum et ceterorum Polonie heroum celeberrima opera sempiterna oblivione obruta sunt scribencium penuria, et eorum ipsorum languido aridoque et parum culto ingenio a nostra nocione abducta, nec aliquid celebre illorum manare potuit ad posteros, et cum ope literarum fulta non fuerint, iuxta ac vapor admodicum parcus deciderunt. Nulla enim tam ingens, tam clara, tam admirabilis res gesta est, quam non vetustas obscuret et oblivio, nisi literarum splendor et scribencium lumen accesserit<sup>a</sup>. Iacentque sepulte atque perpetua oblivione obrute regum et imperatorum res geste, quippe que raro etatem hominum excedunt, quas scriptorum industria immortalitati non dedicavit: quoniam opera humana caduca sunt et momentanea, scriptorum vero monimenta sua durabilitate immortalitatis ordinem emulantur.

<sup>b</sup>Accedit ad hec anxietas amplior<sup>b</sup>, quod cum ceterarum<sup>c</sup> rerum et librorum scriptores vivis et florentibus personis opera sua, quo alcior illis inesset auctoritas, dedicaverint, decreto et approbacione eorum robur, defensam et stabilimentum acceptura; ego opus presens meum Paternitati tue, iam ex mortalium conversacione subtracto et absenti, et iam corpore concreto et mortali exuto, dedico, tuo suffragio et tutela mortali orbandus. Idque eo libencius mea tenuitas aggreditur, quod me ad id, in corpore mortali positus, tua exhortacione, cuius auctoritas eciam post fata aput me magna est, impellebas, et seculum nostrum, velut quoddam sidus clarissimum splendore morum, virtutum atque accionum tuarum illustrabas. Nec ulli alteri quam tibi vigiliis ac labores, vires quoque, quaecunque illud est mei ingenii, dicas censui pro summa prudencia, iusticia, clemencia, probitate, humanitate et in patriam caritate, quam omnium iudicio magno splendore magnisque sermonibus in vita et post cineres videmus te consecutum, macte insuper virtutis, non a me solum, sed et ab universis [...<sup>d</sup>] nostri Polonici generis <hominibus><sup>e</sup> perpetuo celebrandus evo, †<cuius et ego eternum tuorum laborum preconium literis ad perhennitatem mandabo>†. Unde omnis spes atque defensa in solo celesti presidio et in superis, qui nostre regioni et urbibus president, ponenda michi est: quo pietate Agni celestis et beatissimi Stanislai<sup>1</sup> patroni et prothomartyris Polonie, episcopi Cracouiensis, tuaque intercessione, quem Divinitate propicia et operum merito, exutum corpore concreto et mortali et in celicularum numerum translatum et

HFIVII

<sup>a</sup> accenderit aut. et Ed. Crac.    <sup>b-b</sup> l.o.    <sup>c</sup> ceceterarum aut.    <sup>d</sup> spatium 4 litteris scribendis aptum erasum    <sup>e</sup> Dlugossii manu    †-† adn. e

cum Creatore suo cumque angelis eius ac beatis glorificatorum hominum spiritibus letum agere et tranquillum eum reor, obtento, nullas invidorum et obrectatorum calumpnias pertimescam, sperans vos erratibus meis, que <me><sup>a</sup> humanitus non potuisse<sup>b</sup> in hoc opere evitare profiteor<sup>c</sup>, [veniam<sup>d</sup>] apud clementissimum Deum, simulque recte scribendi iustam et fidelem supellectilem, atque mentem in divinum honorem patriumque decus et amplitudinem, proximorum vero instructionem et profectum redundantem facile impetraturos, simulque pudori meo probe consulturos, qui opus proprium ac severitatem censorum reformidans, vos in tutissimos patronos censorsque accepit. Enitar siquidem pro viribus (utinam tantum michi insit roboris ac nervorum) ne res gestas in maius | deprimam vel extollam, et actus humanos plus iusto celebrem vel sugillum, aut si quid offensum iri veritatem gestarum rerum suspicabor, id quam diligentissime declinem, non longius amore quam veritate, neque quantum scribendo valeam, sed quantum res exiget, progressurus. e<Ad que sollicitum me etiam tua admonicio reddebat instructiorem><sup>e</sup>, ut nemo dubitet me in facinorum relatione malignitate aut odio, in virtutum quoque commendatione et affectione usum esse et passione animi tractum, hiis gloriam et laudem, ceteris ignominiam tribuisse. Succensere autem michi iuste nemo poterit, si, veritatem historie sequens, aliquorum mores, acciones et facinora detexero, cuius natura et condicio est secundas iuxta ac adversas res, virtuosas perinde ac viciosas acciones sincere perscribere et posteris transmittere, incitamenti et cautele speculum et exemplar, mordacitatemque scriptorum non ex austeritate mea, sed ex morbo } iudicet processisse: malignum ratus iudicem, qui una et altera virtute enarrata de viciis subteat. Etenim futurum ipse vaticinor, ut reges, principes, ceteri viri heroici presenti nostro opere non secus quam speculo et exemplo ad colendam virtutem et ad preclara edenda facinora excitari poterint et incendi. Ut enim reperiri solent homines virtutibus preclari et insignes, ita nonnulli sunt viciosi et detestabiles: quales Cathilinam<sup>1</sup> et Clodium<sup>2</sup> in Roma extitisse legimus, pluribus viciis in patria perniciem depravatos; qualesque et in nostra ducis Wladislai<sup>3</sup>, filii Kazimiri<sup>4</sup> primi Polonie regis, qui et instaurator et monarcha appellatur, Sbigneum<sup>5</sup> naturalem filium — et ceterarum regionum Republica legimus fuisse, sed nec defuturos esse aliquis ambigit sensatus. Si quis autem et sacras et gentiles historias velit percurrere, reperiet profecto in omni etate paucis bonis et virtuti

<sup>a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b</sup> in rasura    <sup>c</sup> extrema littera r adscripta    <sup>d</sup> ab Edit. additum P.  
<sup>e-e</sup> cf. adn. a    <sup>1</sup> Polonie additum in aut.

deditis mixtos fuisse pessimos, et hos ipsos non solum per opera, sed per avitam et paternam progeniem, nomen, genus, familiam, condicionem et fortunam, quo amplior eis glorie aut ignominie inureretur nota, designatos. Reperiet insuper pro condicione mortali viros optimos rebus adversis oppressos, scelestos vero sepe numero blandis fortune muneribus in sublime actos fuisse. Que rerum condicio acerba nimis censeri posset, nisi anime e corporibus excedentes (quod et plerique sensere gentiles) in perpetuas transmigrarent sedes, supplicia pro maleficiis, premia pro virtutibus habitare. Si quem vero disertum et pinguiorem Minervam ac eruditam linguam sortitum incultus, rusticanus, aut prolixior stylus huius operis, nulla suavitate aures mulcens nec verborum declamatoria subtilitate frondescens nec vernanti flore scintillans, offendit: cogitet operationes donorum non aput unum consistere, nec uni tributas et applicatas esse<sup>a</sup>, nec me temeritatis arguat, si ex fragili vase meo, lolium et steriles gignente avenas, longum et inconditum sermonem presenti operi mi<ni> me<sup>b</sup> suffecturum protulero, presertim cum scriptoribus magis illustribus et eruditis materiam scribendi magis videar prebuisse, quam preripuisse, in qua maiori cum laude et dicendi copia proterint versari, exquisiciorem policioremque illam suo ingenio suaque industria reddituri, utpote qui celeritate ingenii ex paucis norunt multa colligere. Vellem quidem <ego><sup>c</sup> esse breviloquus: sed rei geste longa series, si paucis deprompta fuerit, insipida est, nec aliquam legenti, nisi illam scrupulosa descripcione detexeris, illustraveris, infixeris, prestat voluptatem. Succurrit quoque aput nonnullos rem silencio absolvere, quam transcurrere ieiuna et truncata descripcione<sup>d</sup>: sed nec quempiam adeo puto stolidum et rerum ignarum, qui se aut ceteros, qui pro summis scriptoribus habiti sunt, credat singula eo pondere, ea dicendi facundia limasse, ut nullus illic intervenerit error aut labes; id enim soli reservatum novimus | Divinitati. Nichil enim vetat credi posse, quod<sup>aut.</sup> |7\*\* tantum possibile sit, sive sic sive aliter accidere potuisse: sed et labi in multis humane infirmitatis est, et in omnibus, iuxta ac se res habeat, sentire perfeccionis divine. Nam { si Demoscenes<sup>e</sup> summus et eloquentissimus vir aput Grecos, interdum HPQIX Ciceronis aures offendit; si Homerus nonnunquam scribatur dormire<sup>1</sup> et in opere longo phas est obrepere sompnum; }<sup>f</sup> { si Ciceronem in carmine eloquencia deseruit; }<sup>f</sup> quid putandum est michi contingere homini mediocri et parum erudito, quem pedestri et quotidiano calle currentem, phas non est cum priscis et raris, sed tan-

<sup>a</sup> in rasura    <sup>b</sup> primo mime, ni manu Dlugossii suprascriptum    <sup>c</sup> Dlugossii manu suprascriptum  
<sup>d</sup> in rasura    <sup>e</sup> ita aut.    <sup>f</sup> Dlugossii manu in margine



tummodo cum etatis mee scriptoribus conferri, neque magnorum virorum ingeniis, sed meis tantummodo viribus estimari. Et quamquam opus presens primum sibi oratorem deponat et longe scriptorem alium, quam qui ego esse potuerim, dicendi et scribendi peritum, dicitur quoque ingenium et sermonis suppellectilem magis, quam que michi conveniat, locupletem sortitum, cui et amplior ubertas sermonis et feracior contigit libertas ingenii, ne ieiunus sermo eximiis derogasse videatur preconiis: ego tamen tarditatem<sup>a</sup> meam, que ex alto dabitur diligencia compensatum iri conabor, et quo minus possum ingenio, eo magis michi et ignorantie mee parsum et delatum iri confido. Verum quemadmodum in priscorum respectu mutus michi et elinguis videor, ita in modernorum non balbus; sathque erit priscorum ingenia, que exprimere siccum me et aridum ingeniolum prohibet, colere saltim et mirari. Maior fateor extat huius operis amplitudo, quam vel etate mea percenseri, vel ingenio ebeti possit comprehendere, eum virum deprecens, qui et in oratoria excellat, et multarum arcium periciam teneat, et cui acre, celerrimum atque argutum ingenium contigisset, Herculeo magis robori quam meo conveniens. Si igitur minus ornate atque graviter, quam vel rei assumpte dignitas, vel legentium expectatio exigit, opus presens implevero: id mee deputetur partim inscitie, partim rerum magnitudini, quas pertracto, et tribuatur venia iusto errori, qui imperfectum perfectum non poteram texere opus. Non enim tantummodo nostra, sed et priscorum etas a me de scribenda plena est egregiis gestis, plena pulcrorum varietate facinorum, plena est virorum illustrium casibus, et multiphariorum exemplorum sarcinis adeo gravida onerosaque, ut rarus tanta dicendi facultate redundet, tam nitido et perspicaci ingenio polleat, qui non aliquando patrie nostre tam sediciones quam factiones, varias quoque illius transmutationes et exterminia descripturus, non sepe balbuciat, non aliquando arescat. Si qua igitur in re lector offensus fuerit, veniam precor dare velit vel ignorantie vel verbositati; sit, queso, pronior ad indulgentiam quam ad reprehensionem, et hoc a me rogatus observet, ut quod minus bene, minus accurate aut legitime scriptum adverterit, benigniter emendet: ego enim ingenue profiteor et debilius me scripsisse et ebecius dictasse, quam rerum maiestas et pondus requirebat. Ex eo autem precipue veniam datum iri opinor infantie mee, quod aliis doctis et eruditis viris silentibus prior ad scribendum consurrexi, malens aliquid parum culte parumque concinne quam nichil scripsisse. Quod si cetera displicebunt,

<sup>a</sup> tardi in rasura

affectio certe mea et pietas in patriam non poterint culpari. Satis insuper erit michi, dum commendari nequibo, contemptum aput proprios effugisse, } et non dicendi HPQX  
peritis, sed a literarum sapore ieiunis satisfacisse; quodcumque enim ingenium  
meum prestare potuit, in presens opus ad patrie ornamentum conieci. Neque enim,  
quia | multa dare non potui, manum ex toto a labore retrahere licitum putavi; aut. | 8\*\*  
unusquisque enim tanti in patriam debitor est, quantum ingenii sui vires valent  
exsolvere; extremus putandus, qui illam aliquo munere non extulerit, non adiu-  
verit. \* < Exigebas enim, Reverendissime Pater, iure tuo a me illustrande patrie  
causa, ut res gestas superiores et presentes stilo meo literis mandarem, astruens  
non mediocre me rei nostre publice allaturum profectum, si presentibus vetera  
coniungerem, ex utrisque corpus perpetue historie compendinaturus: ego itaque,  
etsi ceteris historiographis<sup>b</sup> ingenio et studio doctrine posthabendus sim, nec ulla  
ratione illis conferendus, iussione tamen tua et auctoritate fretus, opus arduum  
et ingens obedienter aggressus sum, singulis Polonie proceribus, satrapis, optima-  
tibus et alumpnis summo solacio et usui illud fore arbitratus. In quibus si quid  
inconcinnius scriptum offenderint, imperiti ingenii arrogancie non deputent, sed  
primum caritati profunde in patriam, deinde tue parum consulte, cui calcitrare  
nephas putaveram, iussioni, amoris tuo in me et officio responsurus > \*.

<sup>c</sup>Vera autem potius<sup>c</sup> quam speciosa, vetustissima novis accumulans, vera de  
veris, aut proxima veris, [que<sup>d</sup>] ad cautelam, memoriam et gestorum noticiam  
expedire videbantur, scripturus (cum conscriptorum omnia deceat veritati post-  
ponere) nonnulla historiis et annalibus Polonorum parum concinne, parumque  
pudice, et que fastidium exagitant, inserta, fabularum ineptiam redolencia perosus,  
poeticis magis figmentis decora, quam sincere historiarum tradicioni consentanea  
precidi repudiavique, ne vas purum et fidele (iuxta quoque vetus proverbium,  
operam simul et oleum perditurus<sup>1</sup>) infectum incrustatumque ex modico fermento  
iri contingat: quoniam neque vetustiore tempore, neque autorum auctoritate ab  
evidenti figmento aput rerum et historiarum peritos poterant licenter defendi. Cetera  
vero, etsi vera aut veris similia putentur, non tamen ea sic affirmare ausim, ut veri  
periculum michi et in meum caput assumam, et edicionis huius assercio ex fide  
libretur mea, tum quod <sup>e</sup>res vetustate obrute<sup>e</sup> coniecturis illustrari et opinionibus  
nequirent; tum quod et nimia vetustate res scribende obscure sunt, et longioris

<sup>a-b</sup> eadem manu infra textum adscriptum <sup>b</sup> Ed. Crac., historiographis aut., hinc in superiore  
margine <sup>c-e</sup> l. o. <sup>d</sup> additum Ed. Crac. <sup>e-e</sup> in rasura; abrute aut.

evi spacio refelline aut acceptari debeant, dinosci ad liquidum non possunt; tum quod rare sub hiisdem aut pene nulle aput Polonos fuere litere, una omnium operum atque eventuum humanorum fidis industria, et si que in privatis aut publicis fuere monumentis, id crebris, Polonis ea tempestate fere omnes edes et arces suas ex ligno fabricantibus, periere<sup>a</sup> incendiis; que vero fuerunt diligenciori in nostram etatem traducta custodia, pauca fuere, et hec ipsa nodosa et truncata, ex quibus per nos propagari ad liquidum vetustatis memoria non poterat. Perdificile siquidem et laboriosum nimis videtur historie veritatem complecti ad solidum, { cum res gestas possibile non sit universas scribentem vidisse, quas aliorum narratio, gracia aut odio acta, pervertit sepenumero atque corrumpit, veritas narrancium non determinat, sed involvit. Omnium tamen difficultatum nulla difficilior, in rebus gestis perscribendis offensionem, calumpniam et lapsum effugere, et omnibus posse et satisfacere et placere, rerum presertim et eorum, qui ea gesserunt, consiliorum ignarum, de quibus plus quam difficile est preter eventus iudicare; cum eciam hii, qui spectando adsunt, aliter atque aliter sepenumero, ut fere usu venit, referunt. Sed et verba rebus, res temporibus contemperare, et de singulis, que in distinctis et plurimum a se porrectis regionibus et etatibus acciderunt, iustum et modestum primum, et tandem cultum atque elaboratum calamo exarare et in opus deducere atque depromere sermonem, ardui et difficillimi vixque ferendi laboris opera est, hominis solidas vires et perspicax ingenium tenacissimamque memoriam habentis, cuius ego nedum condicionem qualificationemque, sed nec simulacrum umbramque profiteor me sortitum. Si quis vero ob id me carpendum putet, quod non solum Polonorum res gestas perscripserim, sed eciam Bohemorum, Hungarorum, Ruthenorum, Pruthenorum, Saxonum, Lythwanorum, Romanorum insuper pontificum atque imperatorum et regum, a multis ignoratas<sup>b</sup> attingerim, aut. | 9\*\* sciat me consulto et veritatis facibus cognoscende | impulsus necessitate id egisse; quoniam et regiones ipse plurima aut federa aut bella cum Polonis, tum propter conformitatem lingue, tum propter vicinitatem regionum propinquitatemque habuere, adeo ut plerisque quoque temporibus unius principis regerentur imperio. Cum enim Polonicis rebus plura cohererent externa, non indecorum visum est ea in scribendo non arrogancia (neque enim vires meas ignoro), sed ne ignorentur eciam a nostris, attigisse. Unde et ob eam rem cano iam capite ad perdiscendum literas Ruthenas me ipsum appuleram, quatenus historie nostre series crassior

<sup>a</sup> primo preire aut. <sup>b</sup> Ed. Crac., ignoratos aut.

redderetur. Romanos quoque pontifices aut reges eorumque excessus et tempora ob multos respectus inseruimus, quod et venuste[n]t perferia[n]tque opus, et ratio annorum summorum pontificum cardinem prestituat veritati, iocundius cumulaciusque munus legentibus et his potissimum viris, qui altis scrupulosisque in rebus versari soliti sunt, largiturus. <sup>a</sup>⟨Discordia autem scriptorum, plerumque levitate et negligencia offensus, secutus sum in relacionibus et rebus ambiguis, quo me vel similitudo rerum vel scribencium auctoritas aut<sup>b</sup> opinio traxit vlgacior⟩<sup>a</sup>.

<sup>c</sup>Ut autem legentibus<sup>c</sup> Annalia hec rerum gestarum firmior credulitas minorque suspicio occurrat, plures epistolas et contractus presenti operi inserui, quo et ex ipsa varietate opus firmitatem contrahat, et studiosos curiososque rerum in lecturam amena diverticula provocent, afficiant amplius<sup>d</sup> et invitent, ratus id plus voluptatis quam molestie lectoribus allaturum. Opus denique presens viris doctis, eruditis et scriptoribus illustribus, et signanter parenti ⟨mee⟩<sup>e</sup> Alme Cracoviensi { Univer-

HPQXII

<sup>a-a</sup> eadem manu adscriptum    <sup>b</sup> vel Ed. Crac.    <sup>c-c</sup> l.o.    <sup>d</sup> omissum in Ed. Crac.    <sup>e</sup> alia manu adscriptum

*<sup>a</sup>Divisio operis istius in libros duodecim,  
et quid unoquoque libro contineatur<sup>a</sup>*

<sup>b</sup>Visum autem est michi bonum opus hoc omne in duodecim libros<sup>1</sup> dividere. Continebit autem primus<sup>c</sup> Slavorum genus et Polonorum ex his descendencium originem et que aput illos sub gentilibus regibus<sup>d</sup> contigerunt; <sup>e</sup>secundus, quo<sup>e</sup> tempore Poloni a diis gencium ad fidei orthodoxe leges conversi sunt et regium consecuti dyadema; tercius, quo ordine Polonicum Regnum instauratum sub Kazimiro Monacho<sup>2</sup>, et collapsum sub Boleslao<sup>3</sup> sit; quartus <sup>t</sup><succesionem ducalem Wladislai<sup>4</sup> et filii><sup>t</sup> illius trophea; quintus<sup>e</sup> variam propter pluralitatem principum scissuram; sextus | <sup>g</sup><civiliium bellorum><sup>g</sup> cladem referet; septimus nobis sevam Thartaricam vastacionem et viri beatissimi Stanislai canonisacionem<sup>5</sup>; octavus diadematis regii resumpcionem a Przemislao<sup>6</sup> Maioris Polonie duce innovatam; nonus Wladislai Loktek<sup>7</sup> bella et triumphos et mutilacionem enormem Regni Polonici a Bohemis et Cruciferis sub Kazimiro filio eius attemptatam aperiet; decimus et undecimus exterorum<sup>h</sup> regum successiones; duodecimus eventus bellorum, que populus Polonicus cum Bohemis, Almanis, Turcis pro fide, pro recuperanda patria sub duobus regibus Wladislao<sup>8</sup> et Kazimiro gessit, monstrabit.}

aut. | 10\*\*

<sup>a-a</sup> hinc et deinceps inscriptiones currenti afferuntur ex Ed. Crac. cf. Praefatio p. 43 <sup>b</sup> in textu sine intervallo; Divisio libri presentis in duodecim partes manu XVI s. in margine <sup>e-c</sup> 1, 2, 5, 4, 5 Dlugossii manu ad textum in margine <sup>d</sup> Principibus Ed. Crac. <sup>e-e</sup> in rasura <sup>t-t</sup> Dlugossii manu in margine <sup>g-g</sup> cf. adn. e-e <sup>h</sup> exterorum Ed. Crac.

*Quomodo post diluuium generale  
circa aedificationem turris Babylon unam linguam Hebraeam,  
a creatione mundi usque in illa tempora durantem,  
Deus Optimus Maximus in septuaginta et duas linguas dividerit  
et qua ratione posteritas Noë, ob varietatem linguarum  
indeque dissidiorum subsecutam rituum altercationem,  
partes mundi, nempe Asiam, Africam  
et Europam (quarum etiam fines describuntur) impleverit*

<sup>b</sup>Humanum genus in ipsa sui creacione<sup>b</sup> et fabrica in puritate et in innocencia ait. 10\*\*c.d. in primo nostro parente Adam<sup>1</sup> conditum (quem alterum post se presidem Deus, tantummodo voci <si><sup>c</sup> Plasmatoris potius quam suasoris obedisset, facere disponebat, quem ad propriam formaverat effigiaveratque<sup>d</sup> imaginem, ab angelis paulo minus imminutum, nobilissimum inter creaturas<sup>e</sup> et creaturis ipsis dominaturum pro libito, infundens illi animam rationalem prava a bonis discreturam) dum primum, contra preceptum dominicum pomo ligni vetiti pregustato, a paradisi gaudiis in terram spinis et tribulis obsitam eiectum est, in sudore vltus et amaritudine doloris pane vesciturum; deinde dum se temporis processu fedis libidinibus coinquinasset depravassetque, iniusta {licencia iustam punicionem exigens, vagum IIPII? et profugum in terra miserie oberrans aquis diluvii, tantummodo octo animabus ad substituendam originem fidei et operum merito reservatis, Divinitas demeritis provocata humanis delevisset vehementer<sup>f</sup>; propiciante Deo, sedato kataklismo germinans in similem prevaricacionem, quam sibi Adam et posteritati sue in paradiso contexuerat, antiqui hostis suggerente versucia casurum, pari ceperat in Deum transgressione grassari, et communi deliberacione communique sumptu et labore,

<sup>a-a</sup> Titulus libri primi deest in aut. atque in omnibus apographis eidem cognatis excepto Cod. Regio (Bibliotheca Nationalis Varsaviae num. 3005), sequimur textum Ed. Crac. <sup>b-b</sup> l.o. <sup>c</sup> Dlugossii manu in margine adiectum <sup>d</sup> primo effigieverant, Dlugossii manu correctum <sup>e</sup> in rasura <sup>f</sup> tandem Ed. Crac.

ducentesimo primo anno post diluuium Nemroth<sup>1</sup> gigante, filio Thanan, auctore et suasore inter Nubiam<sup>2</sup> et Egiptum negatam immortalitatem, vel potius primorum parentum transgressione perditam, arte se recuperatum iri, et brevissimum vite spacium, quod Deus indulserat, protelaturum se existimans, turrim Babilon<sup>3</sup> in sublime edificandam, coctili latere, vice cimenti et arene interstrato atque interlito bitumine, quod ora illa passim e<sup>a</sup> terra gignit, volens equiparari Altissimo, constituit. Cuius grossitudo fundamenti tricentorum passuum erat, ut opus erigendum, quod sensim artabatur, solidius consisteret; quatenus altitudine eius et robore omni pavore circumscripto, adversus quoslibet casus beatum et securum de cetero consistere valeret, et tam undarum alluvionem quam reliqua Dei contra se ferenda prohiberet et arceret edicta, proprio arbitrio absque subiectione et qualibet lege victurum. Misericordem autem se Deus filiiis Ade, prout pollicitus fuerat, demonstrans presumpte quidem temeritatis et superbie scelus edificancium turrim, irrupcione<sup>b</sup> diluiviali, que universa obduceret absumeretque, iuxta fedus, quod pepigerat, punire distulit; ne tamen amplius serperent conatus improbi, unam Hebream, quam universi sonare et intelligere consueverant, linguam et que sola tunc in usu erat, ab Adam usque in illa tempora derivatam, in duas et septuaginta, [et] superbam mentem sermonemque construencium confusus opusque turris, quod aliquantum<sup>c</sup> creverat, exterminaturus divisit. | Noe siquidem generacio in Caldea<sup>4</sup> et Damasci Siria<sup>5</sup> et Maiori Armenia<sup>6</sup> sive Assyria, in qua Niniue<sup>7</sup> sita est, sedes suas atque habitacula posuerat; ceterae regiones Assie, Africe atque Europe, nulla hominum frequentacione aut populacione culte, feris tantummodo et avibus pervie, vastam solitudinem retinebant, donec primordia nostre originis superbia confundente unitatem simplicium linguarum divisio separavit: ex qua et in moribus, convictibus, animis, gestibus, legibus, iudiciis, cerimoniais, ritibus diversitas varietasque secuta est; propter quam odiis magis quam linguis <dissidentes><sup>d</sup> ad querendas novas sedes populandasque novas { terras discessere. Et filiiis quidem Sem<sup>8</sup> in viginti duas linguas divisus, filiiis vero Cham in tres et triginta Affricam occupantibus, a filiiis Japhet decem et septem linguas sortitis e<sup>e</sup> Europa universa<sup>e</sup> in hereditatem sempiternam accepta est.

*Cod.*  
*Calv.* VII<sup>v</sup>

<sup>a</sup> in rasura    <sup>b</sup> up in rasura    <sup>c</sup> aliquantulum *Ed. Crac.*    <sup>d</sup> *Dlugossii manu in margine*    <sup>e-e</sup> *Dlugossii manu in margine additum: Europa universa, cui apposita nota vide in carta. Haec que sequuntur usque ad verba: Hii sunt filii Japhet desiderantur hodie in aut. Textus e codice Calvimontano s. Crucis ponitur (Bibliotheca Nationalis Varsaviae nr acc. 6906), de charta deperdita cf. relationem in Ed. Crac. adn. 1*

A flumine autem Thanai<sup>1</sup>, quem Poloni sua lingua Don vocant, Tarthari Edil, Europa sumens principium, hinc Tiren<sup>a</sup>, inde Septentrionali et Gaditano<sup>2</sup> Oceano<sup>3</sup> terminatur. Ex Ripheis<sup>4</sup> autem montibus Thanays oriens, adeo precipiti fluvio<sup>b</sup> ruit, ut cum vicina flumina, Meothis<sup>5</sup> et Bosphorus frequenter solidentur in glacies, solus ex confractuosis montibus evaporans nunquam Scithico<sup>6</sup> algore indurescat<sup>c</sup>, Asiae et Europe alteram partem<sup>d</sup> concludens, alteram initians, famosus limes. Fretum Gaditanum<sup>7</sup> in finibus Gallacie a Gadibus Herculeis<sup>8</sup> nuncupacionem sumit. <sup>e</sup>Oceanus Septentrionalis<sup>9</sup>, qui<sup>f</sup> versus septemtrionem aliquando Sarmaticum nominatur Mare, quod in littoribus suis Sarmate sive Poloni<sup>10</sup> regiones et urbes possideant (ex quibus sunt ille due magis insignes, Lubyk<sup>11</sup> que Polonice Bulkowycz | vocitatur, et Gdanzk, a Polonis populate), plurimas insulas in se tenens scilicet Scansiam<sup>12</sup>, Frisiam, Scotiam et Iberniam et alias minores regiones. Citra Tiren<sup>g</sup> cum insulis, que Tirreni littore includuntur, videlicet Maiorica<sup>13</sup>, Minorica, Euica, Frumentaria, Corsica, Sardinia, Sicilia, Mitiline, Veneciis, Creta, donec ad Meotim paludem pervenitur. Bisancium insuper, sive Constantinopolitana urbs in Europa sita est. Hos itaque omnes terminos et usque ad Gadiram<sup>14</sup>, que cum Pella includit Decapolim, septem filii Japhet<sup>15</sup>, videlicet Gomer, Magog, Maday, Javan, Tubal, Mosog et Thiras, alias Thorias, in cognacionibus<sup>h</sup>, linguis et familiis suis possederunt. Porro tres filii Gomer<sup>16</sup>: primus Asenech<sup>17</sup>, a quo Sarmathe seu Sauromathe<sup>18</sup>, quos Greci Reginos<sup>19</sup> vocant, ex quibus processerunt Calabri, Siculi, Apuli et Latini, qui Lacium<sup>20</sup> habitant. Secundus Raphat<sup>21</sup>, a quo Phaflagones, [e<sup>1</sup>] Phaflagonia contigua Gallacie<sup>22</sup> in Italiam transvecti, Eneti<sup>23</sup> vocati sunt, a quibus Veneti, Ligures<sup>24</sup> et Emilii processerunt. Tercius Togorin<sup>25</sup>, a quo Friges, qui terram suam Phrigiam<sup>26</sup> } appellarunt<sup>k</sup>. Quatuor filii Javan<sup>27</sup>: quorum primus Elisza<sup>28</sup>, a quo Greci, qui Eulides dicuntur. Secundus Carsis<sup>29</sup>, a quo Calices, qui Ciliciam habitarunt, quorum metropolis [Tarsus<sup>l</sup>]. Tercius Czethim<sup>30</sup>, a quo Cethime-Ciprii (et secundum hoc Cyprus filius Japhet, non filius Sem provenit) quorum civitas Citium dicitur. Quartus Dedanim<sup>31</sup>, a quo Rodii, quorum Rodus civitas dicitur. De Gomer<sup>32</sup> filio Japheth Gallate, qui Latine Gallogreci dicuntur: olim enim Senones Galli<sup>33</sup> quandem partem Grecie invadentes, a Gallis et Grecis Galliciam

Cod.  
Calv. | VIIr

HP14

<sup>a</sup> primo Cireno cod. Calv. <sup>b</sup> fluore Ed. Crac. <sup>c</sup> indurescit cod. Calv. <sup>d</sup> deest in Ed. Crac. <sup>e</sup> inde additum in Ed. Crac. adn. 9 <sup>f</sup> Ed. Crac., quod cod. Calv. <sup>g</sup> Tyrrenum mare Ed. Crac. <sup>h</sup> cognominationibus cod. Calv., ab editoribus correctum P. <sup>i</sup> qui additum in Ed. Crac., deest in cod. Calv. <sup>j</sup> qui additum in cod. Calv. <sup>k</sup> appellantur cod. Calv. <sup>l</sup> additum in Ed. Crac., deest in cod. Calv.



appellarunt. De Maday<sup>1</sup> Medii, a quibus Media nomen sumpsit. De Javan<sup>2</sup> Jones, qui et Greci, a quibus Jonium mare, ex quibus Greci, qui Throiam et fines eius habitaverant, processerunt. Qua destructa Priamus et Antenor Venecias navigio pervenerunt: ex quibus Anthenore mortuo et Padue<sup>a</sup> tumulto Priamus<sup>3</sup> cum comitibus Germaniam occupavit, et ab ipso et germano Anthenore<sup>4</sup> Germania fuit dicta, que nunc a Theutos (qui est Mercurius) Theutonia<sup>5</sup> vocatur, a Latinis autem Lemania dicitur, a Lemano fluvio; que has continet regiones: Lotharingiam<sup>6</sup> seu Brabanciam, Vistfaliam, Phrisiam<sup>b</sup>, Thuringiam, Saxoniam, Sveuiam, Bavariam, Franconiam; et inde Gallias | irrumpentes, a fraccione patrie et eorum ferocitate, Franca fuit dicta. Simili quoque navigio ex Troia Brutus<sup>7</sup> adveniens eam<sup>c</sup> que nunc Anglia dicitur, a suo nomine Britanniam nominavit, a qua etiam olim Silvoniam<sup>8</sup>, nunc citra mare Minor Britannia nominatur<sup>d</sup>. De Mosog<sup>9</sup> filio Japhet Capadoces, quorum metropolis Maszaca<sup>10</sup>, quam Tiberius<sup>11</sup> Cesar a suo nomine Cesaream appellavit. Thiras<sup>12</sup>, a quo Traces, quasi Tiraces et a nomine patris sui terram a se populatam Traciam vocaverunt. Sextus filius Japhet Tubal<sup>13</sup>, a quo Hiberes, qui et Hispani, processerunt, qui primo Cetubeles<sup>14</sup> sunt vocati, quasi coetus Tubal; et attendentes stellam, que ibi post occubitum occultatur, occasum eius vesperum, stellam Hesperum<sup>15</sup> et patriam a stelle nomine Hesperiam vocaverunt. Pagis autem et vicis circa fluvium, qui nunc Hiberus<sup>16</sup> dicitur, constructis, qui prius Cetubeles, ab Hiberno tandem fluvio, corrupto vocabulo Celtiberos se vocaverunt et regionem a se possessam, que Oceano et Tiren<sup>17</sup>, Hiberno et Pireneis montibus terminatur, Celtiberiam<sup>18</sup> appellarunt<sup>e</sup>, que postea ab Hispan in ea dominante Hispania denominationem accepit. Septimus filius Japheth Magog<sup>19</sup>, a quo Scithe, qui et Massagete appellantur, Gothi<sup>20</sup>, Sweui, Alani, Hunni.<sup>f</sup>

aut. | 11\*\*c d

Hi sunt filii Japheth, filii Noe, filii Lamech.<sup>21</sup> Primus autem<sup>22</sup> homo de genere Japheth venit ad Europam Alanus nomine cum tribus filiis suis, quorum nomina sunt hec: Isicion, Armenon, Negno. Isicion<sup>23</sup> autem habuit quatuor filios, quorum no}mina sunt hec: Francus, Romanus, Momaurus et Britto, a quo primo Brithannia dicta est et habitata. Secundus autem filius Alani Armenon habuit quinque filios; hi sunt: Sochus<sup>24</sup>, Walgothus, Cebidus, Burgundus, Longobardus. Tercius filius Alani, scilicet Negno<sup>25</sup>, habuit quatuor filios, quorum nomina sunt hec: Vandalus<sup>26</sup>,

<sup>a</sup> Paride *cod. Calv.*, Paduae multa *manuscripta et Ed. Crac.*    <sup>b</sup> *Ed. Crac., cod. Calv. per errorem Frigiam*  
<sup>c</sup> provinciam *additum in Ed. Crac., deest in cod. Calv.*    <sup>d</sup> vocatur *Ed. Crac.*    <sup>e</sup> *Ed. Crac., appellantur*  
*codex Calv.*    <sup>f</sup> *hic terminatur textus in aut. desideratus et e cod. Calv. suppletus cf. p. 66 adn. b-b*

a quo Vandali dicti sunt, qui nunc Poloni dicuntur, qui ex nomine suo fluvium, qui nunc Wysla<sup>1</sup> <sup>a</sup>⟨alias Vistula⟩<sup>a</sup> vulgari nuncupatur, Vandalum censuit appellari. Secundus filius Negnonis Thargus<sup>2</sup>, tercius Saxo, quartus Bogorus. Sic igitur ab Isicione<sup>3</sup> primogenito Alani orti sunt Franci, Romani et ceteri Latini et Alemanni. A secundo filio Alani orti sunt Gothi et Longobardi<sup>4</sup>. A Negnone autem tercio filio gentes<sup>5</sup> sunt diverse per totam Europam, videlicet tota Russia usque ad orientem, Polonia maxima terrarum, Pomerania, Cassubia<sup>6</sup>, Swecia, Sarnia<sup>7</sup>, que nunc Saxonia dicitur, et Norvegia. A filio Negnonis tercio, qui Saxo<sup>8</sup> vocabatur, Bohemia et Moravia, Sthiria, Corinthia, Carniola, que nunc Dalmacia dicitur, Lizna, Croacia, Seruia, Pannonia, Bulgaria, Elisza. Itaque natus filiorum Japheth, omnium Slavorum parens, egressus de campo Sennar<sup>9</sup>, transita Caldea Greciaque circa Ponticum Mare<sup>10</sup> et fluvium Histrum<sup>11</sup>, quem nunc Danubium vocitamus (qui Germanicis iugis ortus monte, qui Rauracos vocatur, effusus, <sup>b</sup>⟨omnem Europam emetitur, sumpto ex Celtis inicio⟩<sup>b</sup>, quadraginta amnes fere omnes navigabiles in se recipiens, latum spacium itinere terreno conficiens in Euxinum Mare, quod vulgari vocabulo Pontus appellatur, ab Euxino fluvio, qui in eum influit, ut quibusdam placet, denominatum, cum antea vocaretur Auxenum, septem hostiis Pontum influit, quorum quatuor adeo grandia sunt, ut per sexaginta millia passuum non misceantur equori, suavesque haustus amaritudine freti, nativum et incorruptum saporem retinens<sup>c</sup> in tam protenso cursu non vincitur<sup>d</sup>) cum filiis, cognationibus et familiis suis insedit, ac primum Pannoniam<sup>12</sup>, primam et veterem Slavorum sedem, parentem et alumpnam, que nunc Hungaria<sup>13</sup>, Longobardis Slavos inde pellentibus, deinde Hynis de ea cedentibus, sortita est vocabulum. Inde<sup>14</sup> <sup>e</sup>⟨Bulgarum sive Messiam⟩<sup>e</sup> Dalmaciam<sup>f</sup>, [.....] Serbiam, Carvaciam, Bosznam, Raszciam, Carinthiam<sup>g</sup> et Illiricum, ceterosque illarum orarum et Adriatici, Jonii, Egeique Maris tractus et insulas succesione<sup>h</sup> nepotum populavit, Grecis ab oriente et meridie, Latinis et Italicis et Theotunicis ab occidente confinans. In quo et felicitas generis Slawonici, quod tam optimas terras sortitum fuit, notari potest: nulle enim terre orbis preter Indiam, quam he a Slavis primum possesse, aurum, argentum, sal, es, ferrum, cuprum et cetera metalla, que mortales prima ducunt, feracius noscuntur producere; et eiusdem amplior in Deum prevaricatio, quod illud eiicien-

HPK6

aut. [12\*\*

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>c</sup> retinentes Ed. Crac.,    <sup>d</sup> vincantur Ed. Crac.,    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>f</sup> terminatio am in rasura, postea verbum erasum 6 litteris constans    <sup>g</sup> Corinthiam aut.    <sup>h</sup> Ed. Crac. succesionem aut.

dum ob scelera decernens, Hunis, Turcis et aliis nacionibus tam dives et opulentum solum possidendum concessit, furoris sui magnitudinem in eo potissimum ostendens, quod et barbaram rabiem in Slauos seuire et ex sedibus originariis migrare permiserit. Maxima siquidem et grandia generi Slawonico propiciacio divina contulerat, perpetuo aput nacionem ipsam mansura, si illius legitima atque iussa<sup>a</sup> scrupulosiori cura servavissent; sed legem Dei multiplici enormitate excessuum prevaricantibus omnia erepta atque in alias gentes et naciones invecta sunt. <sup>b</sup>⟨Provinciarum<sup>c</sup> autem, quas Danubius a Barbarico ad Mediterraneum Mare secludit, prima est Missia sive Mesia<sup>1</sup>, a messium proventu vocata: unde et eam veteres Cereris horreum nuncupabant. Hec a modernis Bulgaria appellatur<sup>2</sup>, ab Evro Tracie, a meridie Macedonie, ab occasu Istrie iuncta⟩<sup>b</sup>.

*Egressi Lech et Czech fratres de Pannoniis vicinas terras petunt ;  
Czech Bohemiam fratre concedente apprehendit  
et Pragam atque Wyelegrad civitates erigit*

<sup>a</sup>Pannoniorum regnis<sup>d</sup> et propriorum et advenarum habitacione coalescentibus urbibusque nonnullis et coloniis crebris in illis constructis, primum discordiarum et odiorum fomes, deinde apertarum guerrarum et cladium fragor inter Japheth nepotes pro terminis terrarum, coloniarum et urbium subortus civili et fraterno sanguine aliquocies preliis commissis<sup>e</sup> terram fedavit. In eam etenim summam numerumque creverant, ut eis regna, que possederant, angusta viderentur. Duo itaque filii Jani<sup>3</sup> nepotis Japheth, Lach<sup>4</sup> et Czech, quibus Dalmacia Sermiensis<sup>5</sup>, Slawonia, Carwacia et Boszna contingerant<sup>6</sup>, et presencium et futurarum collisionum discrimen et pericula vitaturi, parili et concordi voto et deliberacione, originario solo relicto, novas sedes querendas populandasque decreverunt<sup>b</sup>. Et ceteris quidem fratribus in Pannoniis remanentibus, ipsi cum omnibus coloniis familiisque et  
HP17 substanciis, { que dicionis eorum erant, ex Slawonia, Serbia, Carwacia et Boszna, et ex castro Psary<sup>6</sup> in altissima rupe, quod fluvius Huy Slawoniam Carwaciamque disterminans abluit, sito, cuius et in hactenus nonnulle aspiciuntur priscam magni-

<sup>a</sup> in rasura    <sup>b-b</sup> eadem manu sub textu    <sup>c</sup> Ed. Crac., provincias aut.    <sup>d-d</sup> l.o.    <sup>e</sup> posterius m  
erasum    <sup>f</sup> Servia Ed. Crac.    <sup>g</sup> contigerant Ed. Crac.    <sup>h</sup> Origo Lach et Czech fratrum nepotum Japheth  
manu XVI s. in margine

ficenciam testantes ruine et cuius vetustam nuncupacionem villagium Pszary sub arcis loco situm in eam diem retinet, in quo principum prefatorum Lech et Czech familiarior peculiariorque habitandi et illic iura subditis reddendi usus esse consueverat, egressi, vicinas et proximas terras versus occidentem<sup>a</sup> (sciebant enim orientem ceteris nacionibus refertum esse) pecierunt. Oram autem, quam Morawa<sup>1</sup>, Egra, Albia, Multawa abluunt, perambulantes, glebam eius animadvertentes fecundam et aquis pascuisque irriguam, nichil tamen preter vastam solitudinem habentem culti soli, iunior natu Czech eam sibi a germano Lech natu maiore multiphariis precibus obtinuit in perpetuam et hereditariam possessionem sortemque relinqui<sup>b</sup>. Cum enim longo tempore in locis illis et signanter in monte, qui lingua eorum Rzip<sup>2</sup> vocatur, inter Albiam, Multaviam et Egram positum, stativa communia<sup>c</sup> habuissent, soli fecunditas et celestis aure temperies, valliumque et moncium crebri sinus adeo Czech alterum principem suasque colonias et familias ceperat devinxeratque<sup>d</sup>, ut ceteris neglectis et abdicatis hanc sibi sedem et posteritati sufficere arbitraretur. Fratrem autem altero principe Lech precibus suis condescendente duas sedes ponit duasque urbes condit: unam ad ripas Multawe fluminis, quam Praham sui linguarii<sup>e</sup> intitulavit vocabulo, alteram ad fluenta fluvii Morawe et hanc Wyelegrad<sup>3</sup> nominavit, in colonias quoque terra distributa plures vicos et rura construxit, terraque universa ab eo cognomen sortita eciam in presens Czeszka vocitatur, licet Latina | lingua, que Slawonicum nomen proporcionaliter sonare aut.|13\*\* non potuit, quod Slavi Deum lingua eorum Boch vocitent, eam Bohemiam<sup>4</sup> appellet. Ea quoque pars terre, quam Morawa fluvius circumfluit, a nemoribus et silvis, plerasque planicies virides et graminosas mericas in se habentibus, aliam appellacionem, videlicet Morawa, usurpavit<sup>f</sup>. Bohemia longitudinem latitudinemque parem asseritur habere in corone rotunditatem formata; silva universam ambit, quam veteres Herciniam<sup>5</sup> vocavere,<sup>g</sup> a Grecis et Latinis scriptoribus nominata, amnibus et ipsa irrigua, inter que<sup>h</sup> Alba seu Labya ex montibus, qui Bohemiam Moraviam } que HPDS disterminant, oriens mediam provinciam perlabitur, qui Polonie sive Sarmacie Europice et Germanie limitem facit, item Multawa insigniores censentur. <sup>1</sup>⟨Multawa autem circa metropolim Pragam decurrit, medius ponte lapideo quatuordecim fornices habente commissus; Brunnam vero fluvius Ruda<sup>6</sup> interfluit⟩<sup>1</sup>.

<sup>a</sup> terminatio verbi in rasura    <sup>b</sup> Lech cessit Bohemiam fratri iuniori manu XVI s. in margine adscriptum  
<sup>c</sup> terminatio verbi in rasura    <sup>d</sup> que suprascriptum    <sup>e</sup> linguagii Ed. Crac.,    <sup>f</sup> Ed. Crac., usurpaverit aut.  
<sup>g</sup> ve superscriptum    <sup>h</sup> quos Ed. Crac.,    <sup>1-1</sup> Dlugossii manu sub textu post intervallum

*Lech ingreditur in Poloniam et in ea consedit,  
cuius natura et foecunditas recensetur  
et quibus regionibus sit contermina*

<sup>a</sup>Lech itaque fratri iuniori<sup>a</sup> Czech valedicens, cum coloniis, familiis <sarcinis-que<sup>b</sup>> suis et omni substantia ab eo digressus, superatis montibus <sup>c</sup><et saltibus, qui nomine vetusto Ercinii vocantur, Poloniam><sup>c</sup> et Bohemiam ambientibus, regionem latissimam, silvis, nemoribus et borris vastam, solitudinibus et desertis et quibusdam perpetuis pene indagibus septam, pluribus fluminibus, torrentibus et aquis irriguam, glebam quidem bonam habentem, sed cuius fecunditas nisi stercore aleretur, diuturna consistere non posset, gelubus tamen et frigore rigentem, extra septimum et ultimum clima<sup>1</sup> sitam reperiens, in ea consedit eamque sibi et sue posteritati hereditandam et possidendam primus cepit<sup>d</sup>: animancia quippe sed et germinancia omnia paciencius ac<sup>e</sup> tolerabilius ad summum frigoris, quam ad summum coloris accedunt; quapropter Europe regio, quamvis hiemali constricta rigore, culcior est et amplior situ et populis, quam Affrica solis ardore torrida, quia et natura sui plus habet spacia et celi clemencia incolarumque providencia, frigus a se per ignes et focos arcencium, minus deserti<sup>f</sup>. Regio Polonica fecunda frugibus, amena fructibus, deliciosa piscibus, sapida lacticiniis, clamosa venacionibus, copiosa armentis et gregibus, dulcis mellibus, commoda equis, referta alitibus, dives ferro et plumbo, gloriosa cera, crassa butiro, esto in plerisque locis abscisa magis quam separata<sup>2</sup> culture respondet fecunditas, nemorosa regio, et ideo dives pecoris<sup>g</sup> et abundans lactis, <herbifera><sup>h</sup>. [....<sup>1</sup>] In plerisque locis egrum atque ieiunum solum et natura sterile, nemorosum tamen et arboribus varii generis consitum et pro aluearibus apum, aut pascendo pecore nec usquequaque ociosum; vini <sup>1</sup><et olei><sup>1</sup> propter aquilonarem rigorem indiga, ceruisia pro vino utitur, quod ex cerere<sup>1</sup> tritici, ordei, aut siliginis fiat. Ager in plerisque locis crassus, in aliis vero arenosus, silvestris, incultus et infecundus. Salis vero adeo gravida, ut sales in illa magis extrahant, quam decoquant. Rigida nivibus et lubrica glacie, <sup>k</sup>-<aura et ventorum flatibus salubris. Terre motuum, quos<sup>1</sup> alie regiones frequenter usque ad ruinam et internicionem civita-

<sup>a-a</sup> l.o.    <sup>b</sup> in rasura Dlugossii manu    <sup>c-c</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>d</sup> Lech cessit Polonia manu XVI s. in margine additum    <sup>e</sup> et Ed. Crac.    <sup>f</sup> deserta Ed. Crac.,    <sup>g</sup> pecoribus Ed. Crac.,    <sup>h</sup> Dlugossii manu in rasura    <sup>1</sup> verbum erasum    <sup>1-1</sup> Dlugossii manu superscriptum    <sup>k-k</sup> alia manu usque ad textum Dlugossii manu scriptum    <sup>1</sup> Ed. Crac., quem aut.

tum et vicorum et scissuram alpium paciuntur, sed et alluvionum, nisi pro raro et quasi prodigioso tempore, prorsus ignara, frumenta cuiuslibet generis in annos plures et tempora absque omni lesione conservans, que apud<sup>a</sup> vicinam et finitimam regionem Pannonicam, si anni unius spacium excesserint, in vermes et muscas evadunt. Habet et sulphureos montes, parum tamen feraces, et aluminosos, sed balnea naturalia non novit<sup>-k</sup>. <sup>b</sup>Magistratus et officia publica aput Polonos non annua sunt, sed ad vitam durancia, quam quidem illorum observanciam neminem sensatum satis probare crediderim. Annuis enim vicibus mutare magistratus presidum et officialium salus communis est et quasi quidam reipublice nervus, in qua et principis existimacionem, quo obediencius et venerabilius illi pareatur (si mutare potis est, terribilis efficitur, aut contemptibilior redditur, si ei mutacionis facultas preripitur) videmus evidentissime inclusam, dum nec insolens ob insolenciam sequestrandus diucius cum pernicie aliorum manere permittitur, et alius moderacior illi succedens, parem destitucionem veretur. Ab aquilone Polonia septentrionalis pars est Slawonie, que habet ab oriente Russiam, ab austro Hungariam, a subsolano<sup>1</sup> Morauiam et Bohemiam, ab occidente Daciam et Saxoniam collaterales. Terminatur autem Polonorum regio ad aquilonem a Sarmatis, qui et Gethe<sup>2</sup> vocantur, in Daciam et Saxoniam, a Tracia autem per Hungariam, sive verius Pannoniam, hinc<sup>c</sup> descendendo per Karinthiam in Bawariam. Ad austrum vero iuxta Mare Mediter[ran]jeum<sup>d</sup> ab Epiro derivando per Dalmaciam, Carvaciam et Histriam, finibus Maris Adriatici definitur, ubi Venecia et Aquilegia<sup>3</sup> consistit, sequestratur<sup>b</sup>.|

*Flumina Poloniae primaria septem,  
quorum nomina et fontes originarii atque ostia subnectuntur*

<sup>e</sup>Septem precipuis fluminibus<sup>e</sup>, que amnes quandoque, quod loca a se rigata et circa que defluunt, amena<sup>4</sup> efficiunt, nuncupamus, que regionem { ipsam circumfluunt, partim ex montibus cadencia, partim ex occultis visceribus terre erumpencia, et in Oceanum pluribus aliis fluminibus in eadem regione consurgentibus aucta et inflata decurrunt, nomina lingua sua Slawica dedit. Uni quidem Wysla, quem auctores et hystoriographi antiqui Vistulam<sup>5</sup> dicunt, nonnulli vero Vandalum,

aut. | 14\*\*

HP 1510

<sup>a</sup> hic ita, ceterum ubique aput aut. <sup>b-b</sup> Dlugossii manu sub textu <sup>c</sup> Ed. Crac., huius aut. <sup>d</sup> Ed. Crac., Meditereum aut. <sup>e-e</sup> l.o.

<sup>a</sup>⟨a Wandalo filio Negno primogenito Alani filii Japheth, filii Noe, plerique⟩<sup>a</sup>  
 a Polonorum regina Vanda<sup>b1</sup>, que ob victoriam de Germanis relatam diis se devovens,  
 in illum se dedit<sup>c</sup> precipitem; a nacionibus quoque orientalibus Polonis vicinis ab  
 aque candore Alba Aqua (esto idem fluvius sit denominationem quadruplicem  
 sortitus) rectius tamen Wysla nominatur, quasi pendens: fons enim eius prope  
 opidum Skoczow<sup>2</sup>, supra villam Wstronye in terra Thesszinensi de supercilio  
 montis, qui wlgō dicitur Skalka<sup>3</sup>, ex summo Alpium Sarmaticarum<sup>44</sup> cacumine,  
 magno undarum et fragoso strepitu excurrens, antequam in subiectum recidat  
 solum, pendenti magis quam fluenti similis<sup>e</sup> estimatur, per Cracouiensem civita-  
 tem, singulare tocius Polonie decus, medius, iam aliquibus susceptis fluminibus  
 validior effectus, decurrit, apud Polonos celeberrimus. Maiorem enim Polonici Regni  
 irrigat regionem, qui et ipse inter Polonicales amnes principatum facile sortitus,  
 longius enim quam cetera terrestre conficiens spacium, ab occidente in orientem  
 aliquantulum progressus, tandem in septemtrionem flectit iter, frequentioribus  
 eciam fluminibus, qui in illum exonerantur (quorum aliqua magis wlgata annota-  
 bimus) auctus, in tria hostia<sup>5</sup> se scindens, quorum primum apud civitatem Gdanzk,  
 alterum apud villam Thefft, quod Hab a[lias]<sup>f</sup> Magnus Lacus vocatur, tertium  
 apud opidum Elbyang, quod Nogath vocatur, in Oceanum Sarmaticum grandis  
 devolvitur albo fluore et haustu<sup>g</sup> salubris. Pisces salmones et esoces, qui raris tantum-  
 modo et nobilibus contingunt amnibus, gignit. Plurima autem flumina ab occidente,  
 austro et septemtrione excipiens a sui nominis denominatione non declinat<sup>h</sup>. Alteri  
 Odra, quasi spolians, eo quod precipiti cursu suo spolia nemoribus et campis inferre  
 consuevit, qui et ipse a scriptoribus Latinis Guttalus<sup>6</sup> inscribitur, cuius fons prope  
 opidum Odri, hostiis quatuor<sup>7</sup> infunditur in Magnam Paludem, quorum primum  
 apud villam Swynia, quod in Polonico vulgari significat scropha; secundum apud  
 villam Dzywno, quod in Polonicali ydiomate sonat mirabile; tertium apud villam  
 HPQ11 Pyana, quod in Polonica lingua sonat spuma; quartum apud opidum Wollgoth.  
 Evolvens autem se de lacu, stricto alveo (in Oceanum) prope opidum Stralsunth<sup>8</sup> illa-  
 bitur Oceano sive Sarmatico Mari. Tercio Wartha<sup>9</sup>, quod significat scrutinium,  
 non enim uno eodemque alveo contentus, sed in plures divisus et distractus, locis  
 vicinis quasi quedam scrutinia per aquas diffusas inducit, cuius fons in terra Craco-

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b</sup> Vanda manu XVI s. in margine    <sup>c</sup> se dit Ed. Crac.    <sup>d</sup> Ed. Crac.,  
 Sarmaticorum aut.    <sup>e</sup> Ed. Crac., similes aut.    <sup>f</sup> a aut. id est Ed. Crac.,    <sup>g</sup> prius u suprascriptum  
<sup>h</sup> Descriptio fluminum Regni Polonie manu XVI s. in margine adscriptum

uiensi in vico ignobili Cromolow, qui circa castrum Santhok flumini Nothesz mixtus et ipsius vocabulum appellatione propria amissa sortitus, flumen Odra<sup>a</sup> circa opidum Cosztrzin ingreditur. Quarto Dnyesthr<sup>1</sup>, cuius fons in Sarmaticis Montibus prope castrum Sabyen in terra Premisliensi, hostia in mare maius inferius Nigrum et Album Castra<sup>2</sup>. Quinto Bug<sup>3</sup>; cuius fons in palude in superiore parte castri et opidi Oleszko in villa Kolthow, | hostia in flumine Narew<sup>4</sup> prope opidum Siraczecz et inferius Drohiczin. Sexto Nemyen<sup>5</sup>, cuius fons ex silvis et paludibus opidi Kopyolow, longio spacio terrarum confecto in duos alveos prope castrum et opidum Prussie Ragnethe scinditur, et priori ac vetusto nomine deinceps amisso, fluvius unius alvei versus Liwoniā decurrens cognominatur Rossza<sup>6</sup>, alter ad Prussiam spectans Lilia appellatur; tandem diverso<sup>b</sup> meatu ambo prope castrum Memel<sup>7</sup> in Lacum Magnum ex Oceano derivatum se infundit, qui adeo recurvis, indirectis et sinuosis circumagitur fluoribus, ut qui in illo navigant, integro die navigatione exacta, ignem a foco hesterne diei ex propinquitate loci propter alvei circulationem frequenter sumant. Septimo Dnyepr<sup>8</sup>, hic in Latino Drinus<sup>c</sup> appellatur, cuius fons ex <fi..>nibus<sup>d</sup> Mozkwe ex silvis Wyasznya, hostia in lacu prope opidum Daszow<sup>9</sup>; lacus vero, utroque flumine inflatus, Oceano se miscet. Minora etiam flumina, quorum a prefatis septem fluminibus precipuis absorbentur nomina, subnectam.

*Wysla fluvius cum suis fluminibus*

<sup>e</sup>Primus autem fluvius<sup>e</sup> Polonie sive Lechie Visla his augetur fluminibus, quorum etsi aliqui commixtione aliorum fluminum nomen amittunt<sup>f</sup>, digni tamen visi sunt, qui huic operi insererentur. Primo Byala<sup>10</sup>, { qui deprope fontem Vistule ex Sarmaticis<sup>g</sup> Montibus oriens, hostia habet circa villam Zebracze. Item Sola<sup>11</sup>, cuius fons in Sarmaticis Montibus, hostia prope opidum Oszwyanczim. Item Skawa<sup>12</sup>, cuius fons in Sarmaticis Montibus, hostia circa villam Szmolicze. Item Rabba<sup>13</sup>, cuius fons in Sarmaticis Montibus, hostia circa opidum Vszczye; hunc aliqui scripserunt ex inundacione ingenti, que ante annos ducentos contigerat (quod ego ridiculum reor), ortum esse. Item Dvnagyecz<sup>14</sup> Niger et Albus, cuius utriusque fons in Alpibus altissimis Hungarie, quorum nivalis semper vertex, qui Thatri a wlgō appellantur,

<sup>a</sup> Odram Ed. Crac., <sup>b</sup> so in rasura <sup>c</sup> sive Boristhenes additum in Ed. Crac. <sup>d</sup> fi loco 4 litterarum erasarum <sup>e-e</sup> l.o., in textu sine intervallo <sup>f</sup> amittant Ed. Crac. <sup>g</sup> ci superscriptum



hostia circa opidum Oppathowiecz. Item Loszoszina<sup>1</sup>, cuius fons prope opidum Thimbark, hostia in Dvnagyecz prope opidum Czchow. Item Wschev<sup>2</sup>, cuius fons prope villam Lanky, hostia e regione ville Przemakow. Item Poprod<sup>3</sup>, cuius fons ex monte Pannonico Thatri prope Kvczuwna et Filka villas, qui longo itinere in Hungaria confecto, per Sarmaticos Montes alveo derivato Dvnayczoni inter Veterem et Nowam Sandecz miscetur. Item alter Byala<sup>4</sup>, cuius fons in Montibus Sarmaticis prope villam Gabalthow, hostia in Dvnagyecz prope villam Byala. Item Wyszloka<sup>5</sup>, cuius fons in Sarmaticis Montibus, hostia circa villam Sdakow. Item Brzesznicza<sup>6</sup>, cuius fons circa opidum Wyelepolye, hostia <sup>a</sup><in Vislokam><sup>a</sup> circa <sup>b</sup><villam Kanzirz><sup>b</sup>. Item Wyslok<sup>7</sup>, cuius fons in Montibus Sarmaticis, hostia in fluvium Saan circa villam Trinca. Item Mlecza<sup>8</sup>, cuius fons in silva prope opidum Brozow, hostia circa Gnyewczino villam. Item Saan<sup>9</sup>, cuius fons in Montibus Sarmaticis ex monte, qui dicitur Byesked et planicie vocata Hvszka Polonina. Item Rogosznig<sup>10</sup> Maior et Minor, uterque ex Alpibus, quas appellamus Thatri, ortus, uterque se in fluvium Dvnayecz una cum fluvio Lypyethnicza, qui aput montem Obidowa oritur, circa villam Ludzimyrz exonerat. Item Wyar<sup>11</sup>, cuius fons in Montibus Sarmaticis ex monte Trybuch, hostium in flumine Saan circa villam Orzek. <sup>c</sup>Hec autem flumina omnia<sup>c</sup> ex parte meridionalis plage et in eadem orta in fluvium Vysla aut per se aut cum aliis fluminibus illabuntur; pauciores plaga orientalis, non }contempnendos tamen mittit. | Primus Wysnicza<sup>12</sup>, cuius fons circa villam Strosza, hostia circa villam Rybythwy. Item Gyelczew<sup>13</sup>, cuius fons circa villam Borzanczin, hostia in flumine Wyeprz circa villam Szyestrzewythow. Item Bystrzicza<sup>14</sup>, cuius fons circa villam Krzczonow, hostia in flumine Wyeprz circa villam Blinow. Item Por<sup>15</sup>, cuius fons prope villam Zawyeprzicze, hostia in flumine Wyeprz circa villam Nawosz. Item Wyeprz<sup>16</sup> in terra Belsensi, cuius fons ex lacu Wyeprzowo Yeszioro prope villam Rogozno et Rachanye, hostia circa opidum Sthaszicza. Item Roppa<sup>17</sup>, cuius fons circa Byecz<sup>18</sup> opidum ex Montibus Sarmaticis, hostia inferius opidum Yasszyel in Wyssloka. Item Jassel<sup>19</sup>, cuius fons in Montibus Sarmaticis circa villam Lyczowno, hostia in Wysslokam prope castrum Golesch. Item Lyada<sup>20</sup>, cuius fons ex monte prope villam Chrzanow et hostia in flumine Thnew <sup>d</sup><duobus miliaribus a Crzeszow in borra. Item Thnew<sup>21</sup>><sup>d</sup> ex paludibus prope villam Dzykow<sup>22</sup> et hostia in flumine Szan inter Kopky et Krzeschow. Item Brnew<sup>23</sup>, cuius

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b-b</sup> manu Dlugossii in rasura    <sup>c-c</sup> l.o.    <sup>d-d</sup> cf. adn. a-a.

fons in villa Brnew, hostia in Saan in villa Brenwicza. Item Byala<sup>1</sup>, cuius fons circa villam Godzeschow, hostia in Brnew circa venaciones Thurobinenses. Item Szanna<sup>2</sup>, cuius fons ex merica prope villam Wyrchowysko, hostia circa castrum Zawichosth. Item Sopoth<sup>3</sup>, cuius fons ex lacu Kolpithe, hostia in Thnew circa villam Lukowa. Item Zolkew<sup>4</sup>, cuius fons in villa Zolkew, hostia in Wyepz circa Crasnysthaw. Item Volucza<sup>5</sup>, cuius fons circa villam Szysthow, hostia in Wyepz inter villam Leticzow et Dworzyska. Item Wyepzecz<sup>6</sup>, cuius fons in villa Wyepzecz, hostia in Wyepz<sup>a</sup> circa villam Nyelysz. Item Chodel<sup>7</sup>, cuius fons circa villam [....<sup>b</sup>], hostia circa villam Dobre. Item Thyszmyenicza<sup>8</sup>, cuius fons ex silva Goszdnycza prope Parczow, hostia in Wyepz prope villam Gorkam.

<sup>c</sup>A septemtrione autem flumina in Vislam cadencia<sup>e</sup> hec sunt: Narew<sup>9</sup>, { cuius HPQ14  
fons ex paludibus prope opidum Slonym, hostia circa Nowydwor in Mazouia, atras ostendens undas, Visle mixtus per longum spacium nativum non deponit colorem, eo vel maxime memorabilis, quod venenata illum non sustinent, sed quamprimum navigantes aquas eius attigerint, singuli serpentes, qui se lignorum struibus per multa spacia applicati abdiderant, sibillo edito, quasi fatalem sibi diffugiunt vasaque navigancia destituunt; que res non exteros solum, sed et indigenas sui admiracione percellit. Item Pysz<sup>10</sup>, cuius fons ex lacu circa villam et castrum Pysz, hostia in flumine Narew circa opidum Nowigrod. Item Lidinya<sup>11</sup>, cuius fons circa opidum Czechonow, hostia in Wkra penes opidum Nowemyastho. Item Swyder<sup>12</sup>, cuius fons ex silvis Czysk et Mensk, hostia in villa Gabye e regione civitatis Warschowiensis. Item Orzicz<sup>13</sup>, cuius fons ex silvis et paludibus prope opidum Nydbork, hostia in flumine Narew circa Magnuschewo villam<sup>d</sup> inferius Roszan. Item Plona<sup>14</sup>, cuius fons prope opidum Plonzko, hostia in flumine Wkra, circa villam Santhoczino. Item Wkra<sup>15</sup>, cuius fons circa opidum Dzolkowe<sup>e</sup>, hostia in flumine Narew supra villam Nowydwor. Item Strqwa<sup>16</sup>, cuius fons circa opidum Byelsko, hostia circa civitatem Ploczsko. Item Drwancza<sup>17</sup>, cuius fons in villa Drwancza, hostia circa castrum Slothoria. Item Ossa<sup>18</sup> dividens Polonorum terras a Pruthenicis, cuius fons ex lacu prope Radzin opidum, hostia non longe ab opido et castro Grudzancz, gadibus Boleslai Chabri Polonorum primi regis, quas per ferream columpnam in illo locaverat, insignis. Item Byedrza<sup>19</sup>, cuius fons in paludibus et silvis opidi Thykoczin, hostia in Narew circa opidum Gonyadz. Item Omolew<sup>20</sup>, cuius fons ex paludibus circa castrum

<sup>a</sup> Wyepzecz aut.

<sup>b</sup> spatium vacuum aliquot verbis scribendis aptum

<sup>c-e</sup> l.o., in textu sine intervallo

<sup>d</sup> deest in Ed. Crac.

<sup>e</sup> Dzialdow Ed. Crac. adn. 14

Sczythno, hostia circa opidum Ostralanka. Item Renya<sup>1</sup> ex silvis Szulew, hostia  
*aut.* | 17\*\* in Narew circa opidum Siraczecz. Item Liwna<sup>2</sup>, cuius fons ex lacu | Geszrzicz, et  
 hic solus ex fluviis Prussie Vislam ingreditur, hostia inferius opidum Qwyedzin.

*HPK* 15 <sup>a</sup>Ab occidente vero fluvius Visla<sup>a</sup> his irrigatur fluminibus. Primo utroque Przem-  
 scha Albo et Nigro<sup>3</sup>, Albi fons in borra opidi Ogrodzennyecz, Nigri in silvis Trzizemuk  
 prope villam Rokythno<sup>4</sup>, hostia utriusque (Albus enim } miscetur Nigro) circa villam  
 Kopczowicze e regione opidi Osszwyanczim. Item Szmyerdzacza<sup>5</sup>, cuius fons in silvis  
 Zalesze prope Thanczin, hostia prope villam Szmyerdzacza. Item Rudawa<sup>6</sup>, cuius  
 fons in villa Gyrzmanowicze, hostia in Cracouiensi civitate. Item Prandnyk<sup>7</sup>,  
 cuius fontes in villa Suloschowa, hostia infra civitatem Cracouiensem. Item Dlub-  
 nya<sup>8</sup>, cuius fons circa villam Yangroth, hostia circa villam et monasterium Mogyla.  
 Item Srzenyawa<sup>9</sup>, cuius fons in villa Wyrzchowisko, hostia circa opidum Coszicze.  
 Duo autem fluvii predicti soli, quos immediate descripsimus, videlicet Dlubnya  
 et Srzenyawa, quod nullis amnibus in Polonia suppetit, solis fervore aut hiemali  
 constriccione non diminuuntur in alveis, et equo retinentes tenore undas, soli de  
 siccitate et frigoris immensitate non queruntur, soli supernos imbres et celestes  
 pluvias non requirunt, et naturali fecunditate divites in fonte, estus et pruine  
 intemperiem non horrescunt. Item Brynnycza<sup>10</sup>, cuius fons in villa Sandek terre  
 Severiensis, hostia in Nigrum Przemscha circa villam Pogonya. Item Nydzicza<sup>11</sup>,  
 cuius fons in villa Zandowicze, <hostia><sup>b</sup> circa villam seu locum Lawy, terram  
 Cracouiensem a Sandomiriensi dividens. Item Nida<sup>12</sup>, cuius fons in villa Mozkorzow  
 consurgens, per aliquale spacium se condens, subterraneum agit gurgitem, et tandem  
 in borra ville Dzyerzskow prepositure Cracouiensis emergit, hostia ab utraque  
 parte opidi et castri Noue Civitatis prope villam Grothniky. Hic in aliquot locis,  
 paucis tamen, Gneznensem diocesim a Cracouiensi dividit. Item Schodnya<sup>13</sup>; cuius  
 fontes in villa Mlyny et Slyodkow, hostia in flumine Czarna prope opidum Polanyecz.  
 Item Koprzywnicza<sup>14</sup>, cuius fons circa opidum Lagow, hostia circa villas Skothniky  
 et Krzczin. Item Lukawa<sup>15</sup>, cuius fons circa villam Bukowyany, hostia circa villam  
 Slupcza. Item Kamyona<sup>16</sup>, cuius fons in silva Nagy prope villam Odrowansch, hostia  
 circa villam Pawlowicze. Item Crampa<sup>17</sup>, cuius fons ex paludibus ville Rzechow,  
 hostia circa opidum Solyecz. Item Morawicza<sup>18</sup>, cuius fons ex silvis Czyepyelow ville  
*HPK* 16 Wloszczowicze, hostia in Nydam in parte dextra } inter Szyrnyky et Brzegy. Item

<sup>a-a</sup> l.o., sed in textu sine intervallo.    <sup>b</sup> manu Dlugossii superscriptum

Bobrza<sup>1</sup>, cuius fons ex monte Bobrzicza prope villam Zagnansko, hostia in Nidam in parte leva inter Szyrniky et Brzegy, qui et ipse in aliquibus locis inter Cracouiensem et Gneznensem dioceses habetur pro limite. Item Iszlscha<sup>2</sup>, cuius fons in silvis villarum Byeszkw et Sdbyow, hostia in flumine Chodcza, prope villam Ossuchow. Item Chodcza<sup>3</sup>, cuius fons circa villam Pakoslaw, hostia prope villam Yanowicze. Item Radomirza<sup>4</sup>, qui <sup>a</sup>Cracouiensis et Gneznensis diocesium<sup>a</sup> limitem facit, cuius fons ex silvis ville Bambnow, hostia prope opidum Ryczywol. Item Pylcza<sup>5</sup>, cuius fons prope castrum Pylcza, a quo castrum, sub quo oritur et civitas, quam preterfluit, <denominantur,><sup>b</sup> terram Sandomiriensem a Siradiensi in aliquibus locis disterminans, hostia circa villam Ostrowy. Item Drzewicza<sup>6</sup>, cuius fons in silvis ville Parusza, hostia in Pylczam circa villam Dzyeraszna. Item Pylczicza<sup>7</sup>, cuius fontes ex villis Crassoczin et Ludynya, hostia in Pylczam circa villam Czenyathky. Item Luczescha<sup>8</sup>, cuius fons prope opidum Rozprza, circa villam Blyszyn, hostia in Pylczam in villa Barkowicze. Item Wolborza<sup>9</sup>, cuius fons in silvis opidi Thusschin, | hostia in Pylczam prope villam Zawady. Item Mosczenyca<sup>10</sup>, cuius fons circa villam Strozkye, hostia in Wolborza inferius opidum Wolborz. Item Bschvra<sup>11</sup>, cuius fons in villa Lagewniky, prope opidum Zgerz, hostia prope opidum Wysschogrod circa villam Camyen. Item Rawa<sup>12</sup>, cuius ortus ex silva ville Leszcziny, hostia in Bzvram supra villam Kozlow. Item Yeszyora<sup>13</sup>, cuius fons in villa Ossuchov, hostia circa opidum Czyrsko. Item Sgowyathka<sup>14</sup>, cuius fons ex lacubus villarum Camyeniecz, Chalino et Orlye, hostia circa civitatem Wladislaiensem. Item Wda<sup>15</sup>, cuius fons ex lacu et villa Gacz, hostia circa castrum et opidum Swyecze. Item Wyerzyscha<sup>16</sup>, cuius fons ex lacubus villarum Cosczorzino et Garcz, } hostia circa opidum Gnyev in parte superiori<sup>c</sup>. Item Mothlaw<sup>17</sup>, cuius fons circa castrum Grabino ex palude circa villam Gythlanth, hostia circa civitatem Gdanzk. Item Radunya<sup>18</sup>, cuius fons ex lacu et palude Grabya, hostia ab altera parte civitatis Gdanzk. Item Brda<sup>19</sup> fluvius Pomeranie, cuius fons ex lacu Krampsko, in cuius utero exortus, in alterum lacum amplum dictum Luthomye ingerditur, ex quo se evolvens subintrat lacum amplissimum Charzykowy, ubi quasi victor se extrahens, aliquali spacio terre confecto, proprio alveo decurrens in Vyslam aput opidum Ffordan terre Cuyawie exoneratur. Item Mthawa<sup>20</sup>, cuius fons ex lacu Mthawsko, exoneratur autem in Visla<sup>d</sup> prope opidum Nove. Item Camyona<sup>21</sup> alius a priori, cuius fons ex

aut.[18\*\*

HPQ17

<sup>a-a</sup> inter Cracoviensem et Gneznensem diocesim Ed. Crac.    <sup>b</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>c</sup> verbum in rasura terminatur    <sup>d</sup> Vyslam Ed. Crac.

lacu Slochow, hostia in Brdam circa villam Dzedno, supra monasterium Coronow, <sup>a</sup>⟨quod veteri nomine appellabatur Bischovia;⟩<sup>a</sup> et hic terram Maioris Polonie et Cracouiensem<sup>b</sup> a terra Pomeranie dividit. <sup>c</sup>⟨Item in terre Pomeranie villa Sobkow<sup>1</sup> in Wladawa ex lacu Lyeba egreditur fluvius Lyeba<sup>2</sup>, derivacionem nominis a lacu trahens, cuius hostia in mare circa villam Czyethnyow in bonis episcopatus Wladislaviensis⟩<sup>c</sup>.

*Odra fluvius cum suis fluminibus*

<sup>d</sup>[S]ecundus Polonorum fluvius Odra<sup>d3</sup>, qui et Guttalus, infrascriptos accipit fluvios. Primo Olszam<sup>4</sup>, qui in Sarmaticis Montibus habet fontem circa opidum Yablonkow, hostia circa opidum Oderberg. Item Oszobloga<sup>5</sup>, cuius fons ex Sarmaticis Alpibus in silvis dictis Cznukeanthel, hostia circa opidum Chrapkowicze. Item Nyssam<sup>6</sup>, cuius fons circa opidum Waczkow et villam Wartha, hostia circa opidum Surgosth. Item Malpadew<sup>7</sup>, cuius fons circa villam Czinkow, hostia circa monasterium, sanctimonialium premonstratensis ordinis Czarnowasz. Item Olawa<sup>8</sup>, cuius fons circa villam Wylkowa supra opidum Grothkow, hostia circa civitatem Wrathislaiensem. Item Nissam<sup>9</sup> alterum a priori, cuius fons prope opidum Luben, hostia circa villam  
 HPR18 Wylkszin. Item tertium Nissam<sup>10</sup>, cuius } fons prope opidum Szythawam circa villam Schochow, hostia circa villam Szydla, quod a duobus superioribus aliud est. Item Morawicza<sup>11</sup>, cuius fons ⟨prope⟩<sup>e</sup> opidum Olbrachczicze, hostia circa Nyemyeczka Ostrowa opidum. Item Bobr<sup>12</sup>, cuius fons prope opidum Hersberk ex montibus, hostia circa opidum Croszna. Item Sthobrawa<sup>13</sup>, cuius fons in borris et silvis Oleschno opidi, hostia circa villam Kolno. Item Clodnicza<sup>14</sup>, cuius fons supra [], ⟨secus⟩<sup>f</sup> opidum Glywycze ⟨decurrit⟩<sup>g</sup>, ostia circa opidum Coszlye. Item Wydawa<sup>15</sup>, cuius fons in silvis ville Stradomya, hostia de prope civitatem Wrathislaiensem circa villam Banowicze. Item Opawicza<sup>16</sup>, cuius fons circa opidum Bruntal, hostia circa villam Trzebowicza. Item Ostrawicza<sup>17</sup>, cuius fons circa opidum Frydlanth, hostia circa opidum Ostrawa Nyemyeczka. Item Psyna<sup>18</sup>, cuius fons ex paludibus supra opidum Baworow, hostia circa villam Thworkow. Item Obra<sup>19</sup>, qui in silvis supra Maius Koszmin  
 aut. | 19\*\* habet | ortum in villa Obra, et hostia circa villam Gluchin. Item Barycz<sup>20</sup>, cuius fons ex silva inter monasterium Olobog et opidum Ostrzeschow, hostia superius

<sup>a-b</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b</sup> Cuiaviam Ed. Crac., adn. 7    <sup>c-c</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>d-d</sup> l. o.  
<sup>e</sup> manu Dlugossii in rasura    <sup>f</sup> Dlugossii manu superscriptum    <sup>g</sup> cf. adn. f

Maiorem Glogouiam circa villam Wyelikye; et hic dividit Gneznensem diocesim a Wrathislauensi. Item Kaczbach<sup>1</sup>, cuius fons circa opidum Koffun, hostia prope opidum Parchouicze. Item Qwyssa<sup>2</sup>, cuius fons circa monasterium Obnig, hostia prope monasterium Lubens. Item Plyszk<sup>3</sup>, cuius fons ex paludibus prope opidum Droszen et circa opidum Swydnycza, hostia circa villam Galky. Item Sprewa<sup>4</sup>, cuius fons ex Alpibus circa villam [...<sup>a</sup>], hostia inter monasterium Nove Celle et Frankwordiam. Item Notesz<sup>5</sup>, cuius fons circa opidum Nothesz, lacum amplissimum Goplo irrigat et fluvium Wartha circa Santhok permixtus Odram circa opidum Costrzin ingreditur. Item Orlya<sup>6</sup>, cuius fons ex silvis opidi Koszmin prope villam Orlya, hostia in Barycz inter villas Belkaczow et Pakoslaw. Item Ruda<sup>7</sup> fluvius, cuius ortus <sup>b</sup>⟨in villa Woszkziczka ex torrente Szrebnik, et fluit HPR19 circa villam Palovicze et opida Zary et Ribniky et monasterium Ruda⟩<sup>b</sup>, hostia in Odram secus opidum Koslye <sup>c</sup>⟨supra villam Dzirgowyecz⟩<sup>c</sup>. Item Koczawa<sup>8</sup>, qui dividit episcopatum Cracouiensem a Wrathislauensi, cuius hostia in Odram inferius opidum Koslye, ortus vero <sup>a</sup>⟨ante opidum Bithom ex torrente Kliczborn, et inferius villam Szosznycze ingreditur fluvium Klodnicza et commixti intrant Odram ante Koszlye⟩<sup>a</sup>.

*Warta fluvius cum suis fluminibus*

<sup>e</sup>[T]ercius fluvius Polonorum Wartha<sup>e9</sup>, a quo et opidum Wartha nomen accepit, infrascriptos amnes in se accipit. Primo Istwartham<sup>10</sup>, cuius fons circa villam Borvnow, hostia in villa Wanszosche. Item Wydawam<sup>11</sup>, cuius fontes circa villam Koddramb, hostia in Grabya circa villam Podogorzicze. Item Nyr<sup>12</sup>, qui Lanciensem terram a Siradiensi distinguit, cuius fons in silvis villarum Wyszkythno et Wyaczene, in loco qui dicitur Smyerdzacza Woda, hostia circa Chelm villam archiepiscopalem inferius duobus miliaribus opidi Wnyeow. Item Przoszna<sup>13</sup>, cuius fons ex palude prope opidum Byczina consistente, hostia circa villam Lysow. Item Ruda<sup>14</sup>, cuius fons circa civitatem Wyelun, hostia circa villam Monyaczouicze. Item Olobog<sup>15</sup>, cuius fons in villa Lgotha, hostia in Prosznam circa molendinum Radzyeschow. Item Grabya<sup>16</sup>, cuius fons ex silvis ville Szuqwin<sup>h</sup> prope opidum

<sup>a</sup> lacuna in textu 15 litteris scribendis apta    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in textu insertum    <sup>c-c</sup> Dlugossii manu in margine adscriptum    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>e-e</sup> l.o.    <sup>f</sup> prius z superscriptum    <sup>g</sup> fluvius Grabia manu XVI s. margini insertum    <sup>h</sup> Szogwin manu XVI s. superscriptum

Thysszin, hostia circa villam Pstrokonye<sup>a</sup>. Item Nyrzec<sup>1</sup>, cuius fons in silvis ville capituli Cracouiensis Cyszemin, hostia in loco, qui Gorky appellatur, in Nyr, circa villam capitularem Lyaszkowicze. Item Czybina<sup>2</sup>, cuius fons ex lacubus opidi Pobyedziska, hostia in civitate Poznaniensi post ecclesiam cathedralem. Item  
 HPIQ20 Glowna<sup>3</sup>, cuius fons ex silvis ville Gyemyolno, } hostia inferius villam Zawady de-  
 prope civitatem Poznaniensem. Item Paklycza<sup>4</sup>, cuius fons supra Lubenow, hostia  
 circa opidum Myedzirzec. Item Obra<sup>5</sup> alius a priori, cuius fons ex silvis ville Czyre-  
 kwycza, hostia circa opidum Squirzina; hunc fluvium Odra fluvius exuberans ali-  
 quando irrigat per antecessum. Item Luthinya<sup>6</sup>, cuius fons circa villam Lgotha,  
 hostia inferius inter villas Lgow et Dambno. Item Wyerczicza<sup>7</sup>, qui etiam dicitur  
 Thrzemesla, cuius fons e silvis ville Borzanczicze, hostia inferius villam Kathi.  
 Item Goplyenicza<sup>8</sup>, cuius fons ex lacu Goplo, hostia circa villam Morzyslawam. Item  
 Coprzywnicza<sup>9</sup>, cuius fons circa villam Dzadovicze prope Thurek opidum, hostia  
 circa molendinum Prandoczin. Item Wrzesznya<sup>10</sup>, cuius fons ex monte ville Mnichow  
 aut. |20\*\* prepositi Gneznensis, hostia circa villam Pyetrikow; et hic fluvius | Gneznensem  
 diocesim a Poznaniensi dividit. Item Qwyeczyschowka<sup>11</sup> dividens terras Maioris  
 Polonie a Cuyawiensi, cuius fons ex monte prope villam Nyewschastowo, hostia  
 in Nothesz circa opidum Pakoscz. Item Byala<sup>12</sup>, cuius fons ex silvis ville Zbyersko,  
 hostia circa villam Kopayno. Item Welnia<sup>13</sup>, cuius fons ex rivo ville Jankowo,  
 <plures><sup>b</sup> <lacus><sup>c</sup>, <sup>a</sup><videlicet Rogowske<sup>14</sup>, Skurske, Tonowske, Lawiczye><sup>d</sup> in-  
 greditur, ex quibus se evolvens per medium opidorum et monasterium Wangro-  
 wiecz<sup>15</sup>, <sup>e</sup><Janow Mlin, Maiorem Poloniam a Paluky dividit><sup>e</sup> decurrens, hostia infra  
 castrum et opidum Oborniky †<in Vartham>†. Item Nothesz<sup>16</sup>, cuius fons circa  
 opidum Nothesz, lacum amplissimum Goplo irrigat, <sup>g</sup><et exinde se emergens,  
 defluit iuxta opida Pakoscz et Labischin><sup>g</sup>, hostia circa antiquum castrum Santhok.  
 Item Gwda<sup>17</sup>, cuius fons ex lacubus Sthetinensibus, hostia in Nothesz in superiori  
 parte opidi Wszczye. Item Dobrzicza<sup>18</sup>, cuius fons ex lacubus Noblyny et hostia in  
 Gwdam circa Othoczythy. Item Crampnicza<sup>19</sup>, cuius fons ex lacubus Crampska,  
 HPR21 hostia in Gwdam } infra Pleczemyn Brod. Item Drwa<sup>20</sup>, cuius fons ex lacu magno  
 Drowsko inter Draim et Ffalkemberg, hostia in Nothesz inter Czarnkow et  
 Lemberg<sup>h</sup>.

<sup>a</sup> ok in rasura    <sup>b</sup> Dlugossii manu superscriptum    <sup>c</sup> Dlugossii' manu in rasura    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in  
 margine    <sup>e-e</sup> cf. adn. d-d    <sup>f-f</sup> cf. adn. d-d    <sup>g-g</sup> cf. adn. d-d    <sup>h</sup> intervallum 4 versibus scribendis  
 aptum

*Dnyestr fluvius cum suis fluminibus*

<sup>a</sup>[Q]uartus Polonicalium et Ruthenicalium<sup>a</sup> regionum fluvius Dnyestr<sup>1</sup>, qui in Tartarico Turlo, <sup>b</sup>⟨in Latino vel Greco Teriszannis, alias Tiras⟩<sup>b</sup> appellatur, cuius fons prope castrum Sobyen ex monte Byeszke<sup>c</sup> et ex loco, qui appellatur Dambrouicza propter singularem quercum illic stantem, ex cuius eciam radicibus duo fluvii, quos prediximus, Dnyestr videlicet et Saan<sup>2</sup> in Polonicales terras, tercius Ticia, que Cyssa<sup>3</sup> in Pannonicas franguntur, circa Album Castrum exoneratur in Euxinum<sup>d</sup> Mare, notabilibus fluviis eciam ex Walachia regione, que et ipsa Polonorum Regno subiecta est, et a meridie orienteque fluentibus fecundatus. Primo flumine Stryg<sup>4</sup>, cuius fons in Montibus Sarmaticis prope villam Wyssoczsko, hostia circa Zudaczow opidum. Item Thyszmyenicza<sup>5</sup>, cuius fons in Montibus Sarmaticis circa Pokucze, hostia circa opidum Czyeszzybeszy. Item Pruth<sup>6</sup>, cuius fons in Montibus Sarmaticis, hostia in Sereth inferius opidum Thekucze<sup>7</sup>. Item Bassa<sup>8</sup>, cuius fons ex lacu circa villam Sthephanowcze, hostia in Pruth circa villam Pyeczora. Item Sereth<sup>9</sup>, cuius fons in palude prope Oleszko castrum in villa Zarkow, hostia in Danubium inferius Tharhowyscze. Item Sbrucz<sup>10</sup>, cuius fons in palude vocata Kuszmyń prope Oleszko, hostia circa Ryczywol castrum. Item Smotricz<sup>11</sup>, cuius fons ex montibus Sberaskye, civitatem situ et petra admirabilem Kamyenyecz suis undis cingens, hostia circa villam Vszcze dictam. Item Lyppa<sup>12</sup>, cuius fons ex paludibus Oleszko, prope villam { Czere- HPQ22 moszna, hostia inferius Halycz circa villam Baranow. Item Szczeklo<sup>13</sup>, cuius fons ex mericis Dobrestani, hostia in Wrzeszycza [e] ex silva dicta Zelyaszne Nogy, hostia in Wyszyam circa Lowczicze villam. Item Dzesza<sup>14</sup>, cuius fons circa Drochun opidum, hostia prope Jaszky Targ in Pruth, alias Philistimorum [s.] Forum. Item Moldawa<sup>15</sup>, cuius fons ex Montibus Sarmaticis ex monte Kyrleba, hostia in Sereth prope Romanow Targ. Item Soczawa,<sup>16</sup> cuius fons ex Alpibus Sarmaticis et ex monte alto, qui vocatur Ineho<sup>f</sup> supra villam Dzykowe, hostia in Pruth circa opidum ⟨Czarnovicze⟩<sup>g</sup>. Item alius Sereth<sup>17</sup>, ex montibus Sereth, hostia in Pruth <sup>h</sup>⟨in Valachia in villa⟩<sup>h</sup> [...<sup>1</sup>] Item Strippa<sup>18</sup>, cuius fons, ex palude et lacu circa villam <sup>i</sup>⟨Zubowcze circa<sup>k</sup> Kamyenyecz⟩<sup>i</sup>, |hostia circa aut. |21\*\* villam Chmyelowa. Item Bloszwya<sup>19</sup>, cuius fons ex palude Phelstin circa villam Bleszwye, hostia circa villam Dolobow<sup>l</sup>.

<sup>a-a</sup> l.o.    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>c</sup> ked Dlugossii manu in rasura    <sup>d</sup> Eoxinum per errorem aut.    <sup>e</sup> hic nomen fluvii alicuius excidisse videtur P.    <sup>f</sup> Jueho Ed. Crac.    <sup>g</sup> Dlugossii manu spatio vacuo insertum    <sup>h-h</sup> cf. adn. g    <sup>i</sup> spatium vacuum, lacuna 3 litteris scribendis apta    <sup>j-j</sup> cf. adn. g  
<sup>k</sup> versus Ed. Crac.    <sup>l</sup> spatium vacuum 3 versibus correspondens



*Bug fluvius cum suis fluminibus*

<sup>a</sup>[Q]uintus Polonicalium et Ruthenicalium<sup>a</sup> regionum fluvius Bug<sup>1</sup>, fluore fluens atro, Ruthenis omnibus abominabilis est, nam ad fluenta eius a Polonis et primo a rege eorum Magno Boleslao<sup>2</sup> vires eorum universe attrite sunt; <sup>b</sup>et urbis eorum atque metropolis Kyow<sup>3</sup>, in eam usque diem ostendens vestigia, cedes et conquista<sup>b</sup>; his rigatur fluminibus. Primus Muchawiecz<sup>4</sup>, cuius fons ex silvis et palude Jaroyewyszczce prope opidum Thurow, hostia circa castrum et opidum Brzeszcze. Alter Belsz<sup>5</sup>, cuius fons in borra ville Przeworzck, hostia circa villam Kluschow. Item Huczew<sup>6</sup>, cuius fons in silvis Grodek ville Podhorcze, hostia in villa Grodek, ubi olim antiquitus castrum Wolhin, a quo universa terra Wolinska appellabatur, HPQ23 que nunc Chelmenensis et Luczensis nominatur. Item Rałtha<sup>7</sup>, cuius fons in superiori parte ville Wyrzch Ratha, hostia prope villam Schyedlicz. Item Swynya<sup>8</sup>, cuius fons circa villam Drewna, hostia in Ratha inferius ville Dworcze. Item Wolczwin<sup>9</sup>, cuius fons in paludibus ville Pothieschin, hostia prope villam Pozdzemyrz. Item Polthew<sup>10</sup>, cuius fons in<sup>c</sup> villa Zubrza non longe post Leopolim, hostia circa opidum Busko. Item Nur<sup>11</sup>, cuius fons ex silvis opidi Byelsko, hostia circa villam Zaszkw. Item Lyw<sup>12</sup>, cuius fons ex silvis Lukow opidi, hostia circa Mazovie Kamyenyecz. Item Cosztrzin<sup>13</sup>, cuius fons ex silvis Dambrowka, hostia in Lyw circa villam Polykowo. Item Blothnya<sup>14</sup>, cuius fons ex paludibus, que vocantur Baranowo Blotho, hostia circa opidum Sokalye. Item Drewnya<sup>15</sup>, cuius fons in palude circa villam Dworcze, hostia circa idem opidum Sokalye. <sup>d</sup><Item Wlodawa<sup>16</sup> fluvius in palude ville Szosznowycze prope opidum Chelm in terra Chelmeni exortus, terram pefatam Chelmensem a terra Brestensi disternat et frequenti influencia aquarum auctus fluvium Bug prope villam Szoszno illabatur><sup>d</sup>.

*Nyemen fluvius cum suis fluminibus*

<sup>e</sup>[S]extus Polonicalium et Ruthenicalium<sup>e</sup> regionum fluvius Nyemen<sup>17</sup>, <sup>f</sup><qui a Latinis Tvruntius inscribitur><sup>f</sup>, variis, ut supra diximus, incurvatus fluxibus

<sup>a-a</sup> l. o.    <sup>b-b</sup> haec accesionis modo ad conscriptum iam textum addita (cf. infra p. 262, adn. d-d) neque satis apte cum ceteris coagmentata esse videntur P.    <sup>c</sup> ex Ed. Crac.    <sup>d-d</sup> alia manu posterius adscriptum, deinde intervallum 3 versibus scribendis aptum    <sup>e-e</sup> l. o.    <sup>f-f</sup> alia manu in sinistro margine adscriptum, in dextro margine XV s. exeunte vel XVI s. ineunte repetitum est, Curuntius Ed. Crac.

hos accipit amnes. Primus Merecz<sup>1</sup>, cuius fons circa villam Grvszdowo, hostia circa opidum Merecz. Item Vilia<sup>2</sup>, cuius fons circa villam Kamyen, hostia circa opidum Kowno. Item Wyslucz<sup>3</sup>, cuius fons circa opidum Mohilno, hostia circa curiam et villam Dubno. Item Swyątha<sup>4</sup> ex Samagitia, cuius fons prope Wolkomiriam in villa Remigola, hostia circa Mariewerder, et hic dividit Lythwaniam et Samagittiam. Item Nyewasza<sup>5</sup>, cuius fons circa opidum Kyedany, hostia infra opidum Kowno et circa villam Wylkya. Item Wylna<sup>6</sup>, cuius fons circa villam Lawarzynsky, hostia in Viliam infra<sup>a</sup> civitatem Wylno. Item Myedniky<sup>7</sup>, cuius fons, <sup>b</sup>⟨prope Szoczawam opidum, hostia<sup>c</sup> in Nyemen {prope Kowno}⟩<sup>b</sup>. Item Merecz<sup>8</sup>, cuius fons <sup>d</sup>⟨prope villam Solyecznik, hostia in Nyemen iuxta opidum Merecz⟩<sup>d</sup>. | Item Bereszina<sup>9</sup>, cuius fons circa villam Swyatham, hostia in Viliam circa opidum Nyewyeniszani. Item Kothra<sup>10</sup>, cuius fons ex lacubus Gerschani, hostia circa villam Myecznyky.

HPD24  
aut. | 22\*\*

*Dnyepr fluvius cum suis fluminibus*

<sup>e</sup>[S]eptimus Polonicalium et Ruthenicalium<sup>e</sup> regionum fluvius Dnyepr, vocatus a Latinis Drinus <sup>f</sup>⟨alias Borzisthenes, circa Kyow urbem metropolim Russie currens⟩<sup>f</sup>, hos autem fluvios ⟨hab[et]⟩<sup>g</sup> cadentes in se, qui in Thartarico vocatur Erzesze. Primo Przypiecz<sup>11</sup>, cuius fons non longe a castro Lubomlya in villa Holowno, hostia inferius castrum Czarnobile circa villam Poohost. Item Styr<sup>12</sup>, cuius fons in palude supra Oleszko in villa Yeszonow, hostia in fluvium Przypiecz non longe a Pinsko. Item Maior Slucz<sup>13</sup>, cuius fons circa villam Choyewycze, hostia in fluvium Przypiecz inferius opidum Thurow. Item Minor Slucz<sup>14</sup>, cuius fons circa opidum et castrum Coszmin, hostia in fluvium Przypiecz circa Grodek. Item Czetrzew<sup>15</sup>, cuius fons circa castrum et opidum Czudnow, hostia in fluvium Przypiecz circa villam Munuczkwicze. Item Slunew<sup>16</sup>, cuius fons ex paludibus ville Szathigyow, hostia in Styr inferius Luczko <sup>h</sup>⟨infra civitatem⟩<sup>h</sup>. Item Rosz<sup>17</sup>, cuius fons <sup>i</sup>⟨ex paludibus prope Szmolnyany opidum⟩<sup>i</sup>, hostia circa castrum et opidum Orsza <sup>j</sup>⟨in D[nyepr]⟩<sup>j</sup>. Item Jaszolda<sup>18</sup>, cuius fons <sup>k</sup>⟨circa Kopilow opidum⟩<sup>k</sup>, hostia in Przypiecz, infra

<sup>a</sup> circa Ed. Crac. <sup>b-b</sup> Dlugossii manu loco vacuo a scriba relicto insertum; primo scriptum erat circa opidum Krosy hostia, quod auctor expungere neglexit P. <sup>c</sup> hostia deest in Ed. Crac. <sup>d-d</sup> Dlugossii manu <sup>e-e</sup> l.o. <sup>f-f</sup> scribae manu in margine <sup>g</sup> Dlugossii manu in margine; et litterae charta corrupta evanuerunt <sup>h-h</sup> Dlugossii manu in rasura <sup>i-i</sup> Dlugossii manu in loco vacuo relicto; opidum superscriptum <sup>j-j</sup> Dlugossii manu in margine; nyepz litterae charta corrupta evanuerunt <sup>k-k</sup> Dlugossii manu loco vacuo insertum

opidum Pinsko. Item Brzezina<sup>a1</sup>, cuius fons <sup>b</sup>⟨ex paludibus et desertis Russie Maioris prope opidum Poloczsko, hostia in Dnyepr prope opidum appellatum Bobrugyska⟩<sup>b</sup>; <sup>c</sup>⟨hic fluvius Brzezina Lithwaniam a terris Russie dividit⟩<sup>c</sup>. Item Swyslocz<sup>2</sup>, cuius fons circa villam Porosthow in superiori parte, hostia in Breszina<sup>d</sup> HPQ25 circa opidum Borzyschow. Item Swyna<sup>3</sup>, } cuius fons ex lacu Wloszka, hostia in mare prope Rygam. Item Polotha<sup>4</sup>, a quo civitas et regio Poloczensis appellatur, cuius fons <sup>e</sup>⟨prope castrum Krewa⟩<sup>e</sup>, hostia in fluvium Dwyna <sup>f</sup>⟨iuxta castrum Poloczsko⟩<sup>f</sup>. Item Bog<sup>5</sup>, cuius fons ex superiori parte silvae Oleszko, hostia in Dnyepr circa castrum et opidum Daschow. Item Wyzew<sup>6</sup>, cuius fons in villa Nowoszedlce, hostia inferius castrum Rathno in Przypiecz. Item Lutha<sup>7</sup>, cuius fons circa villam Tremno, hostia in Wyschew non longe a Rathno. Item Bereszyna<sup>8</sup>, cuius fons circa opidum Vborcz<sup>9</sup>, hostia circa opidum Strzeszno. Item Brzesznicza<sup>10</sup>, fluvius terram Lucensem distinguens a Lithwanis; et ille est verus limes Regni Polonie. Item Orsza<sup>11</sup>, cuius fons [.....<sup>g</sup>], hostia in Dnyepr circa [.....<sup>h</sup>]. Item Bobr<sup>12</sup> cuius ortus [.....<sup>i</sup>] hostia in Dnyepr circa [.....<sup>j</sup>]. Item Borzischow, cuius fons circa [.....<sup>k</sup>], hostia [.....<sup>l</sup>]. Item Orinya<sup>13</sup>, cuius ortus circa opidum Dambrowicza, hostia in fluvium Styr<sup>t</sup>.

*Niemen inter omnes fluvios pacificus*

<sup>m</sup>⟨Notandum est autem, quod omnes fere Polonici amnes, videlicet Vistulus, Gutthalus, Vartha, Bug, Dnyepr et Dnyestr, findunt<sup>a</sup> et subruunt suorum alveorum ripas, multasque arbores cum magna parte soli, frequenter eciam et vicos absorbent. Solus Nyemyen tam profundatum et ad instar caldaris rotundatum habet alveum, ut silenter decurrens, neque nemoribus neque campis nocens, suis cohercitus ripis, fluat. Omnia insuper flumina Polonie predicta et lacus moliuntur et insulas, nonnumquam quoque veteribus alveis destitutis novos alveos novasque insulas, novos insuper lacus quasi quadam alluvione efficiunt, plerumque eciam in veteres reflectuntur⟩<sup>m</sup>.

<sup>a</sup> terminatio na superscripta    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu partim loco vacuo uni versui scribendo apto, partim in rasura    <sup>c-c</sup> eiusdem temporis manu in margine    <sup>d</sup> in superscriptum    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in rasura    <sup>f-f</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>g, h, i, j, k, l</sup> spatia ad supplendum textum vacua relicta    <sup>l</sup> spatium vacuum 2 versibus scribendis aptum, deinde intervallum    <sup>m-m</sup> Dlugossii manu    <sup>n</sup> fundunt Ed. Crac.

<sup>a</sup><Dwyna amnis fluit secus civitates Russie insignes Poloczko et Wythewszko<sup>1</sup>. Item ab alia parte castri Wythewsko fluit Vithba satis insignis fluvius.

Post Istule fluminis ostium, Cronis<sup>2</sup>, Rubonis, Turruncii, Kyerszynii fluviorum hostia in Oceanum><sup>a</sup>. || }

aut. I i II III  
sex.

*Descriptio Poloniae a quattuor plagis  
et unde Russia pellibus delicatis ditissima dicatur*

HPQ26

<sup>b</sup>Universam itaque regionem<sup>b</sup>, quam septem fluvii predicti et ceteri omnes, qui in eos decurrunt et dilabuntur ab eorum ortu usque in pelagum Oceani, Lech, Lechitarum<sup>3</sup> seu Polonorum parens et princeps complexus, eam sui iuris fecit, et in illa per se et suos nepotes frequentibus populis hereditat et propicia Divinitate hereditabit: ab oriente quidem nulli nisi Grecis et Mari Leonino (ad quod per silvas et nemora ducentorum et amplius miliarum spacia et plura flumina, ipsi eciam principali conditori tunc ignota, habencia, pro ea tempestate eundum erat) vicinus. Que quidem regio orientalis ab uno nepotum Lech, qui Russz vocabatur<sup>e</sup>, post plures etates inhabitata et populata Russia nomen accipiens, in latissimas ditissimasque provincias, regiones et urbes, quas in presenciarum cernimus, sabelionum, mardurum et aliarum nobilium pellium de animalibus, que vicine solitudines producunt, numerositate opulentas, successione temporum est derivata; quarum incolae ipsarum pellium delicatarum decora nigredine, licet tenuem et inopem habeant convictum, ditissime vesciuntur. A meridie Alpes, que Pannoniam perpetuis iugis disterminant et usque in Mare Leoninum porriguntur, et in multa spacia porrecte magnam longitudinem et latitudinem conficiunt, Polonorum tamen principum per longas etates et successiones regebantur et parebant imperio: ad quod nonnullorum priscorum scriptorum evidens<sup>d</sup> potest testimonium adduci. Puteolanus<sup>e4</sup> enim historicus et veterum gestorum scrupulosus indagator scribit, quod anno Marciani<sup>5</sup> imperatoris tercio, qui circa annum incarnationis Domini quadringentesimum quinquagesimum octavum imperavit, surrexit in Polonia princeps, qui Bulgaris Mesianisque<sup>6</sup> imperabat, volens eciam in Pannonia dominari. Hunc Hungarii variis muneribus allectum, explorata illius diminuta potencia, improvisum aggressi cum tota milicia peremerunt. Ab occidente Germania,

aut. |23\*\*

<sup>a-a</sup> posteriore manu XV s. in inferiore margine XVI s. in margine <sup>d</sup> Ed. Crac., evidenti aut. <sup>b-b</sup> l.o. <sup>e</sup> Russia a Rusz Lech nepote dicta manu <sup>e</sup> Puteolanus manu XVI s. in margine

quam a Polonorum provinciis Labya, alias Alba, fluvius intersecat, a septemtrione mare Oceanum, Daciam<sup>1</sup>, Sweciam et Norwegiam<sup>a</sup> et ultima terrarum, ipsis etiam incolis tunc inaccessibilia, freto superato ostendens. }

HPQ27

*Quibus civitatibus Vistula, cuius est singularis commendatio, Odraque, Vartha et Dnyepr, fluvii insignes, illustrantur*

<sup>b</sup>Fluvius autem Wysla, qui tribus hostiis mari Oceano illabatur, et in orientis partem parum flexus, quadraginta et amplius flumina in se recipiens, plures nobiles et insignes quam residua nactus est urbes<sup>2</sup>. Licet enim Odra, cuius aque occidentem petunt, Rathiboriam, Bregam<sup>c</sup>, Wrathislauiam et Ffrankwordiam, Wartha vero, qui medius inter eos decurrit, Siradium, Pisdri, Poznaniam, Dnyeestr Kyowiam, famosas urbes habeant, Visla tamen inter Polonica flumina facile precipuus amnis amplioribus nobilitatur locis, videlicet: Cracouiensi, Sandomiriensi, Wladislauiensis, Warschouiensi, Ploczensi, Thorunensi, Culmensi, Grudzencensi, Swyeczensi, Gnyewensi, Tharszouiensi et Gdanensi, ligna quercina et taxina<sup>d</sup>, cineres fraxinos, telam, picem simplicem et tamentinam, ceram, crudum mel, plumbum, ferrum et frumentum pluresque alias res, quibus portus Anglicani et Flandrenses perstrepunt, ex regionibus Polonorum mari Oceano alveo suo subministrans. Meminisse hoc loco par est, quod tribus pontificalibus basilicis Visla inclitus sit, cum in quolibet ex residuis amnibus una tantummodo numeretur. Ea autem, que de Wysla seu Vistula, qui et Vandalus, et de<sup>e</sup> Odra, qui Guttalus, fluminibus narravimus, Solino<sup>3</sup> teste defenduntur. Ita enim Germanie principium describere orsus inquit: „Mons <sup>aut</sup>|<sup>24</sup>\*\* <sup>f</sup>Emavs Evo<sup>f</sup> ipse | ingens, ac<sup>g</sup> Ripheis minor collibus, inicium Germanie facit. <sup>h</sup>Iuga Eones<sup>h</sup> tenent, a quibus primis post Scitas nomen Germanicum consurgit. Dives hominum<sup>l</sup> terra, frequens populis numerosis atque<sup>l</sup> immanibus<sup>k</sup> inter Herqvinum<sup>l</sup> saltum et ruppes Sarmatarum. Ubi incipit, Danubium<sup>l</sup>, ubi desinit Renum perfundere<sup>l</sup>. Ex<sup>m</sup> internis eius partibus Alba<sup>n</sup>, Guttalus, Wysla<sup>o</sup> amnes latissimi precipitantur in Oceanum“ }.

<sup>a</sup> Ed. Crac., Novergiam per errorem aut. <sup>b</sup> in textu sine intervallo <sup>c</sup> primo Brogam <sup>d</sup> picem in Ed. Crac. additum <sup>e</sup> superscriptum <sup>f-f</sup> Mons Seu Ed. Crac. <sup>g</sup> nec Ed. Crac. <sup>h-h</sup> Ingevones Ed. Crac. adn. 13 <sup>i</sup> virorum Ed. Crac. adn. 14 <sup>j</sup> et Ed. Crac. <sup>k</sup> extenditur additum in Ed. Crac. adn. 16 <sup>l</sup> Hercynium Ed. Crac. <sup>l-l</sup> Danubio... Reno perfunditur ap. Solinum ita Ed. Crac. Textus Dlugossii corruptus esse videtur. <sup>m</sup> De Ed. Crac. adn. 17 <sup>n</sup> Albis Ed. Crac. <sup>o</sup> Vistula Ed. Crac. et adn. 19.

*Unde dicuntur Lechitae, Poloni, Vandali, Scythae et Germani,  
et de Russ opinio, a quo Russia*

HPD28

<sup>a</sup>Quamvis autem a primo principe et conditore Lech regio Lechia<sup>1</sup> et gentes eius Lechite appellate sunt<sup>b</sup>, quia tamen in plerisque locis camporum planities ad serendum apte, recenti cultorum diligencia et industria in brevi tempore excisione nemorum aucte et in similem planiciem reducte speciem naturalium quasi camporum prebuerunt: Lechite et hi presertim, qui in campestribus habitabant, et a ceteris cognatis et familiis, qui silvis insederant, et a vicinis gentibus in circum habitantibus Polanye<sup>2</sup>, id est campestris, tam frequenti usu et appellacione vocitati sunt<sup>c</sup>, ut veteri nomine abolito tam gens, quam regio generali iam et usitato vocabulo Polonia eciam a scriptoribus aliquibus nominetur. Vicine tamen naciones et presertim Ruthenorum, que in suis annalibus de stirpe principis Lech ortas se esse gloriantur, Polonos et eorum regiones Lechitas appellant in hunc diem; aput Slavos quoque, Bulgaros, Carwatos et Hunos eadem adhuc manet appellacio<sup>3</sup>, licet et in plerisque locis a nonnullis autoribus intitulentur [et]<sup>d</sup> scribantur a fluvio Vandalo, qui idem quod Visla est (quod ipsius quoque fluminis principalitatem signat) Vandalite. A veteribus autem scriptoribus et historiographis Sarmacia Europica<sup>4</sup> appellatur, et tam Rutheni, quam Poloni Sarmate nominantur. Idque reor iustum et verum, quod Polonis et Ruthenis indidit antiquitas vocabulum: unde et Alpes, quibus conterminant, quique Poloniam et Russiam a Pannoniis disterminant, Sarmatici ubilibet scripturarum inscribuntur. Scithas plerique, nonnulli Germanos parum iusto vocavere cognomine, quod omnis ea regio, que inter Thanaim et Albam et Vistulum posita est, Scithia<sup>5</sup> nominatur a scriptoribus; quam cum processu temporis Poloni et Rutheni populandam introissent, Scithe et ipsi a nonnullis vocati sunt, et quoniam Vistulus Scithie et Germanie tenens confinia, in Polonorum meditullio decurrit, et a sui fonte, sive ab ortu usque ad occasum nulla gens alia quam Polonica illum incolit atque populatur, Poloni Germani vocitantur. Asserere nonnulli conantur Ruz non Lechonis nepotem, sed germanum<sup>6</sup> exitisse, et secum una atque Czech fratre tercio ex Carwacia egressum, amplissima Russorum regna, quorum Kyowia caput et metropolis est, et que Dnyestr, Dnyepr, Nyemyen, Pruth, Slucz, Stir, } Szbrvcz, Smotricz, Sereth amplissimis irrigantur amnibus, populasse et terminos

HPD29

<sup>a</sup> in textu sine intervallo    <sup>b</sup> Lechite antea dicti Poloni manu XVI s. in margine    <sup>c</sup> unde Poloni sueti sunt vocati manu XVI s. in margine    <sup>d</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>e</sup> Sarmacia item dicitur manu XVI s. in margine

suos ultra Novogrod<sup>1</sup>, auro, argento et pellibus ditissimam et notissimam, inter paludes et stagna sitam Russie civitatem ad fines prope terre dilatasse: que scriptorum de origine Ruthenorum varietas plus obnubilat eorum originem quam declarat.

*Ruthenorum principem Romam et totam Italiam  
quatuordecim annis possidentem Theodoricus Gothorum rex necavit  
et regnum Italiae obtinuit*

<sup>a</sup>Ab eo quoque Russzone primo Russiae [patre<sup>b</sup>] et populatore Odouacer<sup>2</sup> Ruthenus<sup>c</sup> stirpem ducens et progeniem, cum Ruthenorum copiis sub anno nativitatis Christi quingentesimo nono, sub Leone<sup>3</sup> papa primo et Leone primo imperatore Italiam adveniens, capta Ticzinio<sup>4</sup> et ferro atque igne destructa, Horestem captum capite dampnans et Augustulum<sup>5</sup>, qui imperium occupare presumpserat, effugans, Romam urbem victor cum suis ingressus, tocius Italiae regnum, nullo inquietare audente, possedit. Quod cum per annos quatuordecim in summa pace et ocio gubernasset, Theodoricus<sup>6</sup> Gottorum rex<sup>d</sup> per Bulgariam et Pannoniam in Italiam magna fatiga pertingens, dum non longe ab Aquilegia in pascuis uberrimis se et copias suas reficeret, Odouacer cum tocius Italiae viribus ipsum illic invadens, a Theodorico et Gottis contritus est; qui cum paucis refugiens, Romam a populo ingredi vetitus, Rawennam<sup>7</sup> se recepit, quem triennali obsidione in Rawenna maceratum et dedicionem facere coactum, Theodoricus cepit et necavit et regnum Italiae a Ruthenis ereptum in se Gottosque transtulit<sup>e</sup>.

aut. | 25\*\*

*Lacus Poloniae praestantiores*

<sup>f</sup>Fluviorum Polonicalium<sup>f</sup> descripcione expedita, utcumque pro qualitate laboris assumpti poterant a me, tam ubi oriuntur<sup>g</sup> et emergunt, quam ubi exonerantur et decidunt, describi: ad describendum lacus famosos<sup>8</sup>, qui in Polonica regione et provinciis sibi subiectis consistunt, animum inflexi, qui et ipsi vel flumina generant, vel ex fluminibus gignuntur<sup>h</sup>, aut quod plerisque locis contingit, per flu-

<sup>a</sup> in textu sine intervallo    <sup>b</sup> suppletum in Ed. Crac.    <sup>c</sup> Odouacer Ruthenus princeps Italiam occupat manu XVI s. in margine    <sup>d</sup> Theodoricus Gothorum rex iterum Odouacrum expoliat manu XVI s. in margine    <sup>e</sup> intervallum 4 versibus scribendis aptum    <sup>f-f</sup> l. o.    <sup>g</sup> Ed. Crac., oriuntur aut.    <sup>h</sup> Ed. Crac., gignantur aut.

mina fecunditatem consequuntur et incrementa: esto cernamus plures lacus absque incremento aut sorbere ingencia flumina aut } tanquam hospites iuxta suscipere ac emittere. Appellatur autem lacus aquarum grandis congeries, ex occultis terre meatibus in unum defluens atque consistens locum, multa commoda mortalibus subministrans. Et quamvis nonnulli lacum a stagno plurimum asserant differre, et parum concinne putent stagnum lacum, et lacum stagnum (quemadmodum dictiones ipsas pro uno et eodem significato scriptorum solet committere auctoritas) nuncupari, cum lacus vivas in se undas habeant, stagna <uliginosas><sup>a</sup>, putres et olidas et tetrum odorem spirantes: nos tamen, quoniam ita fert communis Polonorum et Ruthenorum locucio, qui nulla facta distincione uno utuntur pro altero, lacum a stagno non sequestrabimus. Non est autem animus michi omnium Polonie lacuum, et ceterarum orarum regno subiectarum Polonico nomina et situs describere (esset enim ingentis et difficilis laboris opus, quoniam cum regio Polonica et terre sibi subiecte situm habeant bassum et Oceano Sarmatico pro maiori parte confrontatum, frequentibus et pene innumerabilibus lacubus referta est); illustriores itaque et magis famatos satis erit attigisse. Et quoniam lacus Goplo adeo universali Polonorum consensu grandis et famosus est, ut rem aliquam grandem Poloni significaturi ex lacus predicti magnitudine per nomen Goplo definiant: huic et nos pro sui merito et pro nominis appellacione inter lacus Polonicos principatum tribuemus<sup>b</sup>.

Goplo<sup>c1</sup> in provincia Maioris Polonie lacus amplissimus et Polonis celeberrimus est<sup>d</sup>, piscium multitudine adeo fecundus, ut in vicinia queque capti in eo pisces, quadrigis delati, sufficienciam vel pocius abundanciam mortalibus subministrent. Hic aput opidum fontis sui nominis Nothesz ex fontibus scaturientibus exortus, iamque illic, ubi exoritur, continuo grandis et profundus, tam longo latoque tractu diffusus, ut maris speciem visentibus representet. Nam medium miliare | in latum, aut.]26\*\*  
quinque in longum protenditur, et deinde circa castrum Szarley non mediocrem de se emittit <fluvium><sup>e</sup>, qui Nothesz appellatur, ex suo utero profluentem, et generantur piscium genera in illo gustatu et specie, quam in aliis lacubus prestanciora<sup>f</sup>.

C]zarthoria<sup>g2</sup>, lacus prope castrum et opidum Nove Civitatis Korczin, et ex fertilitate piscium et ex conditore suo Kazimiro<sup>h3</sup> secundo Polonorum rege insignis, qui duorum fluviorum Vistule et Nide alveis aliorum per industriam deductis,

<sup>a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b</sup> intervallum 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>c</sup> l.o.    <sup>d</sup> Descriptio lacuum in Regno Poloniae manu XVI s. in margine    <sup>e</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>f</sup> spatium 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>g</sup> l.o.



lacum perpetuum et satis protensum, qui ab utroque fluvio tam undis, quam piscibus fecundaretur, constituit<sup>a</sup>.

HPD<sup>31</sup> S]wyeczehow<sup>b1</sup>, lacus prope villam episcopalem Cracouiensem Swye{czehow, a quo et denominationem accepit, consistens, fontes perhennes in <utero><sup>c</sup> suo ebullientes habet, lacui perhennitatem conferentes: esto quod eciam nonnunquam a Visla flumine non longe decurrente irrigacionem accipiat<sup>d</sup>.

S]leszino<sup>e2</sup>, lacus opido sui nominis imminens, ex monte Przewloky ortus, quatuor miliaria Polonica in longum, quartale miliaris in latitudinem conficit et fluvium Goplenicza ex se circa villam Kapa parturiens fluvio Warthe aput <villagium><sup>f</sup> Morzyslaw miscetur<sup>g</sup>.

P]owydz<sup>h3</sup>, lacus ingens, opidum sui nominis Powidz irrigans, tria miliaria in longum, unum miliare in latum conficit<sup>l</sup>.

B]an<sup>l4</sup>, lacus supra opidum Dolzko, plures lacus ex<sup>k</sup> se in quamlibet partem gignens<sup>l</sup>.

L]yednycza<sup>l5</sup>, lacus amplissimus <sup>m</sup><Maioris Polonie><sup>m</sup> cuius initium supra villam Drzonek, plures lacus minores ex se emittens<sup>n</sup>.

B]landno<sup>o6</sup>, lacus amplissimus <sup>p</sup><Maioris Polonie><sup>p</sup>, qui amplitudinem lacus Goplo asseritur superare[...<sup>r</sup>] opido Sbaszin impendens, piscibus uberrimus, quem fluvius Obra, aput opidum Koszmin ortus, a principio usque ad finem irrigat, anguilas plures numero gignit<sup>s</sup>.

N]yeszamysl<sup>t7</sup>, lacus magnus <sup>u</sup><Maioris Polonie><sup>u</sup> non longe a fluvio Wartha, qui et opido, a quo sumit exordium, dedit nomen, qui usque ad opidum Gliuschina decurrit, odiosus Cruciferis de Prussia, qui ad illius littora per marsalcum Polonie in villa Polwicza conflicti sunt. |

aut. |27\*\* W]onyeska<sup>v8</sup>, lacus magnus <sup>w</sup><Maioris Polonie><sup>w</sup>, cuius initium penes opidum Osszyeczno et finis usque ad villam Kurza Gora protenditur et illic fluvio Obram miscetur<sup>x</sup>.

D]ominicze<sup>y9</sup>, lacus ingens Maioris Polonie, circa opidum Brenno sumens initium, et aput monasterium Przemanth terminatur<sup>z</sup>.

<sup>a</sup> spatium 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>b</sup> l.o. <sup>c</sup> Dlugossii manu in margine <sup>d</sup> cf. adn. a <sup>e</sup> cf. adn. b <sup>f</sup> Dlugossii manu in rasura <sup>g</sup> cf. adn. a <sup>h</sup> cf. adn. b <sup>i</sup> cf. adn. a <sup>j</sup> cf. adn. b <sup>k</sup> de Ed. Crac. <sup>l</sup> cf. adn. a <sup>m</sup> cf. adn. b <sup>m-m</sup> Dlugossii manu superscriptum <sup>n</sup> cf. adn. a <sup>o</sup> cf. adn. b <sup>p-p</sup> cf. adn. m-m <sup>r</sup> 4 litterae erasae <sup>s</sup> cf. adn. a <sup>t</sup> cf. adn. b <sup>u-u</sup> cf. adn. f <sup>v</sup> cf. adn. b <sup>w-w</sup> cf. adn. f <sup>x</sup> cf. adn. a <sup>y</sup> cf. adn. b <sup>z</sup> cf. adn. a

L]yednycza<sup>a1</sup>, lacus magnus Maioris Polonie penes opidum Pobyedzyska situs, insulam non mediocrem in sui habens corpore, in qua Gneznensis ecclesia metropolitana primum a veteribus memoratur magis quam scribitur (quod et murorum testantur ruine et reliquie) fundata fuisse et processu temporis propter difficultatem accessus Gneznam translata; duo miliaria et amplius in longum conficit. Item Pczow<sup>2</sup>, Maioris Polonie lacus magnus, qui et opido ad ripas suas residenti nomen dedit. } Item Lubsthowo<sup>3</sup>, Maioris Polonie lacus magnus, circa villagium sui nominis consistens, quem fluvius Koplyenicza irrigat, ad duo miliaria in longum protensus, latitudine vero coarctatur. Item Trlang<sup>4</sup>, lacus Maioris Polonie ville ex se denominate [adiacens], unum miliare in longum conficiens, circa opidum<sup>b</sup> Pakoscz terminum sumens, fluvio ex opido Gambicze decurrente rigatus. Item lacus Gyelen<sup>c5</sup>, circa civitatem Gneznensem consistens, magis civitate Gneznensi quam suo situ insignis. Item Drawsko<sup>6</sup>, lacus ingens Maioris Polonie, continens in ambitu suo septem miliaria Germanica, piscibus fecundus, a Drawa fluvio, qui illum rigat, cognomen sortitus, qui et arcis insigni sibi impendenti Drahim nomen dedit. Item Noblini<sup>7</sup>, Maioris Polonie lacus prope castrum proxime nominatum Drahim consistens, tria miliaria in longum, unum in latum conficiens. Item Krampska<sup>8</sup>, Maioris Polonie lacus, quatuor spaciis divisus prope Welcz consistens, tria miliaria in longum, quartale in latum conficiens<sup>d</sup>. HPQ<sup>32</sup>

#### *Lacus terrae Lublinensis*

Y]edlino<sup>e9</sup>, lacus terre Lublinensis in borra consistens, cui villa eiusdem nominis a lacu sortita vocabulum imminet, medium miliare in longum et tantum dimidium in latum conficiens. Item Czyarne<sup>10</sup>, lacus terre Lublinensis, alius ab illo, qui in terra Chelmensi consistit, ab opido Parczow duobus distans miliaris, in partes omnes equaliter se porrigens, medium miliare in quamvis partem pertingit. Item Raczo<sup>11</sup>, lacus terre Lublinensis de prope villam Kolyechowicze situs, unius quartalis miliaris continentem in omnes partes habens. Item Glambokye<sup>12</sup>, lacus terre Lublinensis, habens villam sui nominis sibi imminentem, equalem proporcionem de uno quartali miliaris habens et in longum et in latum. } Item Vstimow<sup>13</sup>, lacus terre HPQ<sup>33</sup>

<sup>a</sup> l. o.    <sup>b</sup> opi in rasura    <sup>c</sup> eadem manu in margine    <sup>d</sup> intervallum  $2\frac{1}{2}$  versibus scribendis aptum  
<sup>e</sup> l. o.

Lublinensis, cui superiacet villa Vstimow a lacu cognominata, ex rotunditate sua ad quartale miliaris equali tenore porrectus<sup>a</sup>. Item Roszkopaczow<sup>1</sup>, lacus terre Lublinensis, iuxta quem villa appellata Roszkopaczouska Wolya [consistit<sup>b</sup>], miliare unum habet in longitudine, medium in latitudine, fluvium ex se sui nominis emittens, qui se fluvio Thyszmyenicze infundit. Item Drzathow<sup>2</sup>, lacus terre Lublinensis deprope villam Lanczna consistens, medium miliare habens in longitudine, |  
aut. | 28\*\* quartale in latitudine. Item Trzaczano<sup>3</sup>, lacus terre Lublinensis in borra deprope eandem villam Lanczna consistens, spericum habens corpus, cuius longitudo et latitudo quartale miliaris non excedit. Item Nadrib<sup>4</sup>, lacus terre Lublinensis positus non longe ab eadem villa Lanczna, medium miliare in longum, quartale in latum conficit. Item Ostwysz<sup>5</sup>, lacus terre Lublinensis non longe ab eadem villa Laczna consistens, medium miliare in longum, quartale in latum conficit. Item Byeschcze<sup>6</sup>, lacus terre Lublinensis, duobus miliaribus distans a Lanczna, quartale miliaris in longum et dimidium quartalis in latum conficit<sup>c</sup>.

#### Lacus terrae Cuiaviensis

B]yelsko<sup>d7</sup>, Cuyawiensis terre lacus circa villam Byelsko, a quo et ville derivatum est nomen, singulares pisces, et qui raro in aliis reperiuntur lacubus Polonicis, quos *szyolwicze*<sup>8</sup> nominamus, saponi saporis gignens, medium miliare in longum conficiens. Item Brdow<sup>9</sup>, Cuyawiensis terre lacus inter Clodawam et Gysthiczam opida consistens, medium miliare in longum conficiens. Item Lubothin<sup>10</sup>, Cuyawiensis<sup>e</sup> lacus, eiusdem nominis irigans villam, fluvium in Nothesz amnem cadentem ex se emittens, medium miliare in longum conficiens. Item Orlye<sup>11</sup>, Cuyawiensis  
HPQ34 terre lacus episcopi Wladislaiensis, ampli{tudine sua insignis et piscibus fecundus, fluvium Sgowyanthka ex se emittens, miliare unum in longum conficiens. Item Thvr<sup>12</sup>, Cuyawiensis terre lacus magnus, alius a priori, non longe ab opido Bidgostia situs, piscium, qui *kleschcze*<sup>13</sup> vocantur, multitudine refertus, medium miliare in longum conficiens. Item Krzewyatha<sup>14</sup>, lacus magnus <regius><sup>f</sup> Cuyawiensis terre haud longe ab opido Cowalye situatus, medium miliare in longum conficiens. Item Lanczsko<sup>15</sup>, lacus terre Cuyawiensis, episcopi Wladislaiensis, opido Pakoszcz

<sup>a</sup> Ed. Crac., porrectum aut.    <sup>b</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>c</sup> spatium vacuum 2 versibus scribendis aptum  
<sup>d</sup> l. o.    <sup>e</sup> terre additum in Ed. Crac.    <sup>f</sup> Dlugossii manu superscriptum

imminens, a fluvio Nothesch, dum iam lacum Goplo liquisset, generatus, unum miliare in longum conficiens, latitudine vero parum extensus. Item Pthvr<sup>1</sup>, lacus terre Cuyawiensis, cui villa a lacu denominata imminet, quartum miliaris in latum et unum miliare in longum conficiens, irrigacione fluminis Nothesz fecundus.

<sup>a</sup>〈Item lacus Borzimowsky<sup>2</sup> terre Cuyvie, ad unum miliare extensus〉<sup>a</sup>.

### *Lacus terrae Pomeraniae*

L]ebsko<sup>b3</sup>, lacus magnus terre Pomeranie in villa et hereditate episcopatus Wladislauiensis Charbrowo, a fluvio Leba, qui interfluit illum, Lebsko appellatus, Pomeranie terram a Stolpensi disterminans. Item Wszdzicze<sup>4</sup>, lacus terre Pomeranie amplissimus, continens ad longitudinem quinque miliaria, qui incipit prope castrum Kysschow et tenditur prope castrum Thucholya. Item Ossyeczn<sup>5</sup>, lacus magnus terre Pomeranie prope castrum Ossyek situs, unum miliare in longum, medium in latum conficiens, a quo castrum Ossyek denominationem accepit. Item Stworzomagacz<sup>6</sup>, lacus ingens terre Pomeranie, habens in longitudine septem miliaria, in latitudine quinque miliaria, habens situm non longe ab opidis Choynicza, Thucholya, Slochow et Bythow, ex cuius utero Brda fluvius consurgit. Item Borzechowo<sup>7</sup>, lacus terre Pomeranie prope opidum Sthargarth consistens, unius medii miliaris longitudinem, quartale vero miliaris in latum conficiens. } Item Wzdzycze, lacus terre Pomeranie, quinque miliaria habens in longum, tria vero in latum, prope opidum Coszczerzino<sup>8</sup> consistens. Item Byalya<sup>9</sup>, lacus terre Pomeranie prope opidum Thucholya consistens, unius miliaris in longitudine, medii vero miliaris in latitudine, | ex quo fluvius sui nominis Byala coortus fluvium Wyerzyscha ingreditur. Item Krag<sup>10</sup>, lacus terre Pomeranie in districtu Swyeczensi prope opidum Thucholya consistens, medium miliare in longum, quartale vero miliaris in latum conficiens. Item Szu-  
chom<sup>11</sup>, lacus terre Pomeranie in districtu Swyeczensi, quartale miliaris in longum et latum ex equo conficiens. Ostrovite<sup>12</sup>, lacus terre Pomeranie in districtu Swyeczensi, in longum miliare unum, quartale vero miliaris latum conficiens. Item Deszczno<sup>13</sup>, lacus terre Pomeranie in districtu Swyeczensi, ad quartale miliaris protensus. Item Pyaszeczno<sup>14</sup>, lacus terre Pomeranie in districtu Swyeczensi, ad quartale miliaris se protendens. Item Stekln<sup>15</sup>, lacus terre Pomeranie prope villam Grodek consistens, unum cum dimi-

HPR35

aut. |29

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu sub textu, deinde spatium vacuum 2 versibus scribendis aptum <sup>b l. o.</sup>

dio miliare in longum, in latum vero medium miliare conficiens. Item Muksza<sup>1</sup>, lacus terre Pomeranie prope opidum Thucholya situs, equaliter in longum et latum ad quartale unius miliaris porrectus. <Item Krampsko><sup>a2</sup>, lacus terre Pomeranie inter Slochow et Emerstin situatus, tria miliaria in longum, quartale in latum conficiens. Item Lukomye<sup>3</sup>, lacus terre Pomeranie prope Choyniczam situs, quinque miliaria in longum et unum miliare in latum conficiens. Item Charzykowy<sup>4</sup>, lacus magnus terre Pomeranie sex miliaria in longum, duo in latum conficiens. Fluvius autem Brda <ex ventre><sup>b</sup> lacus Krampsko se evolvens primum lacum Lukomye ingreditur, et exinde se extrahens, tercio lacum Charzykowy intrat, ubi victor effectus proprio alveo notabile spacium terre conficiens in Vislam tandem exoneratur<sup>c</sup>. }

HPQ36

## Lacus terrae Chelmensis

S]wythasz<sup>d5</sup>, lacus magnus in terra Chelmensi circa villam sui nominis consistens, quinque miliaria in girum, duo miliaria in longum, unum in latum conficiens, et optimos pisces forcipes<sup>e</sup> producens *kleszcze*. Item Szaczsko<sup>6</sup>, lacus magnus terre Chelmensis binominis: alio enim nomine ab incolis vocatur Luczomir, sed propter villagium, cui est proximus, Szaczsko vulgaciori nomine appellatur, fluvium sui nominis ex se Luczomir emittens, medium miliare in longum, medium in latum conficit. Item Thvr<sup>7</sup>, lacus magnus terre Chelmensis, in omnes equaliter partes, in longum duo cum medio miliaria, in latum unum miliare conficit, qui et ville deprope se consistenti nomen sui vocabuli Thur indidit. Rigatur et a flumine Luczomir in eum ex Thur<sup>f</sup> decurrente, qui inde egressus, et nonnullos ignobiles lacus<sup>g</sup> victor pretergressus heret in Przypecz flumine<sup>h</sup>. Item Byalye<sup>8</sup>, lacus magnus terre Chelmensis in solitudine inter duas villas Radstow et Wethlye consistens, miliare unum in longum, medium vero in latum conficit, crassos<sup>i</sup> adeo pisces *kleszcze* producens, ut ex illorum adipe plura vasa impleantur <arvina><sup>1</sup>. Aqua vero lacus eius in mensibus maio et aprili corpora humana nigredine tingit et fuscatur, nec nisi per aliam aquam nigredo potest dilui. Item Orzechow<sup>9</sup>, lacus magnus terre Chelmensis in borra vasta deprope duas villas Szamorowicze et Szczodrohoszcz consistens, medium miliare in

<sup>a</sup> Dlugossii manu in rasura <sup>b</sup> cf. adn. a <sup>c</sup> spatium 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum d l.o. <sup>e</sup> grandioribus litteris textui manu Dlugossii additum <sup>f</sup> aut. male, Szaczsko Ed. Crac. <sup>g</sup> verbum in rasura terminatur <sup>h</sup> Ed. Crac., flumen aut. <sup>i</sup> cra Dlugossii manu in margine <sup>1</sup> Dlugossii manu superscriptum

longum, quartale miliaris in latum conficit; rigatur a flumine Luczomir, qui ex lacu Thur derivatus, illum ingreditur, et exinde fundit se in lacum propinquum, qui dicitur Orzechowyecz. Item Orzechowyecz<sup>1</sup>, lacus terre Chelmensis in borra deprope lacum Orzechow consistens, quartale miliaris in longum conficit et in latum, spericus enim est, equaliter | se in partes omnes porrigens, qui eciam a flumine *aut.* |30\*\*  
 Luczomir irrigatur, et inde se evolvens Ostrowye ingreditur. Item Osztrowye<sup>2</sup>, lacus terre Chelmensis deprope villam Nyewyer consistens, medium miliare conficit in longum, quartale in latum; rigatur } et ipse a flumine Luczomir, qui ex lacu *HPQ* 37  
 paululum progressus, fluvio Przypyec se miscet. Item Mszane<sup>3</sup>, lacus terre Chelmensis deprope villam Zamorowycze consistens, quartale miliaris in longum conficit et dimidium in latum, frequentissimos siliceos lapides habens in fundo, qui cum piscibus una detrahuntur in aridum. Item Polmo<sup>4</sup>, magnus lacus in terra Chelmensi iuxta villam sui nominis Polmo consistens, unum miliare in longum conficit, medium miliare in latum. Item Pyaszeczno<sup>5</sup>, lacus terre Chelmensis deprope villam Lubochinye consistens, miliare unum in longum et medium in latum conficiens, fluvium ex se Kremyanka emittens. Item Szinow<sup>6</sup>, lacus terre Chelmensis, a villa sui nominis, iuxta quam consistit, appellatus, montibus undique septus, in latum et in longum rotundus, est enim equaliter porrectus. Item Krzemno<sup>7</sup>, lacus terre Chelmensis, cui sui nominis villa Krzemno superiacet, rotunditatem pre se ferens et equales latitudinis et longitudinis partes habens, rigatur a flumine Krzemnyanka, qui in illum ex lacu Pyaszeczno defluens, exinde in fluvium Przypyec decidit. Item Lukye<sup>8</sup>, magnus lacus terre<sup>a</sup> Chelmensis deprope villam Dubyeczno consistens, quartale miliaris in latum et in longum, quo ad rotunditatem declinat. Item Wyelykye<sup>9</sup>, lacus terre Chelmensis deprope villam Polapy situs, quartale miliaris in latum et in longum propter sui rotunditatem equaliter conficit. Item Czarne<sup>10</sup>, lacus terre Chelmensis prope villam Szaczsko, quartale miliaris in longum et in latum conficiens. Item Rimacz<sup>11</sup>, lacus terre Chelmensis, cui villa sui nominis imminet, medium miliare in longum conficit, quartale in latum. Item Okunyn<sup>12</sup>, lacus terre Chelmensis deprope villam Ostrow situs, quartale miliaris in longum conficiens, dimidium in latum. } Item Ploczicz<sup>13</sup>, lacus terre Chelmensis magnus, *HPQ* 38  
 deprope villam Wyethly consistens, medium miliare in longum, quartale in latum conficit. Item Strybosch<sup>14</sup>, lacus magnus terre Chelmensis, ville Szczodrochoscze

<sup>a</sup> eadem manu in rasura

imminens, quem fluvius Przypecz rigat per dimidium illius decurrens, rotundus est et equaliter in omnes partes porrectus<sup>a</sup>.

Item Wyeczynino<sup>1</sup>, lacus terre Culmensis prope opida Chelmsza et Cowalye situs, unum cum dimidio longus et medium miliare latus.

### *Lacus terrae Russiae<sup>2</sup>*

N]obel<sup>b3</sup>, lacus magnus terre Russyae<sup>c</sup> in districtu Pinsko consistens, quem fluvius Przypecz rigat et fecundum efficit in piscibus. Item Olbyasch<sup>4</sup>, lacus magnus terre Russiae<sup>d</sup> in districtu Pinsko [consistens<sup>e</sup>], quem idem fluvius Przypecz undis et piscibus locupletat. Item Orzechow<sup>5</sup>, lacus magnus terre Russiae<sup>f</sup> in districtu Bresthensi, alius a priori, qui et ipse a fluvio §〈Krzna piscibus valde fecundo irrigatur〉<sup>g</sup>.

### *Lacus terrae Prussiae*

Item Druszen<sup>h6</sup>, lacus magnus Prussiae, prope Elbing civitatem, quatuor miliaria in longum, duo in latum protensus. Item Sperden<sup>7</sup>, lacus ingens terre Prussye circa opidum Lyecz, septem miliaria in longum, medium in latum diffusus. Item Hammisborg<sup>8</sup>, lacus terre Prussiae, ab opido Hammisborg, circa quod consistit, trahens vocabulum, quatuor miliaria in longum, unum vero cum dimidio in latum conficiens<sup>l</sup>. Item Parthezino<sup>9</sup>, lacus 〈Culmensis〉<sup>j</sup>, prope castrum Brathyan situs, tria miliaria in | longum, duo vero in latum protensus. Item Maldesze<sup>10</sup>, lacus terre 〈Chelmensis〉<sup>k</sup> inter Radzim et Rogoszno opida consistens, qui unum miliare in longum, quartale in latum conficit. Item Dambrowno<sup>11</sup>, lacus terre Prussiae, opidi sui nominis muros ambiens, unum miliare in longum, quartale in latum protensus. }  
 HPR<sup>39</sup> Item Melno<sup>12</sup>, lacus terre Prussiae prope opidum Grinfeld situs, unum miliare in longum, quartale<sup>l</sup> in latum conficiens. Item Lubno<sup>13</sup>, lacus terre Prussiae prope

<sup>a</sup> quae sequuntur verba Item Wyeczynino — lacus in textu continuo et sine intervallo adscripta, in Ed. Crac. inter lacus Prussiae posita sunt cf. infra adn. i b l. o. c Ru in rasura, primo Pru d cf. adn. c e additum in Ed. Crac. f cf. adn. c §-§ primum verbum in rasura, sequentia Dlugossii manu in margine h in rasura l. o. i in Ed. Crac. affertur Item Wyeczynino — lacus cf. supra adn. a j Dlugossii manu in rasura k cf. adn. j l vero additum in Ed. Crac.

opidum prefatum Grinfeld situs, unum miliare in longum, quartale vero in latum protensus. Uterque autem lacus predictus, videlicet Melno et Lubno, Cruciferis de Prussia ceterisque Almanis odiosus et execrabilis est: in eorum enim meditullio per Polonos et eorum regem Wladislaum Secundum magna cede conflicti sunt. Item Scheylang<sup>1</sup>, lacus terre Prussie prope opidum Osterrod consistens, qui circa villam Schinberg <exortus><sup>a</sup> quinque miliaribus in longum, quartale vero in latum diffunditur. Item Geszruch<sup>2</sup>, lacus terre Prussie, a villa Ikszane usque ad opidum Gylawa protensus, quinque in longum miliaribus, uno vero in latum diffusus est. Item Skamanth<sup>3</sup>, lacus terre Prussie prope opidum Koger consistens, duo cum dimidio miliaria in longum conficit, quartale vero miliaris in latum. Item Lykk<sup>4</sup>, lacus terre Prussie, duo miliaria in longum, quartale vero miliaris in latum diffusus<sup>b</sup>.

#### *Lacus terrae Lithuaniae*

B]ersthy<sup>c5</sup>, lacus Lythwanie, medium miliare in longum conficiens, fluvium ex se gignens, qui vocatur Kothra, fecundus piscibus, ut nullus eo in Lythwania sit fecundior<sup>d</sup>. Item Dubycze<sup>6</sup>, lacus Lythwanie, cui opidum a lacu denominatum Dubycze imminet, et quamvis quatuor videantur lacus, unam tamen habent denominationem, quoniam etsi paludes quedam illos intersecant, unde tamen illos comittunt<sup>e</sup>. }

<sup>f</sup><Notandum insuper est, quod a lacu seu palude insigni triginta miliaribus supra opidum Szmolensko versus Novogrod sitto oriuntur tres fluvii<sup>7</sup>, de quibus in superioribus fecimus mencionem. Primus Dwyna, qui vadit in Rigam, versus Oceanum. Alter Wolga, qui creditur esse fluvius Poricus, vadit super montem Tanais<sup>8</sup> et intrat Mare Caspium, <sup>g</sup><quem Scythe Porata<sup>9</sup> appellant, Greci Pireton, Poloni et Rutheni Wolgam><sup>g</sup>. Tercius Dnyepr, qui in Latino vel in Greco vocatur Borzistenes, et intrat mare Ponticum contra Czyrnyegrod. Item Dnyeestr fluvius in Latino vel Greco vocatur Therisannis et dividit Sarmaciam a Dacia, quam beatus Augustinus

HPQ40

<sup>a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b</sup> spatium 4 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>c</sup> l. o.    <sup>d</sup> Illic venationes regiae bisontium et cervorum et curia eiusdem nominis additum in Ed. Crac. ex cod. Rozr. et ceteris codicibus cf. Ed. Crac. adn. 16    <sup>e</sup> spatium 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>f</sup>-<sup>t</sup> primum verbum l. o. scriptum deinde totum caput Notandum — de Sem alia manu spatio vacuo insertus    <sup>g</sup>-<sup>g</sup> Dlugossii manu in margine



antiquam vocat, que quondam fuit regnum Gottorum. Item montes Pannonie inferioris, que est circa Danubium, vocantur Sarmatici, qui habent ortum a monte Carpeto<sup>1</sup> in Methanaste<sup>2</sup>, quam vocamus Walachiam. Et tali nomine vocantur omnes montes Germanie usque ad fluvium Renum propter eorum<sup>a</sup> ortum. Ex montibus autem illis<sup>b</sup> Sarmaticis oriuntur tres alii fluvii notabiles eciam et insignes, videlicet Istilia<sup>3</sup> alias Wisla, Odra alias Guttalus, et Albia sive iuxta antiquos Albis alias Lyabya. Item ex Sarmacia prefata egressa sunt gentes hee, que possederunt Scansiam et novam Daciam, que dedit ortum Theutunis, Wandalis, Gottis, Llongobardis, Rvgis et Jepidis<sup>4</sup>, quos vocant aliqui Czimbros, quos hodie vocamus Pomeranos. Illa autem Sarmatia occidentalis ortum habet a Sarmatia orientali, que est infra Mare Caspium et Habraam<sup>e</sup> ortum a Saruth<sup>5</sup>, qui fuit quartus ante Abraham de Sem<sup>†d</sup>. |

*Lacus terrae Dobrinensis*

aut. | 32\*\* G]orno<sup>e6</sup>, lacus terre Dobrinensis, amplitudine et fecunditate piscium insignis, episcopi Ploczensis, a fluvio[.....<sup>f</sup>] irrigatus. Item Mokowo<sup>7</sup>, lacus terre Dobrinensis, non longe ab opido Dobrzin situs [.....<sup>g</sup>] Item Skapsko<sup>8</sup>, lacus terre Dobrinensis, non longe ab opido Lyppno consistens<sup>h</sup>. }

HPQ41

*Lacus terrae Belszensis*

K]rinnicze<sup>19</sup>, lacus terre Belsensis medium miliare in longum, quartale in latum conficiens, in quo propter sui profunditatem difficilis est piscatura, singularem et ab aliis lacubus secretam habens naturam. Nam certo tempore aliquando infra triennium, aliquando infra biennium, magno edito mugitu et fluctibus intumescen-  
tibus concussus, in montem petrosam sibi continguum per cavernas occultas et subterraneas ingreditur et paucissimas undas in alveo suo relinquens multitudinem piscium facile a piscatoribus concludendam et comprehendendam relinquit<sup>†</sup>.

<sup>a</sup> earum aut.    <sup>b</sup> istis Ed. Crac.    <sup>c</sup> habet Ed. Crac.    <sup>d</sup> spatium 4 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>e</sup> l. o.    <sup>f</sup> spatium in textu 12 litteris scribendis aptum vacuum relictum    <sup>g</sup> spatium 20 litteris scribendis aptum vacuum relictum    <sup>h</sup> intervallum 9 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>†</sup> cf. adn. e  
<sup>†</sup> intervallum 7 versibus aptum vacuum relictum

*Descriptio montium Poloniae*

<sup>a</sup>Q]uamvis autem<sup>a</sup> Polonicum Regnum pauciores quam cetera [regna] et climata montes habeat, utpote quod in planiciebus et campestribus situm primariam sui nominis et principalem ab illis accipit appellacionem<sup>b</sup>, habet tamen quam plures montes tam saxeos quam terreos, quorum insigniores describemus<sup>c</sup>. Pro sui autem fama et celebritate Calvariam proponemus omnibus et principem, ut est, aliorum constituemus. Cui Wąwel subnectemus, quoniam aput illum summam rerum consistere et regiam illi imponi concessum est<sup>d</sup>.

C]alwaria<sup>e1</sup>, mons excelsus est in terra Sandomiriensi, opido Oppathow propinquior, assiduo pene rigens frigore et frequentes nives, nebulas et pluvias producens, scaturientes in plerisque locis habens fontes; famosissima quondam, si veteri et wlgate assercioni standum est, Ciclopum<sup>2</sup>, quod et ingentes acervi testantur lapidum ex arce, quam monti imposuerant, ruinati, nunc vero virorum religiosorum sub regula sancti Benedicti militancium habitacio. Incertum, a quo Ciclopum et quo tempore arx tanta, tot parietum continens longissimas et tam grandes evo suo moles, sumptu tam magnifico extracta fuerit. Cuius monstruosi edificii monstruosam lapidum | congeriem atque ruinarum ingentes acervos neque vepres dumosaque aut. | 33\*\* germina, neque arbores frequentes aut musci potuerunt contegere. In arcis locum succedente monasterio a Magno olim Boleslao primo Polonorum rege ex petra superedificato<sup>f</sup>, in quo ligni Dominici, magna mortalibus beneficia con{ferens<sup>g</sup>, HPR42 notabilis habetur porcio, a beato Emerico<sup>3</sup>, filio beati Stephani Hungarie regis, monente per visum angelo, illic relicta<sup>h</sup>. Ob quam locus ipse in celebri habetur reverencia et in assidua mortalium, suis necessitatibus succurri per virtutem sancte Crucis deopscencium, frequentacione. Qua in re altitudinem divine Providencie et eius dispensacionis mira opera libet admirari: nam qui pro salute humani generis pati dignatus est in monte Calvarie, is lignum, in quo paciebatur, pro salubritate et consolacione Polonorum in monte eiusdem appellacionis voluit consistere. Accessit ad hec admiracio amplior: nam cum Lithwani ea tempestate gentiles et ydolatre

<sup>a-a</sup> l. o.    <sup>b</sup> denominationem *Ed. Crac.*    <sup>c</sup> hic describuntur montes in Regno Polonie *manu XVI s. in margine*    <sup>d</sup> intervallum 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>e</sup> cf. *adn. a*    <sup>f</sup> Monasterium Sancte Crucis a Boleslao rege Polonorum fundatum *manu XVI s. in margine*    <sup>g</sup> scribae manu superscriptum  
<sup>h</sup> porcio ligni Dominici a beato Emerico beati Stephani filio donata *eadem manu XVI s. in margine*

clandestino incursu Regnum Polonie irrupissent et spoliato prefato monasterio eciam lignum vivifice Crucis in suam terram asportaturi rapuerant, sed priusquam Sandomiriensem regionem egrederentur, quadriga, in qua lignum sacratissimum vehebatur, substitit, nec ab equis aut bobus, stupentibus barbaris, moveri potuit; ingens illic pestis exorta maxima strage tam homines quam peccora absumebat. Quo malo Lythwani perterriti, consilio quoque Polonorum, quos captivos duxerant, ut lignum Dominicum in locum suum cum magnis muneribus detulere: et illico omnis pestifera vexacio<sup>a</sup> ab eis, non <sup>b</sup>secus quam<sup>b</sup> quondam post intercepcionem<sup>c</sup> et restitutionem arche a Philisteis<sup>1</sup>, conquievit<sup>d</sup>.

V]va<sup>wel</sup><sup>e2</sup> mons saxeus, qui a Visla fluvio cursu precipiti illabitur<sup>f</sup>, in quo et basilica insignis martiris famosissimi beati Stanislai et prima ac precipua Polonorum arx Cracouia atque regia sita est. Videntur autem eciam in diem hanc in monte ipso plura antra, in quibus draconem et beluam mire magnitudinis habitasse et incolas loci magnis incommodis affecisse literis et fama vulgatum est<sup>g</sup>.

C]zanstochowa<sup>h3</sup>, qui et Clarus Mons propter monasterium in eo situm et ecclesiam beate Virginis Marie illic superedificatam meruit appellari, ad quam frequenti et annua devocione tenetur concursus propter eiusdem beate Marie Virginis, que illic ostenditur, imaginem, que vel a beato Luca Ewangelista vel ad instar saltem ymaginum, quas pingebat, estimatur formata<sup>1</sup>.

K]onyvsza<sup>14</sup>, qui et Equirea in Latino appellatur, opido<sup>k</sup> Proschowicze mons imminens, ecclesiam parochialem superedificatam habens, et ab eventu raro et mirabili nomen sortitus. Nam cum miles quidam Polonus genere nobilis de domo et familia Srzenyewitarum, Przybislaus nomine, illum aliquanto tempore constructa illic ede cum coniuge et liberis inhabitaret, in una noccium equus rare magnitudinis, quem miles ipse ad fecundandum equarum partus uni Pannoniorum *HPD43* satrape triennio iam exacto { vendiderat, ducens secum frequentem equarum a se ex Pannonia depulsarum gregem, quem noctibus tantummodo, ne dies furtivum deprehendisset ex Pannoniis discessum, notatus est promovisse, advenit et ungula *aut.* {34\*\* pedis domum et | portam heri quondam sui ac blando hinnitu, quatenus aperiretur, pulsare cepit. Cuius crebra in portam percussione et hinnitu sibi multipliciter noto miles Polonicus excitatus et a sompno expergefactus, primum quidem hostiles

<sup>a</sup> Ed. Crac., vexacionis aut. <sup>b-b</sup> in rasura <sup>c</sup> ce superscriptum <sup>d</sup> intervallum 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>e</sup> l. o. <sup>f</sup> alluitur Ed. Crac. <sup>g</sup> cf. adn. d <sup>h</sup> cf. adn. e <sup>1</sup> cf. adn. d <sup>1</sup> cf. adn. e; Konyvsza manu XVI s. in margine <sup>k</sup> nominato additum in Ed. Crac.

verebatur insidias, postea vero, quum per diligentem explorationem omnia pacata esse agnovit, novo hospiti portas aperuit et secum una maximum equarum et pullorum earum<sup>a</sup> subiugalium, ex quo brevi locupletatus est, accepit gregem: qui muneris sibi prestiti gratum se suo auctori Deo ostendens, ecclesiam ex cocto latere monti imposuit dotemque prestitit<sup>b</sup>.

T]hyniecz<sup>c1</sup>, mons fluvio Visle superimpendens, arcem continens et monasterium cenobitarum sancti Benedicti, inter omnia monasteria Regni Polonie primum et insigne. Item Golyesch<sup>2</sup>, mons fluvio Vyszloka imminens, in quo arx eiusdem monasterii, de quo immediate egimus, Thyniciensis [...<sup>d</sup>] Item Lywocz<sup>3</sup>, mons non longe ab opido Colaczicze et eidem opido imminens. Item Mrukow<sup>4</sup>, mons petrosus et altus, opidum Szmygroth prospectans, arcis vetustate monstrans vestigia. Item Chanczini<sup>5</sup>, mons arcem habens cum opido sui nominis sibi superimpositam, lazuri et eris tam ex se, quam per circuitum ferax. Item Rabsthin<sup>6</sup>, mons saxeus arce insignis et opido Ilkvsch propinquus, habens in circuitu solum venis [...<sup>e</sup>] plumbi fecundum [...<sup>f</sup>]. Item Pelczyszka<sup>7</sup>, mons uno miliari a Vyslicziensi distans opido, ecclesiam superedificatam ex petra habens et ville episcopali Cracouiensi sui nominis imminens. Item Baba<sup>8</sup>, mons altissimus supra fluvium Sola, herbas multiphasias germinans et opido Szywyecz imminens. Item Dzewka<sup>9</sup> mons, quem prefatus fluvius Sola abluit. Item Jawornik<sup>10</sup>, mons in Osswyanczimiensi regione, in quem ferax silvestrium cervorum et damarum fit concursus. Item Skrzeczno<sup>11</sup>, mons in Osszwyanczinensi<sup>g</sup>, in quo alites omnium generum constat habere conventum, a torrente Kosszyorowa abluitur. } Item Schadhnisch<sup>12</sup>, mons Osszwanczinensis excelsus, ex quo torrens Kosszyorowa erumpit. Item Sucha<sup>13</sup>, mons supra fluvium Sola non longe ab opido Zywyecz. Item Sola<sup>14</sup>, mons sal gignens et salsos gurgites emittens, a quo Polonico ydiomate vocabulum sortitus est, sal enim Poloni sua lingua *szol* appellant, in terra Osszwyanczinensi situs. Item Zarnowka<sup>15</sup>, mons in Osszwyanczinensi regione, qui torrenti subter se fluenti Zarnowka nomen dedit. Item Osszobitha<sup>16</sup>, mons in Osszwanczinensi regione torrentem sui nominis Osszobithi generans. Item Magna Pvszcza<sup>17</sup>, mons in terra Ossvanczinensi, opido Kąthi imminens. Item Wolek<sup>18</sup>, mons duos habens sub se torrentes et in vertice arcem fortem et munitam.

HPI44

<sup>a</sup> Ed. Crac., eorum aut. <sup>b</sup> intervallum 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>c</sup> l. o. <sup>d</sup> lacuna in textu dimidiatus scribendo apta vacua relictas <sup>e</sup> verbum in rasura terminatur deinde spatium vacuum <sup>f</sup> litteris erasis <sup>g</sup> cf. adn. <sup>h</sup> terra adiditum in Ed. Crac.

*Montes terrae Russiae*

<sup>a</sup>Item Kobrin<sup>1</sup>, mons altus in terra Russye, quem fluvius Muchawyecz ambit, opido sui nominis Kobrin imminens. Item Chelm<sup>2</sup>, mons altus, a quo terra Chelmen-  
 sis denominacionem accepit, cui arx superposita est. Item Krzemyenyecz<sup>3</sup>, mons  
 altus in terra Podolye, arcem fortem habens in sui vertice, totus saxeus, silices  
 frequentes producens, a quibus monti nomen inditum est: Poloni enim et Rutheni  
 silicem *krzemyen* appellant<sup>b</sup>. Item Halycz<sup>4</sup>, mons altus terre Halicziensis argillosus,  
 aut. 135\*\* qui a fluvio Dnyesthr | abluitur, cui arx superimposita est, qui regioni et arci  
 nomen dedit. Lyassza <Gora><sup>c5</sup>, mons altus civitati Leopoliensi imminens, in  
 terra Russye, in quo arx magna et regia, que Alta consuevit appellari. Item Pothilicz<sup>6</sup>,  
 mons altus terre Belszensis, qui a fluvio Pothiliczka abluitur et opido sui nominis  
 imminet, in quo quondam arx notabilis, quemadmodum fossata profunda demon-  
 strant, habebatur<sup>d</sup>. }

HPQ45

*Mons terrae Siradiensis*

<sup>e</sup>Item Chelm<sup>7</sup>, mons terre Siradiensis, alius a priori, totus saxeus, ville sui nominis  
 superiacens, non longe ab opido Przedborz situs, tanta altitudine eminens ut Sando-  
 miria, Holstin, Myechow, Czanstochowa, Pyotrkow, Calwaria et plura opida ex  
 eo clara die spectentur, ecclesiam habens a Pyotrkone<sup>8</sup> Comite de Szkrzin muratam,  
 qui septem fossatis profundis cinctus videtur<sup>e</sup>.

*Montes Maioris Poloniae*

aut. 135\*\* c. d. Item Rzerzuchowa<sup>9</sup>, mons Maioris Poloniae, non longe a fluvio Wartha et opido,  
 excelsum habens verticem vicinas prospectantem civitates. Item Thurza<sup>10</sup>, mons  
 Maioris Poloniae, non longe ab opido Gromadno, silvis et borris obsitus, stativis,  
 quas illic Maioris Poloniae exercitus<sup>f</sup> aliquot ebdomadis [§continuabat propter§] impor-

<sup>a</sup> in textu sine intervallo <sup>b</sup> cf. infra adn. e-e <sup>c</sup> Dlugossii manu in textu <sup>d</sup> in aut. sine intervallo  
 sequitur caput Item Rzerzuchowa, mons... vide infra <sup>e-e</sup> hoc caput in aut. in capite de montibus terrae  
 Russiae ante verba: Item Halycz inscribitur (cf. supra adn. b). Inscriptio "Mons terrae Siradiensis"  
 ex Ed. Crac. sumpta est. <sup>f</sup> habuit suppletur in Ed. Crac. adn. 4 <sup>§-§</sup> ita P., expectans additum in Ed.  
 Crac. adn. 5

tacionem coronarum, quas Sigismundus<sup>1</sup> Romanorum et Hungarorum rex pro Wytholdo<sup>2</sup> duce magno Lythwanie et consorte sua Juliana<sup>3</sup> Regnum Polonie lesurus transmiserat, insignis. Item Zirkow<sup>4</sup>, mons Maioris Polonie, non longe ab opido Pisdri, quem fluvius Luthnya preterfluit<sup>a</sup>. Item Gethcza<sup>5</sup>, mons altus et latus inter Gneznam et Poznaniam situs, ubi quondam ducalis arx habebatur, hodie vero habetur ecclesia. Item Byeszkod<sup>6</sup>, mons prope castrum Sobyen terras Polonicales a Pannonicis disterminans. In illius enim vertice situs est lapis Ruthenicis inscriptus literis et a Leone duce quondam Russye locatus, limites Regnorum Polonie et Hungarie demonstrans. Ex hoc monte et ad eius verticem hi fluvii insignes et memorabiles orti consurgunt, videlicet Dnyestr, Szan, Stryg et Czissa, et in subiectas regiones Poloniam videlicet, Russiam et Pannoniam diverso itinere ex ipsa montis summitate decurrentes franguntur. Item Niczko<sup>7</sup>, mons Maszouie prope Szarnow<sup>8</sup> et Radzanow opida consistens, quem fluvius Wkra abluit, sub tempore guerrarum incastellatus a Cruciferis, sed a Mazovie militibus expugnatus, omni Cruciferorum desiderato aut capto presidio<sup>b</sup>. | HPR46

*Lech metropolim Gnezno fundat et in ea sedem suam ducalem ponit  
et quos deos Poloni adhuc idololatrae illis temporibus coluerint*

<sup>c</sup>A]liquanto autem tempore<sup>c</sup> Lech Lechitarum [parens<sup>d</sup>], vir sapientia, industria, aut. | 36\*\*  
factivitate et vite integritate [prestans<sup>e</sup>], eciam si natura illi eam excellenciam non contulisset, facile illius etatis illiusque gentis princeps, regionem novam speculans et girans, sepiusque cum suis examinans et deliberans, quisnam locus pro sua habitatione et pro fundanda principatus sui sede<sup>f</sup> esset aprior, campestris planities fecunditatem soli et clemenciam aure pre se ferentes, quas plures vicini lacus suapte nati, ex quibus quasi eorum generali utero perhennes amnes prodeunt, piscium salubritate et abundantia fertiles, ambiebant, reperiens, stativa sua illic ponit et tam ipsius principis Lech, quam omnium natu maiorum, qui sub eius consistebant imperio, decreto locus ipse gratificatur et eligitur pro prima Regni sede metropoli et urbe, eique ab eventu Lechiticum seu Polonicum nomen illic adaptavit imposuitque

<sup>a</sup> ex quo Poznaniam et caeterae civitates Maioris Poloniae claro die spectantur *additum in Ed. Crac, ex cod. Rozr. sine adn.* <sup>b</sup> dimidia pagina vacua relicta <sup>c-c</sup> l. o. <sup>d</sup> *additum in Ed. Crac.* <sup>e</sup> *additum in Ed. Crac.* <sup>f</sup> Lech apud Gnesnam sedem seu nidum suum locavit, unde ab illo die Gnezna dicta dicitur *manu XVI s. in margine*

Gnyeszno<sup>a</sup>, quod in wlgari sonat nidus. Ibi enim primum princeps et parens Polonorum Lech stativa figens peregrinari desiit et illic sibi et suis omnibus natu maioribus nidificandum et sedem ducalem figendum ac manendum esse decrevit; illic quoque in altis et proceribus arboribus aquilas nidificasse comperit. Ibi veteri ritu diis patriis sacrificio celebrato, quatenus principi et sue posteritati Regnum stabiliant velintque sibi et genti sue propicii tam operum quam bellorum<sup>a</sup> duces ac bonorum consiliorum auctores fore, plurimis iugulatis hostiis litavit. Cerealia eciam frumenta nove virginalique terre, primum atrati dolabro violate, inserta sunt, cum antea fuerit rastro<sup>1</sup> intacta, nec ullis[...<sup>b</sup>] saucia vomeribus. Condita autem nova urbe et principalioribus familiis populata, arce insuper pro principe suo, quo eius imperium eciam loci preeminencia a ceteris secretum veneracione ampliori colatur, extracta, cetera omnis multitudo principis ordinacione in colonias distributa, in varia loca uberiolem glebam et situm habencia deducta est: propter terrarum enim diffusionem infecundam cogebantur novi cultores late diffundi. }

HPN<sup>47</sup> <sup>c</sup>Quo autem anno post confusionem linguarum princeps predictus Lech ex Slawonia Carwaciaque<sup>2</sup> excesserit et quo anno quove tempore primum terras Polonorum populari ceperit, parum aput auctores constat. Gessisse tamen Sarmatas cum finitimis et nonnullis aliis longe positis [nationibus<sup>d</sup>] et cesares Romanos, videlicet Tiberium, Valentinianum<sup>3</sup> et alios, cum Sarmatis bella, et dum se Sarmate per Pannonias Romanis tunc subiectas diffudissent easque vastarent, Valentinianum imperatorem adversus eos bellum parantem fluxu sanguinis aput Strigonium<sup>4</sup> extinctum esse Karolumque Magnum cum Polonis bellasse et ducem eorum Lech superasse<sup>e</sup> Martinus Gallicus<sup>5</sup> (ut in sequentibus narrabimus) auctor est<sup>f</sup>.

<sup>g</sup>Constat autem Polonos ab inicio originis sue idololatrias<sup>6</sup> extitisse et pluralitatem deorum et dearum, videlicet <sup>h</sup>Jouis, Martis, Veneris, Pluthonis, Dyane et Cereris<sup>h</sup>[...<sup>1</sup>] ceterarum gencium et nacionum errore lapsos credidisse coluisseque. Appellabant autem Jovem Yeszam<sup>7</sup> lingua sua; a quo velut deorum summo omnia temporalia bona et omnes tam adversos quam felices successus sibi credebant prestari, cui et pre ceteris deitatibus amplior impendebatur honos frequentioribusque colebatur sacris. Martem vocabant Lyadam<sup>8</sup>, quem presulem et deum belli poetarum figmenta

<sup>a</sup> in rasura    <sup>b</sup> rasura 3 litteris scribendis apta    <sup>c</sup> in textu sine intervallo    <sup>d</sup> additum in Ed. Crac., cf. *ibid.* adn. 1    <sup>e</sup> Lech dux a Karolo Magno in Hungaria bello vincitur manu XVI s. in margine    <sup>f</sup> Mar. Gallicus manu XVI s. in margine    <sup>g</sup> cf. adn. c    <sup>h-h</sup> accusativus in Ed. Crac.    <sup>1</sup> spatium vacuum 3 litteris scribendis aptum

pronunciant. Triumphos de hostibus et animos feroces ab illo sibi precabantur conferri, asperrima illum placantes cultura. Venerem nuncupabant Dzydzilelya<sup>1</sup>, quam<sup>a</sup> nupciarum deam<sup>b</sup> existimantes, prolis fecunditatem et filiorum atque filiarum ab eo sibi deposcebant numerositatem donari. Pluthonem cognominabant Nya<sup>2</sup>, | quem inferorum deum et animarum, dum corpora linquunt, servatorem aut. | 37\*\* et custodem opinabantur; postulabant se ab eo post mortem in meliores inferni sedes deduci et illi delubrum primum in Gneznensi civitate, ad quod ex omnibus locis fiebat congressus, fabricarunt<sup>c</sup>. Dyana quoque, que superstitione gentili femina et virgo existimabatur, a matronis et virginibus serta simulacro suo, Ceres a colonis et agriculturam exercentibus, frumentorum grana sacris certatim ingerentibus<sup>d</sup> colebatur. Habebatur et aput illos pro deo Temperies, quem sua lingua appellabant Pogoda<sup>3</sup>, quasi bone aure largitor; item deus vite, quem vocabant Żywye<sup>4</sup>. Et quoniam imperium Lechitarum in regione vastissimas silvas et nemora continente fundari HPR 48 contigerat, quibus<sup>e</sup> Dyana a veteribus in}habitare et illorum nactam esse imperium proditum fuerat, Ceres autem mater et dea frugum, quarum sacione regio indigebat, fingebatur: Dyana, lingua eorum Dzewana<sup>5</sup>, et Ceres, Marzyana<sup>6</sup>, aput illos in precipuo cultu et veneracione habite sunt. Hiis autem diis deabusque a Polonis delubra simulacraque, flamines et sacra <sup>g</sup>⟨instituta atque luci et in precipuis frequencioribusque locis sacra et veneracio⟩<sup>g</sup> habita, solennitates <sup>h</sup>et sacrificia instituta<sup>h</sup>, ad quas mares et femine cum parvulis convenientes diis suis victimas et hostias de pecoribus et pecudibus, nonnumquam de hominibus in prelio captis offerebant, <sup>1</sup>⟨qui confusam ac popularem deorum placandam multitudinem libaminibus credebant⟩<sup>1</sup>; in eorumque honorem ludi certis anni temporibus decreti et instaurati, ad quos peragendos multitudo utriusque sexus ex vicis et coloniis in urbes convenire pro diebus institutis iussa, ludos huiusmodi impudicis lascivisque decantacionibus et gestibus manuumque plausu et delicata fractura ceterisque venereis cantibus, plausibus et actibus deos deasque prefatas repetitis invocando obsecracionibus<sup>j</sup> depromebat. Horum ludorum ritum et nonnullas eorum reliquias Polonos, quamvis ab annis quingentis christianitatis cultum constat professos, usque in presencia tempora annis singulis in Penthecostes diebus repetere et veterum supersticionum suarum gentilium annuali ludo, qui ydiomate eorum *stado*<sup>7</sup>, id

<sup>a</sup> Ed. Crac., quem aut.    <sup>b</sup> Ed. Crac., deum aut.    <sup>c</sup> Ed. Crac., adn. 11, fabricasse aut.    <sup>d</sup> Ed. Crac., adn. 13, ingerencium aut.    <sup>e</sup> quos Ed. Crac.    <sup>f</sup> vocatae additum in Ed. Crac.    <sup>g-h</sup> eadem manu in margine    <sup>h-h</sup> cum sacrificiis institutae Ed. Crac.    <sup>1-1</sup> cf. adn. g-g    <sup>j</sup> observationibus Ed. Crac.



est „grex“, appellatur (quod greges hominum ad illum peragendum conveniant et in cuneos seu greges divisi illum tumidi ingenii et sediciosi, in voluptates, segniciem et comessaciones proni peragunt), meminisse.

*De Polonorum natura et moribus*

<sup>a</sup>Polonorum<sup>b</sup> nobilitas glorie appetens et in rapinas prona, periculorum et mortis contemptrix, promissi parum tenax, subditis et inferioribus gravis, lingua preceps, ultra facultatum modum expendere solita, principi suo fida, agrorum sacioni et armentorum nutrimento<sup>a</sup> dedita, in advenas et hospites humana et benigna, et hospitalitatis supra ceteras gentes amatrix<sup>c</sup>. Plebs rusticana in ebrietatem, rixas, calumpnias, cedes procliva: nec facile aliam gentem reperies tot domesticis homicidiis et cladibus contaminatam. Nullius } laboris aut oneris fugax, frigoris<sup>1</sup> iuxta  
 HPR49 atque inedia paciens, supersticionum et figmentorum sequax, in rapinas et ipsa prona et hostilitatis sectatrix et avida novitatum, rapax et alieni appetens; in construendis edibus parum operosa, casaliis vilibus contenta<sup>d</sup>; audax et temeraria, ingenio callida et parum facilis, gestu et habitu decora, viribus prepollens, statura ardua et procerata, corpore valida, membris apta, colore albo et nigro permiscua. Ferox aura, influencia cruda, gelida sidera, inclementes venti, longe nives, perpetuo rigentes alpes naturam Polonis causant et ingenia. Advene forenses et peregrini homines, eciam si in illis ingenium spectetur aut vita, raro ad regendos et non nisi procedente tempore et etatis successione assumuntur [e] magistratus, et si quando id contigit, raro tamen sine invidia. Utinam Poloni Hyspanorum virtuosos uterentur ingeniis, qui nullum hominum genus, in quo virtus elucescit, fastidiunt, conversisque ex Judeis et Saracenis pontificia et celsiores magistratus mandant,  
 aut. | 38\*\* hac quoque benignitate | rem publicam suam florenciorem vegecioremque efficiunt; per contrarium Bohemis similes, qui nephas ducunt quoslibet sui regni magistratus nisi in una, eciam per improbos et ignavos, continuari<sup>f</sup> familia, polluendos, si in alteram transferantur providi alioquin in ceteris, in hac tamen videntur michi re non parum desipere, velut qui Divinitati ius ponunt et donorum eius gratiam

<sup>a-a</sup> tres primi versus rubra linea subducta conspicui    <sup>b</sup> in textu sine intervallo    <sup>c</sup> Poloni — mores Polonorum describuntur manu XVI s. in margine    <sup>d</sup> con in rasura    <sup>e</sup> in superscriptum    <sup>f</sup> nuarii cf. adn. e

obscurare aut usurpare contendunt. Illud genti ingenium, ea indoles, ut tenuem virtuti, tenuem doctrine honorem tribuant ad eosque fasces dignitatum et magistratum deferant, qui effusioribus opibus abundant. <sup>a</sup>⟨Animam habentes contemptricem mortis, ad neces aliorum prouidenciam...⟩<sup>a</sup>

*Civitates et oppida Poloniae celebriora*

<sup>b</sup>O]ppida aput Polonos<sup>b</sup> et sub Regno Polonie consistencia magis insignia magisque memorabilia ea esse dinoscuntur<sup>c</sup>. Cracouia<sup>1</sup> per Graccum aput Stennam ad vada fluminis Vistule condita et a Gracco, *g*<sup>d</sup> mutata in *c*, Cracouia appellata est. Illic enim regum et principum<sup>e</sup> ortus, crepundia, illic regeneratio<sup>o</sup>nis in Christo aguntur HPK50 eorum primordia, illic tocius eorum genealogie cineres magnificis urnis et sumptibus reconduntur, opportunitate et gracia loci preeminens, omnium Polonorum facile arx et metropolis, tam regia quam pontificis honorifica sedes, in tres divisa urbes. Cracouiam mediam vocant, cui arx in colle petroso et ediciori, a veteribus Wawel<sup>2</sup> nuncupatus<sup>f</sup>, imminet a Vistulo<sup>g</sup> ablutus, saxo in plerisque locis abscisso superimposita et in corone modum muris, palaciis, turribus ceterisque propugnaculis emunita. In ea regia sita est et sancti Stanislai martiris et pontificis Cracouiensis sacri corporis gleba et basilica petra quadra fabricata, ossibus et corporibus reliquiisque venerandis sanctorum plurimorum, clavo insuper Dominico et beati Johannis Baptiste mandibula, item corpore sancti Floriani martiris [dotata<sup>h</sup>]. Altera ad meridionalem plagam<sup>1</sup> Kazimiria<sup>3</sup>, a Kazimiro secundo Polonorum rege suum illi imponente nomen fundata, eiusdem beati martiris Stanislai nobilitata martirio, edibus religionum quam civium feracior; infrequens enim extat edificiis, templaque superiorem aliquem tenent locum. Tercia Florencia<sup>4</sup>, a beati Floriani in ea, priusquam conderetur, edificato templo denominationem sortita, et ipsa ab eodem Kazimiro secundo Polonie rege fundata. Cracouiensis urbs, etsi pluribus preemineat commoditatibus, ea tamen vel sola insignis, quod ad omnes regiones sibi vicinas, Pannoniam videlicet, Bohemiam, Moraviam, Russiam, Podoliam, Lythwaniam, proporciona-

<sup>a-b</sup> Dlugossii manu additum deinde intervallum 12 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>b-b</sup> l. o.

<sup>c</sup> Describuntur civitates et opida in Regno Polonie manu XVI s. in margine <sup>d</sup> littera additum in Ed. Crac. adn. 16 <sup>e</sup> Poloniae additum in Ed. Crac. cf. adn. 17 <sup>f</sup> nuncupato Ed. Crac. <sup>g</sup> Vistula Ed. Crac.

<sup>h</sup> suppletum in Ed. Crac. adn. 7 <sup>i</sup> urbs additum in Ed. Crac. adn. 8

aut. | 59\*\* bilter porrecta, a quibus merces variarum manerierum accipit et porrigit, studio generali, item coronacionibus, corporibus, incunabulis et sepulcris regum, | item quatuor ecclesiis collegiatis sit illustris, copiam et petre lignorumque et cuiuslibet alterius materie ad erigendum muros et excitandum necessaria opera in propinquo habens, Vistulam preterea amnem navigabilem, opportunum ad importandum, que usui forent, subter menia Cracouiensis et Kazimirie urbis in medio fluentem. Magnarum preterea gencium haud longe fines absunt, quarum commercium in eam maxime urbem mutui usus contraxere.

Item Gnezna<sup>a1</sup>, altera Polonorum metropolis nomine magis quam re et veteri pocius splendore quam novo lumine insignis, et nisi primacialis ecclesia illam diffunderet, ignorata a plerisque <foret><sup>b</sup>. Omnium tamen Polonicalium urbium mater, a nido vocitata Nidus, a primo quoque Polonorum principe Lechone fundata, et, quoniam ibi primum cum familiis et cognacionibus constitit et tam regiam quam urbem erexit, Nidus ex eventu appellata, eo vel solo parum felix, quod cum plures urbes Polonicales parturierit<sup>c</sup>, se ipsam exinanivit, lacunis ferax et solo; beati tamen martiris Adalberti<sup>2</sup> corpore ex Prussia in maiorem ecclesiam translato felicissima.

<sup>d</sup>Item Leopoldis<sup>d3</sup>, tertia Polonorum metropolitana sedes, que ad illam sub Wladyslao tercio rege Polonie ex Halicziensi urbe invecta est, duabus arcibus, que illi superimminent, insignita et plurimarum mercium, que per mare Leoninum<sup>4</sup> invecte<sup>e</sup> terrestri itinere transmittuntur ad illam, ferax<sup>f</sup>, amne tamen navigabili, qui commoda augere solet urbium, indiga.

Item Poznania<sup>g5</sup>, priscorum Polonie regum arx, sedes et regia atque sepultura, pontificali honore predata, flumine Wartha irrigua et edibus religionum ampla.

Item Wrathislaui<sup>a6</sup>, a Myeczszlao<sup>1</sup> Polonorum principe, sub quo primum Poloni a diis gencium ad christianitatis iura conversi sunt, condita, kathedre honore et corporibus beatorum Cancianorum<sup>1</sup> martirum<sup>7</sup> ac templis sanctorum pulcro opere fabrefactis fluvioque Guttalo illam ablutente celebris.

Item Wladislauia<sup>k8</sup> ad fluenta Visle sita, a Wladislao monarcha Polonie et Kazimiri primi Polonie regis filio nomine suo illam vocitante condita, qui pro illius incremento sedem pontificalem Cruzzwiciensem<sup>9</sup> in eam astruitur transtulisse, nulla alia re,

<sup>a</sup> l. o. in textu sine intervallo <sup>b</sup> superscriptum <sup>c</sup> Ed. Crac., partuerit aut. <sup>d-d</sup> cf. adn. a <sup>e</sup> Ed. Crac., invecta aut. <sup>f</sup> est suppletum in Ed. Crac. <sup>g</sup> cf. adn. d-d <sup>h</sup> cf. adn. c-c <sup>i</sup> primo Myeszkkone, Dlugossii manu correctum <sup>1</sup> Ed. Crac., Cavcianorum aut. <sup>k</sup> cf. adn. d-d

nisi kathedra pontificali memorabilis, que nisi illam ostenderet, a pluribus eam ignorari potius contingeret quam scire, cum in propatulo sita sit, nullos retinens muros, nulla propugnacula, nulla menia et cuilibet hosti ad diripiendum et expilandum facile exposita.

Item Ploczka<sup>a1</sup>, sede episcopali et arce urbi confrontata, amne quoque Visla, qui illic undis inflatus alveum suum late spargit, insignis.

Item Chelm<sup>b2</sup>, que ad differentiam nove Chelm, ad fluenta Visle site, Chelmsza vocatur, honore tantummodo kathedre pontificalis nobilis.

Item Kamyen<sup>c3</sup>, a lapide (plures enim, dum condebatur locus ille, lapidum habebat<sup>d</sup> congeries) appellacionem sortita, lingua enim Polonica lapidem *kamyen* vocant, pontificali excellencia nobilis.

Item Lubvsch<sup>e4</sup>, veteri magis denominatione, quam presenti significato celebris, que cum dignitate tantummodo pontificali excelleret, communi vero habitacione rara et sterilis foret, pontificalis sedes in Fvrstewald<sup>5</sup> opidum magis cultum magisque tutum translata est; priscum tamen retinens vocabulum, non Furstenwaldensis, sed Lubucensis appellatur. |

HPK52

Item Przemisla<sup>f6</sup>, a Przemislao fundata, episcopali dignitate et arce et templo in arce ex petra quadra erecto, magis quam ulla alia re, fluvio insuper Szan subter illam decurrente insignis.

aut. | 40\*\*

Item Kamyenyecz<sup>g7</sup>, petram altam, spissam et abruptam in corone modum undique habens pro muris et meniis, quam fluvius non mediocris Sereth<sup>h</sup> undique<sup>i</sup> cingit et abluit, aliquantulum, dum illam circumfluit, stagnans, tam et inusitato et raro nature solius effigiata situ, ut conspectus eius singulos in admiracionem commoveat, preruptis undique interclusa rupibus, non vallo, nec fossa, quemadmodum alie urbes, sed profundis vallata precipitiis, que intuentem horrore quodam involvunt, aliarum rupium in circuitu velut quodam vallo communita, septo quoque naturali abscondita, ut nemo prius illic urbem esse intelligat, quam in ipsam urbem fuerit ingressus. Unus tantummodo ad urbem accessus ex arce et a plaga meridionali, arduo tamen ascensu patet. Pontificali et ipsa eminencia, et arce urbi superimpendente insignis, solo melle, cera et pecore ferax.

Item Kyowia<sup>k8</sup>, ab uno Polonorum et gentilium principum Kyg condita et ab

<sup>a</sup> l. o. in textu sine intervallo <sup>b</sup> cf. adn. a <sup>c</sup> cf. adn. a <sup>d</sup> in rasura <sup>e</sup> cf. adn. a <sup>f</sup> cf. adn. a <sup>g</sup> cf. adn. a <sup>h</sup> Smotricz Ed. Crac. adn. 5 <sup>i</sup> Ed. Crac., undiqueque aut. <sup>j</sup> sed aut. <sup>k</sup> cf. adn. a

illius nominis proprietate vocabulum sortita, maxima quondam et famosa urbs, tricentis templis, quorum nonnulla ruinavit vetustas, honore insuper katedrali et amne nobili et feraci Dnyepr<sup>a</sup>, arce quoque in edito colle ex quercinis roboribus constructa; propinquitate insuper maris memorabilis, adeo piscium ferax, ut pisces in amne Dnyepr semiscubito minores capti feris relinquuntur et bestiolis.

Item Wylna<sup>b1</sup>, honore episcopali et arce ediciori predata, duobus fluminibus Wylna et Vilia illam a parte utraque ambientibus fecunda.

Item Myednyky<sup>d2</sup>, pontificis tantummodo sede et fluvio Myednyky secus illam decurrente clara.

Item Luczsko<sup>e3</sup>, multa soli fecunditate nobilis et uno fluvio pulcherrimo Sthyr vocato irrigua, pontificatu et arce insignis, a Wladimiro principe condita.

*HPISS?* Item Chelm<sup>t4</sup>, pontificali tantummodo honore et arce wlgata, adeo in<sup>u</sup>lculta et ignobilis, ut honor ille sibi detrahi debeat et in Hrubyeschow<sup>5</sup> opidum culcius et magis habitatum transferri.

Item Soczawa<sup>e6</sup>, honore episcopali insignita, mercibus opulenta, quam fluvius eiusdem nominis Soczawa preterfluit.

Et he<sup>a</sup> quidem sunt urbes in Polonie Regno pontificale habentes decus; cetera, quas subnectemus, minus wlgate sunt, et collegiatarum ecclesiarum nomine aliis prestantes<sup>l</sup>.

Sandomiria<sup>l</sup>, regionis magne Sandomiriensis caput, et que a Vysla fluvio abluitur, celebritate indulgenciarum, qua secunda iunii maximo illic hominum frequentantur concursu, memorabilis.

Item Wyslicia<sup>k7</sup>, a Wyslao comite, <sup>1</sup>(heroe pervetusto Poloniae)<sup>l</sup>, nomen illi suum imponente, sub gentilitate condita et in meditullio amnis Nide sita, palustribus locis undequaque circumsepta, in qua <sup>1</sup>obstrepentes et rem divinam turbantes ranas<sup>t</sup> fama fert sacerdotem quendam loci pro sua sanctimonia silentium ranis<sup>m</sup> iussisse, atque ex eo negantur<sup>n</sup> illic rane coaxare.

Item Kyelcze<sup>o8</sup>, a Gedeone Cracoviensi episcopo erecta.

Item Oppathow<sup>p9</sup>, foro et rerum venalium importacione famata; famosior, si magis opulentum amnem, quam sit Lukawa eam preterfluens, sortita fuisset.

<sup>a</sup> Dnyestr aut. cf. Ed. Crac. adn. 12 <sup>b</sup> l. o. in textu sine intervallo <sup>c</sup> cf. adn. b <sup>d</sup> cf. adn. b <sup>e</sup> cf. adn. b <sup>f</sup> cf. adn. b <sup>g</sup> cf. adn. b <sup>h</sup> Ed Crac., hec. aut. <sup>i</sup> prestantiores Ed. Crac. <sup>j</sup> cf. adn. b <sup>k</sup> cf. adn. b <sup>l-1</sup> Dlugossii manu in margine <sup>l-1</sup> posteriore tempore in aut. addita neque satis apte cum textu coagmentata videntur P., obstrepentibus et rem divinam turbantibus ranis Ed. Crac. <sup>m</sup> omissum in Ed. Crac. <sup>n</sup> tempore additum in Ed. Crac. <sup>o</sup> cf. adn. b <sup>p</sup> cf. adn. b

Item Sandecz<sup>a1</sup>, a Wenceslao Polonorum et Bohemorum rege (utriusque enim regni tunc tenebat regna) in ediciori loco ad confluenciam<sup>b</sup> duorum fluminum, Dunayecz et Kamyona, fundata.

Item Scarbimiria<sup>e2</sup>, solo fecunda et fluvio Nydzicza irrigua.

Item Tharnow<sup>d3</sup>, per Spiczmerum Cracouiensem castellanum condita.

Item Lancicia<sup>e4</sup>, <palude><sup>f</sup> protensa et vix permeabili, latus illius septemtrionale cingente wlgaris.

Item Calyschia<sup>g5</sup>, civitatum vetustissima, cuius | nomen inter Polonicales civitates per Ptholomeum<sup>6</sup> in sua Cosmographia descriptas tantummodo potest dinosci, Proszna flumine palustrem illic causante situm abluitur. aut. | 41

Item Wyelun<sup>h7</sup>, a qua universa regio, que prius Rudensis vocabatur, Wyelunensis vocitari cepta est, collegio Rudensi et civibus in eam translatis per Kazimirum<sup>8</sup> secundum regem Polonie ad rivos pulcherrimos e terra plana ebullientes condita.

Item Curzelow<sup>i9</sup>, arenosum solum habens et sterile, habitu quoque infrequens. }

Item Lowycz<sup>j10</sup>, a Jaroslao Gneznensi archiepiscopo ad flumen Bszura condita, HPRJ4  
habitoribus copiosa.

Item Gluschino<sup>k11</sup>, nulla alia re quam canonicali collegio memorabilis.

Item Nyssza<sup>l12</sup>, propter fluvium Nyssza penes illam decurrentem huiusmodi nomen sortita, a Boleslao victorioso dicto Crzywovsti, Polonorum duce et monarcha condita. Item Oppolye<sup>m13</sup>, duabus pulcherrimis arcibus insignis.

Item Brze[.]eg<sup>n14</sup>, quod in littore fluminis Odre condita sit, wlgari Polonico *brzeg*, quod littus sonat, appellatum.

Item Glogovia<sup>o</sup> maior, flumine Odra iam illic undis inflato et duobus castris venusta.

Item Minor Glogovia<sup>o15</sup>, arce tantummodo et fluvio Oszobloga clara.

Item Legnica<sup>p16</sup>, arce, templis et meniis nobilis.

Item Rathibor<sup>r17</sup>, arce ornata et flumine Odra irrigua.

Item Othmuchow<sup>s18</sup>, arcem quidem habens superimpendentem, sed fluminis indiga.

<sup>a</sup> l. o. et sine intervallo    <sup>b</sup> Ed. Crac., confluencium aut.    <sup>c</sup> cf. adn. a    <sup>d</sup> cf. adn. a    <sup>e</sup> cf. adn. a  
<sup>f</sup> primo palus manu deletum et superscriptum    <sup>g</sup> cf. adn. a    <sup>h</sup> cf. adn. a    <sup>i</sup> cf. adn. a    <sup>j</sup> cf. adn. a    <sup>k</sup> cf. adn. a  
<sup>l</sup> cf. adn. a    <sup>m</sup> l. o., duae litterae mediae in verbo erasae, quae st fuisse verisimile est    <sup>n</sup> in rasura l. o.    <sup>o</sup> cf. adn. a    <sup>p</sup> cf. adn. a    <sup>r</sup> cf. adn. a    <sup>s</sup> cf. adn. a

Item Crusszwiczia<sup>a</sup>, vetus quondam regia, lacu amplissimo Goplo circumcincta et seminibus frugifera.

Item Polthowsko<sup>1</sup>, pisce et frumento opulenta et amne Narew irrigua<sup>b</sup>.

HPR<sup>55</sup> eH]abet preterea<sup>c</sup> nonnulla opida, esto quod neque}pontificali, neque collegiatarum ecclesiarum honore fulgeant, insignia. Et in primis: opidum<sup>d</sup> Gdansk<sup>2</sup>, nedum apud Polonos, verum apud ceteras gentes et naciones vicinas memorabile, haud magnum quidem opidum, sed frequenti emporio celebre, quod multarum rerum merces in illud flumine Visla, qui illic hostio uno ex tribus miscetur equori Oceano Sarmatico, magnarum gencium fines contingens, quarum commercia illic terra, undis et pelago frequenti et mutuo usu ex variis regionibus contrahuntur.

Item Thorvn<sup>3e</sup>, pulcherrimis edificiis et tectis ex cocto latere irradiantibus adeo<sup>f</sup> memorabile, ut vix aliud sibi pulcritudine, situ et resplendencia exequari possit<sup>g</sup>.

Item Elbing<sup>4h</sup>, ex vicinitate maris plurimas sortita commoditates, muris quoque et turribus satis insigne<sup>1</sup>, verum fide, quam sub tempore guerrarum in Kazimirum <tercium><sup>1</sup> regem Polonie demonstravit, insignior<sup>k</sup>.

<sup>1</sup>R]eferuntur insuper<sup>1</sup> et in Cosmographia Ptholomei describuntur<sup>1</sup> et aliarum Polonicarum urbium sedes et nomina, videlicet Calissya,<sup>m</sup>Sethidaba<sup>5</sup>, Luthidvnum<sup>m</sup>, Budorigum, Leucaristus, Szczurgum, Limosalcum, Ascaucalis, Rugium, Virunum, Viricium et Arszonium; in quibus neque loca neque nomina preter solam<sup>n</sup> Calisch possumus recognoscere. |

*Olim Poloni paucis contenti et legum, hostium atque opum ignari,  
arbitrio stabant principis et datias tribuebant*

out. | 42\*\* oN]on solum autem<sup>o</sup> sub imperio et principatu primi Polonorum principis et conditoris Lech, qui generis et seminis Polonici princeps esse promeruit, sed et sub filiorum suorum et nepotum, quorum quilibet in principatum succedens avito et

<sup>a</sup> l. o. et sine intervallo <sup>b</sup> hoc loco cod. Reg. verba plurima addit, quae deinde in secunda codicum mss. familia inveniuntur, quaeque etiam in Ed. Crac. legimus, ubi sequuntur nomina Warszawa et Sochaczew, ex cod. quodam „classis 1406“ sumpta, mediante eadem codicum familia secunda (cf. Praefationem p. 21) <sup>c-c</sup> l. o.; Regnum Poloniae additum in Ed. Crac. ex cod. Rozr. <sup>d</sup> omissum in Ed. Crac. <sup>e</sup> cf. adn. a <sup>f</sup> superscriptum <sup>g</sup> et supra ripam Vistulae ponte ligneo magna arte et impensa superaedificato, positum. in Ed. Crac. ex cod. Rozr. additum <sup>h</sup> cf. adn. a <sup>i</sup> insignis Ed. Crac. <sup>j</sup> Dlugossii manu superscriptum <sup>k</sup> insignius aut. <sup>l-1</sup> cf. adn. c-c <sup>1</sup> Ptolomeus manu XVI s. in margine <sup>m-m</sup> Setidava Lugidunum Ed. Crac. adn. 5 <sup>n</sup> solum Ed. Crac., <sup>o-o</sup> cf. adn. c-c

paterno nomine Lech appellabatur, gubernacione et regimine Polonorum provincia per diuturna tempora longasque successiones secunda pociabatur pace et tranquillitate, bella raro repellens, rarius inferens, quippe que alpibus aut freto septa aliarum nacionum, quas a continente habebat confrontatas, audiebat magis quam senciebat, longo terrarum mediante tractu, bella et vicinia. Sed neque equore aut terra ceterarum regionum } gens Polonica frequentabat fora aut transmarinarum peregrinarum-que gencium mercibus aut connubiis se miscebat, sed simplici alimento, quod nativum producebat solum et hirsuto humilique vestitu, domestica elaborato arte, contenta<sup>a</sup>, omnium mollium et delicatarum experts, sitim undis, esuriam frumento, carne, pisce, melle, lacte et olere sedabat. Nullas habens tunc opes, <sup>b</sup>quibus vicinas<sup>b</sup> et finitimas sibi gentes vel adduceret, vel ad sui incolatum et frequentacionem<sup>c</sup> alliceret, legum autem humanarum rudis et ignara, principum arbitria<sup>d</sup> pro legibus observabat, et quidquid a principe sancitum, mandatum vel decretum esset, prono devotoque animo exequabatur, cum contumaces et rebelles severa animadversione, nullo penitendi dato spacio, plecterentur: propter quod imperium principis pro legum norma habebatur, nichil temere, nichil tumultuose agi licebat, <sup>e</sup>(ad regum arbitrium digna atque indigna et queque extrema passura)<sup>e</sup>. Pendebant autem singuli pro principe, statutis vicibus et diebus, labores, dacias, obsequia et tributa, ac pro mensa et curia sua granum, carnes domesticas et silvestres, pisces, mel et aliorum victualium necessaria iuxta ducis arbitrium et silvestrium quoque animalium, mardurum, castorum, ermellinorum et wlpium, quibus Polonorum regio pro ea tempestate ferax fuit, pelles sub certo numero pro tributo conferebant, huiusmodique laboribus, daciis et rebus annua tributa reddebant. Auri, argenti, eris (maximarum pestium) ceterorumque metallorum nullus aput eos usus preter ferrum, quod vel hastis vel aratro ceterisque instrumentis inerat. <sup>f</sup>Culmo tegentes tuguria et nudo solo accubantes, pecore et frumento dites<sup>g</sup>, litium, discordiarum et iudiciorum ignari, omnium superfluum apparatus noscitabantur osores: propter quod nemo ad illos peregrinus adventavit hospes, nemo pannos, nemo aromata, nemo vina, ceteraque humani generis oblectamenta ad luxum pertinencia, quibus maxime humanus et ferox animus remittitur et relanguescit, intulit sciens hec aput gentem parco et grosso victu assuetam in contemptu magis quam in

HPN 56

<sup>a</sup> Poloni antea domesticis rebus contenti erant manu XVI s. in margine <sup>b-b</sup> in rasura <sup>c</sup> ta superscriptum <sup>d</sup> arbitrium Ed. Crac. <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in margine <sup>f</sup> Tributa prima Polonorum manu XVI s. in margine <sup>g</sup> divites Ed. Crac.



precio haberi; <sup>a</sup><tuncque Polonia nichil lascivum, nichil luxoriosum habere noverat><sup>a</sup>. Mutua autem fora non nisi cogente necessitate obibant, non quidem proprio aut forensi numismate (nullum enim tunc extabat, et si quod importabatur, refutabatur spernebantque), sed vice rerum necessarium, cambio, commercio et permutacione, quibus magis quam pecuniis res per illos aut dabantur aut parabantur. Nullus itaque tunc hostis, nullus livor, nulla cum externis gentibus bella, nulla federum  
 HPIKJ7 ruptura, nulla civium violacio, omnia } pacata et tranquilla, omnia beata et tuta adeo, ut etas illa sub principe Lech filiisque suis et nepotibus traducta, aurea verius quam Lechitica possit vocitari, <sup>b</sup><in qua eciam tenues transgressiones et minuti puniebantur excessus, ne ad graviores ex facilitate fieret transicio; in ipsis quoque iniciis comprimebantur delicta, ne feda imitacio ceteros involveret. Erantque Polonis tunc reges et principes magis quam leges terribiles><sup>b</sup>.

*Duae res prodigiosae in Polonorum regione*

<sup>c</sup>D]uabus rebus Polonorum<sup>c</sup> regio prodigiosa et miranda est, quas Solinum cetera orbis mirabilia scrupulosius investigata disserentem admiror tacuisse et que haud immerito pro sui raritate, velut nature prepotentis opera nichilo aliis inferiora, <sup>d</sup><his que a Solino enumerantur, possunt adiungi><sup>d</sup>. Una, quod in campis  
 aut. | 43\*\* ville Nochow<sup>1</sup> prope | opidum Szrem in Poznaniensi diocesi site, item in villa Koszyelsko in districtu Paluky<sup>2</sup>, prope opidum Lekno, universi generis suapte et sola arte nature absque omni humano adminiculo, variarum formarum et<sup>e</sup> quas humanus convictus habet in usu, sub terra noscuntur olle<sup>f</sup><sup>3</sup>, tenere quidem et molles, dum consistunt in nativo nido sub gleba, compacte vero, dum fuerint extracte et vento aut sole durate, diversis formis et quantitibus composite, non secus quam artificio lutifiguli effigiate, et quarum, quod admirabilius reor, generacio successioque naturalis nunquam notata est, gleba eciam non dehiscente, decrevisse. Altera, quod in silvis, campis et borris opidi Pothilicze<sup>4</sup> et villarum Hrabyenye<sup>5</sup> et Prosznye, in terra et regione Belszensi et Chelmensi, in Chelmensi diocesi, pinaticarum arborum ea est natura et condicio, ut si earum aliqua pars<sup>g</sup>, ramus vel porcio precisa vel decerpta fuerit, aut universa arbor succisa, quod lignum sub anima

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine <sup>b-b</sup> Dlugossii manu sub textu <sup>c-e</sup> l. o. <sup>d-d</sup> cf. adn. <sup>a-a</sup> <sup>e</sup> iis similis additum in Ed. Crac. adn. 8 <sup>f</sup> De ollis in humo crescentibus manu XVI s. in margine <sup>g</sup> utpote additum in Ed. Crac.

vegetativa fuerat, in naturam silicis post annos aliquot convertitur et transformatur, et iuxta ac naturalis silex<sup>1</sup> ignem excussus producit, quantitatem et proporcionem, in qua precisum est, retinens, saxi vero silicei qualitatem et naturam<sup>a</sup>. }

*Polonorum varia a situ locorum cognomina*

HPQJ8

V]igente, quam narravimus, inter Polonos parsimonia, modestia et tranquillitate, adeo res eorum creverunt in universum, ut et has oras, quas colendas acceperant, habitabiles cultasque efficerent et nonnullas insulas maritimas contingerent, germina coloniarum suarum usque ad Almaniam, que nunc Myszna<sup>2</sup> dicitur, diffundendo<sup>b</sup>; propter quod plerique ex illis, qui desertas et singulares regiones subiissent, varia cognomina sunt sortiti, videlicet Drewnanye<sup>3</sup>, a multitudine silvarum, in quibus primum sedes posuerunt notabilium civitatum, videlicet Bukowyecz, que nunc Lubyk, Ham, quod nunc Hamborg<sup>4</sup>, Breme<sup>5</sup>, Slesznyk<sup>6</sup>, Czesznyna<sup>7</sup> primarii fundatores. Item Kassubyanye<sup>8</sup>, aplicacione rugarum in vestimentis, quibus primum vestiri consueverant, *huba* enim in Polonico seu Slawonico, dicitur ruga, *kas* autem dicitur plica in modo imperativo; item Trwanyanye<sup>9</sup>, ab abundancia graminum appellati: locus enim, quem insederant, graminibus uberrimis erat refertus. Item Pomorzanye, eo quod Mari Septemtrionali vicini, oram illam maritimam incolebant, a quibus terra Pomeranie est denominata. Item Serbyanye<sup>10</sup>, a prefecto suo Serb extiterunt cognominati. Quamvis autem variis hiis et aliis a situ locorum vel nominibus prefectorum appellentur, unum tamen Lechiticum seu Polonicum singuli sonant linguarium<sup>c</sup>, licet Theotunicis Saxonibus, qui eorum terras occuparunt, mixti, quedam verba confusione ydiomatum proferunt nunc inepte et corrupte. Ceteri vero Poloni, qui ad reliquas oras populandas se converterant, universali nomine <non><sup>d</sup> mutato, Poloni appellantur, licet inter eos sit quedam per regiones, quas incolunt, que a capitibus urbium, que in illis successione temporum consurgebant<sup>e</sup>, discrecio. Omnes autem tam propinqui quam longe positi tributa constituta principi Lech filiisque suis et nepotibus post illum, nulla interposita renitencia et contradiccione, persolvebant, singularibus eciam largicionibus et donis ex bonis terre illos honorando. }

<sup>a</sup> intervallum 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>b</sup> 4 extremæ verbi litteræ eadem manu in rasura    <sup>c</sup> linguagium Ed. Crac.    <sup>d</sup> eadem manu superscriptum    <sup>e</sup> denominationem acceperunt additum in Ed. Crac.

HPK:9

*Major natu filius Lech, patre absumpto,  
in principatum Poloniae sine omni controversia succedebat,  
donec universa Lech progenies una cum rebus a se gestis,  
scriptorum inopia, absumpta fuerit.  
Et quam necessaria sit annalium cognitio*

Inter<sup>a</sup> filios autem et nepotes primi principis et conditoris Polonorum, Lech<sup>b</sup> rebus humanis absumpto, nullam contingebat divisionem et dissensionem interponi: patris enim, dum viveret, et communi omnium deliberacione maior natu in solium *aut.*[44\*\*] et principatum decedentis succedebat. | Que quidem constitucio solidam castamque habuit observanciam et praxim, donec universa principis Lech per lineam rectam descendens consumeretur progenies, in longas successiones, etates et tempora derivata. Sub quibus omnia memorabilia gesta et bella a Lechone et suis nepotibus illata aut repulsa, et res geste quantumvis illustres, memorabiles et magnifice, casus quoque eorum et successus, quibus quoque et quotis<sup>c</sup> annis aput Lechitas seu Polonos gessere imperia, quibus quoque fulsere virtutibus et moribus, aut quibus viciis abundarunt, et que in proprios et externos ediderint facinora, temporis diuturnitate et literarum penuria, nullis tunc aput Polonos extantibus scriptoribus nec literis, in perpetuam oblivionem venire, ita ut illorum nomen obscurum prorsus sit et obsoletum, principibus Polonorum illius evi illiusque temporis munus id non tenentibus in prospectu, nec quicquam<sup>d</sup> pensi habentibus, ut illorum inicia, bella et opera in posterorum traducta forent nocionem. Que rerum maligna negligencia eciam in eam diem [apud<sup>e</sup>] Polonos manet, cum nulli Polonorum transacti principes, reges aut heroes<sup>f</sup> sciantur rerum, gestorum<sup>g</sup> et temporum suorum negocium alicui scriptorum mandavisse; ad quod Romanorum, Grecorum, Hebreorum, Hispanorum, Persarum, Medorum, Gallorum, Germanorum ceterarumque gencium reges, duces et cesares nomen suum transmissuri ad posteros [...<sup>h</sup>] precipuam et scrupulosam curam leguntur impendisse scriptoresque rerum suarum et precones altis et exquisitis extulisse et celebrasse honoribus. Non fortuita autem et ignobilis, sed plurimum utilis et necessaria humano generi annales conscribendi fuit estque ratio, ut videlicet sequens etas sequensque successio laudatos mores, actus et virtutes, quas imitetur, bonorum principum et heroum pro speculo habeat, et se illis conformare

<sup>a</sup> *textus incipit sine intervallo*; Inter filios Lech nato maiori successio semper decreta est patris instituto manu XVI s. in margine <sup>b</sup> illo additum in Ed. Crac. <sup>c</sup> quot Ed. Crac. <sup>d</sup> quidquam Ed. Crac. <sup>e</sup> additum in Ed. Crac. <sup>f</sup> heroes aut. <sup>g</sup> gestarum Ed. Crac. <sup>h</sup> rasura 2 litteris scribendis apta

conſtendat, depravatos vero, Deo quoque et hominibus odibiles, sciens pro illis HPK60  
 sugillacionem et execracionem ad se eciam post fata perventuram, devitet. Nulla  
 siquidem aut bellica aut domestica virtus adeo excellens et insignis fuit, ut eius  
 memoria foret diuturna, nisi posteris scripturarum munere traderetur; sed et  
 opus quodlibet sive heroicum sive virtuosum, infirmum[.a] censetur atque mancum,  
 quod non fuerit <sup>b</sup>⟨a scriptoribus⟩<sup>b</sup> illustratum, qui soli certam sedem illi constituunt,  
 et res domi aut bello gestas efficiunt celebriores<sup>e</sup>.

*Quomodo Poloni sub duodecim praefectis sine rege non diu  
 et pessime steterint sub specie libertatis*

<sup>a</sup>S]tirpe<sup>e</sup> Lech primi parentis<sup>d</sup> et principis Polonorum radicitus sublata, primis  
 Polonorum proceribus et nobilitate aput Gneznam de principe surrogando delibe-  
 rantibus, id omnibus pro ea tempestate optimum visum est, ut principatus iugo  
 soluti, omnibus viribus libertatem sectarentur, et ad subeundum nowm iugum,  
 cum antique recordacionis gravitate tenerentur, nulla ratione assentirent. <sup>f</sup>⟨Mo-  
 narchie<sup>g</sup> statum abrogant, in qua pro libidine et impune agere omnia reges et  
 tyrannos licenter viderant, ad illam ex opulencia rerum redactos insolenciam et  
 per livorem et per nature viciacionem, ut popularibus suis fastidiosi sint et superbi,  
 optimis invidiosi, deterrimis amici et in singulas criminaciones admittendas  
 proni. Iura patrie labefactant, terminos eius occupari sinunt, feminis vim afferunt,  
 indempnatos aut facultatibus aut vita exuunt, permissa Venere non contenti,  
 illicita se fedant, voluntate pro ratione utuntur⟩<sup>f</sup>. Universis autem hanc sententiam  
 prona approbacione secutis, ne respublica in largas<sup>h</sup> terrarum propagines derivata  
 sine rectoribus remaneret, leges patrias, et quas rudi illi et agresti seculo sufficere  
 arbitrabantur, inprimis condunt; deinde duodecim viros ex proceribus innocencioris  
 vite et vegecioris spiritus, nobilitate et diviciis prestantes, deligunt illisque summam  
 adminiſtrande reipublice et omnium quescionum, iniuriarum, differenciarumque HPK61  
 decisionem punicionemque committunt; quorum imperium aliorum surrogacione,  
 si forte utilitas vel necessitas postulasset, producebant. Qui etsi integritate, qua

<sup>a</sup> que erasum <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in margine <sup>c</sup> celebrioros Ed. Crac. <sup>d-d</sup> l. o. <sup>e</sup> Mortuo Lech  
 principe Polonorum XII viros constituunt quibus summam rerum committunt reip(ublice) administra-  
 cionem manu XVI s. in margine <sup>f-f</sup> Dlugossii manu in inferiore margine <sup>g</sup> itaque additum in Ed.  
 Crac. <sup>h</sup> longas Ed. Crac.

poterant<sup>a</sup>, ampliori regimini commisso intendissent, paritas tamen et libertatis usus insolitus fastidiosum et contemptibile eorum tandem imperium reddidit. *aut.* | 45\*\* Veteris enim discipline et rigoris Poloni obliti ex concessa libertate | insolescebant, imperiumque duodecim rectorum, si quando usu aut necessitate cogente aliqua imperassent, detractabant<sup>b</sup>, eorumque sententias et decreta improbabant, scientes contumaces et rebelles aliqua animadversione non posse percelli. Ipsi quoque duodecim prefecti a vulgo ingeminacione querelarum insimilabantur, quod re publica postergata privatis tantummodo comodis et utilitatibus cum legum promulgatarum prevaricacione inhiarent: ex quo crebre inter prefectos et communitates contenciones et odia exorta<sup>c</sup> bene fundatam rempublicam pessundare ceperunt. Ea enim natura multitudinis perhibetur esse, que et freti: si enim quando fluctus suos impellentibus flatibus civerit, non faciliter<sup>d</sup> ad priorem potest reduci tranquillitatem. Sanctum quippe nacti, regibus et principibus divinitate propicia extinctis, Poloni consilium, imperium suum libertate et legibus stabiliendum censebant, optimum factu rati, sacius parere legibus quam regibus; fuissetque eorum Respublica felicibus incrementis prosperata, si partam libertatem pati et tueri potuissent. Paucis siquidem exceptis ceteri insolentes, arrogantes et rixosi facti, sive id natura gentis, sive moles dilatati imperii causabat, impunitate transgressionum et suapte illecti ad queque illicita et noxia dilabebantur. Iam domesticis et civilibus facinoribus non contenti, eciam in vicinas gentes<sup>e</sup> et regiones suas<sup>e</sup> facciones diffundebant. Hinc quoque effectum est, ut vicine gentes ab illis violate variis durisque bellis eos affligerent et in regionibus Polonorum nullo hostile bellum repellente conquassando illas pro libito vagarentur. Quapropter dulce libertatis nomen ad salubrem imperii statum destinatum, abutentibus illo Polonis, grandem Reipublice attulit perniciem et iacturam. Imbecilliores deinde a potencioribus oppressi serum et tardum ex duodecim rectoribus presidium assequebantur. Tendendo enim quisque rectorum ad suas ambiciones et consilia dedere documentum in administranda republica multorum imperium non posse fieri utile <sup>f</sup>⟨neque diuturnum et plerisque virtuti incumbentibus in publico, vehemenciora privatim odia suscitari consueverant et<sup>g</sup> unoquoque partes primas sibi vendicante et tam in dicenda sententia, quam in ceteris id genus publicis rebus excel}lere conante<sup>h</sup>, ad ingencia odia versi, ad sediciones et cedes et ob has ad monarchiam coguntur recidere⟩<sup>f</sup>.

HP 1562

<sup>a</sup> potuerant *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> detractabant *Ed. Crac.*    <sup>c</sup> exorte *aut.*    <sup>d</sup> facile *Ed. Crac.*    <sup>e-e</sup> eadem manu in rasura    <sup>f-f</sup> Dlugossii manu infra textum    <sup>g</sup> ut *Ed. Crac.*    <sup>h</sup> conantibus *aut.*

*Quomodo res Ruthenorum creverint,  
et a quibus principaliores civitates et castra aedificata sint*

<sup>a</sup>R]uthenorum<sup>1</sup> sub idem tempus<sup>a</sup> principatus, Polonis civili bello sese collidentibus, et ortum et incrementum cepit<sup>b</sup>, quorum regio aput oram, que hactenus Podolya nuncupatur, adeo agro perhibetur ferax, ut cum semel sata frumenta sint, recidivis subinde seminibus segetem novantibus, altere messes sine sacione proveniant<sup>c</sup>. Erant aput illos tres viri, eodem patre et utero geniti, Kyg<sup>2</sup>, Szczyek, Korew et quarta soror Libed<sup>3</sup>, tam ingenio quam viribus prestantes, et<sup>d</sup> qui facile principatum in gente consecuti ceteros redegerunt in suam dicionem: a quibus ceterae nationes secundum tribus et domos suas derivate sunt. Hii tribus principalibus<sup>e</sup> castris in Russia erectis sua illis indiderunt nomina: nam Kyg castrum supra fluvium Dnyepr<sup>f</sup> a se constructum vocavit Kyow, Szczyek Szczyekawycza<sup>4</sup> et Korew Korewycza. Gentilium et ipsi errorem sequuti stagna, lacus, fontes, aquas pro diis colebant. Erant et alii Polonorum duces, videlicet Radzym et Wyathko<sup>5</sup>, quorum unus videlicet Radzim<sup>6</sup> in flumine Szaszv<sup>7</sup>, alter Wyathko in flumine Okka<sup>8</sup> considentes, de nominibus suis regionibus et populis vocabula indiderunt: a Radzim enim Radzinczanye<sup>9</sup>, a Wyathko Wyathiczanye vocati sunt. Qui ad fluvium Bug consederunt, Dulyebyenye<sup>10</sup> a duce eorum Dulyeba vocitabantur, qui postea Wolhanye<sup>g</sup><sup>11</sup>, sunt | et nunc Luczanye appellati. Habebant autem nationes aut. | 46\*\* Ruthenorum ex Polonis descendentes in ducendis uxoribus et contrahendis matrimoniis inter sorores germanas et propinquas cognatas discrecionem, abstinendo a concubitu earum<sup>h</sup>, propter quam honestatem sorciebantur in vitam longos dies. Dulyebyanye<sup>i</sup> vero et hii, qui processerunt ex Radzim et Wyathko, habiŕtabant HPR63 more ferarum in silvis, comedentes omnem immundiciam pudoreque soluto et cognatis et alienis uxoribus, rapiendo illas, miscebantur. Absumptis deinde Kyg, Szczyek et Korew filii eorum et nepotes linea directa succedentes principabantur aput Ruthenos annis multis, donec successio huiusmodi ad duos fratres germanos, Oszkald<sup>12</sup> videlicet et Dir pervenit, quibus aput Kyoviam principantibus nonnullae Ruthenorum nationes, que ex ingenti multiplicacione novas sedes<sup>j</sup> quesierant, eorum principatum pertese a Varasis<sup>13</sup> tres duces acceperunt; quoniam ex propriis

<sup>a-b</sup> l. o. <sup>b</sup> habuit Ed. Crac. <sup>c</sup> Ruthenorum principum origo manu XVI s. in margine <sup>d</sup> ut Ed. Crac. <sup>e</sup> primo principibus <sup>f</sup> Dnyestr aut. correctum in Ed. Crac. <sup>g</sup> in rasura <sup>h</sup> Ed. Crac., eorum aut. <sup>i</sup> vlyeb in rasura <sup>j</sup> sibi additum in Ed. Crac.

neminem legi propter paritatem placebat. Primus autem dictus est Rurek<sup>1</sup>, qui in Nowogrod, secundus Szinyev<sup>2</sup>, qui in Byalye yeszyoro<sup>3</sup>, id est apud Album lacum, tercius Trubor<sup>4</sup>, qui in Sborsk sedes suas posuerunt. Hiis et cuilibet eorum a Ruthenis et populis eorum dicioni subiectis ex quolibet capite humano pro tributo unus aspergellus albus reddebatur. Duobus autem ducibus processu temporis, videlicet Szynyevs et Trubor, nulla prole relictis mortuis, Rurko in eorum principatus succedens, moriens filium nomine Jior<sup>5</sup> reliquit, qui adolescentiam pertingens, Oszkaldum et Dyr Kyowienses principes nichil hostilitatis ab eo suspicatos in dolo occidit et principatus ac terras eorum occupavit. Sed neque duci Jior Oszkaldi et Dyr ducum Kyowiensium diu impunita fuit occisio. Dum enim populos, qui Drewlyanye<sup>6</sup> [vocabantur<sup>a</sup>], Ruthenici generis ducem proprium Nyszkinam<sup>7</sup> habentes, ad tributum fretus potencia cogeret et prima solucione, de qua inter eos convenerat, non contentus secundam in eodem anno exigeret, a Drewlyanis iniuriam non ferentibus nepharie occisus interiit. Qui<sup>b</sup> missis ad suam relictam Olham<sup>8</sup> nunciis, quatenus ducem eorum Nyszkinam virum acciperet et principatus uniret, summopere suadebant: illa muliebri dolo usa, primis et alteris Drewlyanorum nunciis benigne appellatis et apud se retentis, Drewlyanos cum duce eorum Nyszkinam ad se venire, quasi coniugium sociatura et principatus unitura, iubet. Quibus iussa implentibus, legatis eorum, quos domi retinebat, per varios cruciatus clandestine primum enecatis, in occursum Drewlyanis procedit et ad insidias locaque iniqua, in quibus  
 HPIR64 fortem exercitum collacaverat, perductos, omnem eorum exercitum } ad quinque milia virorum se extendentem, occisioni mariti sui Jior parentando, delevit. Susceperat autem dux Jior ex Olha consorte sua filium unicum nomine Swyanthoslaum<sup>9</sup>, qui annos viriles attingens, <sup>e</sup>(vir bellicosus et in armis strenuus esse ceperat; patris autem sui Jhior occisionem)<sup>c</sup> ulturus, primam expeditionem in Drewlanos egit, et gravi cede domitos sub iugum mittit tributumque imponit. Transfretans autem mater sua Olha Constantinopolim, imperante apud Grecos Czemisky<sup>10</sup>, a patriarcha Constantinopolitano in fide Christiana edocta, supersticione gentilium relictis, baptisma accepit barbaroque nomine mutato, pro Olha Helena appellatur. Benedixit autem illi patriarcha Constantinopolitanus dicens: „Benedicta tu inter Ruthenorum

<sup>a</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>b</sup> Olhe mulieris erga maritum amor et constantia manu XVI s. in margine  
<sup>c-c</sup> Dlugossii manu in margine

mulieres et nomen tuum in omnes generaciones sit gloriosum et benedictum“. Que a Constantinopoli Russiam reversa, Swyanthoslao filio<sup>a</sup> fidem Christi <suscipere><sup>b</sup> deposito errore gentili <persuasit><sup>c</sup>, sed ille monita materna contempnens et irridens non acquievit<sup>d</sup>. |

*Poloni sentientes Rempublicam libertate collabi,  
elegerunt in regem Graccum,  
cuius laudes recensentur et victoria de Gallis relata  
et Bohemorum dedicio eidem facta*

<sup>e</sup>P)rogredientibus in hunc<sup>e</sup> modum Polonorum rebus, et civili discordia collisione- aut.[47\*\*  
que et externa hostilitate per tempora plura debilitatis et afflictis, rursus omnis nobilitas wlgusque desiderare unum principem monarchamque cepit. Quamvis enim libertas experta dulcesceret, speciosaque et iocunda ac omnibus preferenda esset, ad retinendum tamen statum Reipublice sub pluribus rectoribus dilapsam, ne servitutem ab hostibus experiri cogantur, libertatem abdicant, et ad regendum frequentes populos latasque terras ex re visum est unum principem ac rectorem assumere<sup>f</sup> illique parere, qui equo iure potentes iuxta atque tenues contineat. Hinc vero aborta questio, quis tantam molem subire et gentem post intermittendam libertatem quam ante experta est<sup>g</sup> plus rebellionis et duriciei habituram regere apciior esset, rem ad magnam usque infeccionem perduxit. Scrutinio tandem }  
diligenti habito ad virum quendam ad fluenta Wysle et in regione ad montes HPR65  
Pannonios<sup>1</sup> porrecta habitantem, animosum, strenuum, industrium et solertem nomine Grak<sup>2</sup> sive Graccum, quod et specimine ingenii ceteros prestaret, et cuius probitatem pluribus iam experimentis didicerant, universi sua vota concordi deliberacione convertunt ac ipsum approbacione et decreto cunctorum in principem deligunt ac sibi tocius regni gubernacula<sup>h</sup> et summam rerum demandant. Ille

<sup>a</sup> suo additum in Ed. Crac. <sup>b</sup> Dlugossii manu in margine <sup>c</sup> Dlugossii manu sub textu <sup>d</sup> sequitur in aut. spatium 6 versibus scribendis aptum vacuum relictum; neque spurcos gentiles ritus deseruit addit Ed. Crac. ex cod. Rozr. sine adn. <sup>e-e</sup> l. o. <sup>f</sup> Abrogato monarchatu aliquanto tempore post mortem Lech Polonorum principis Gracum in monarcham eligunt manu XVI s. in margine <sup>g</sup> expertam aut. et Ed. Crac. <sup>h</sup> Ed. Crac., gubernaculam aut.



diu cunctatus iniiciendum sibi fasces et purpuram manibus repugnabat, aput se quoque tacitus maxima perplexitate, satisne sanirent, an ut delirum maiestatis simulacro delinirent, deliberabat. Tandem ambiguitate discussa et importunitate petencium non valens resistere, Polonorum suscipit principatum resque extunc publicas ea modestia et providencia administrare cepit, ut non aliter quam parens a Polonis coleretur: neque enim priscorum principum more tyrannidem et superbiam in Polonos exercuit, sed pro subditorum utilitate et quiete singula administrans, rudem et ferocem populum magis benivolencia quam imperio in fide continuit, nobilitati eque atque plebi gratus. Hunc Craccum<sup>a</sup> existimant nonnulli Romanum de stirpe et familia Gracchorum<sup>1</sup> genus duxisse, et civili sedicione duobus Graccis, <Tiberio><sup>b2</sup> <sup>c</sup>videlicet et Gaio<sup>c3</sup>, tribuniciam potestatem immoderate <sup>d</sup><pro lege agraria><sup>d</sup> exercentibus, anno ab Urbe condita sexingentesimo <sup>e</sup><vicesimo secundo et septimo><sup>e</sup> faccione principum occisis, Roma relicta, ad Polonos quesitum ocium<sup>f</sup> et latebras divertisse et summam rerum aput Polonos sortitum esse. Considerans autem Graccus plura bella in id tempus quasi quadam conspiracione contra Poloniam ebullisse, ad resistendum quoque singulis vires deesse, quedam pactis intercipit, quedam compositione extinguit, reliqua aggressus, tanta felicitate et ingenio gessit, ut ex quolibet certamine gloriosus victor rediret: ex qua re et militum tepidi ex superioribus congressibus infeliciter gestis animi firmati sunt, et aput hostes fama eius dietim crebrescens, et contemptum ademit, et pavorem incussit. Cum itaque Galli, ceteris provinciis peragratis, eciam Pannoniam contigissent et eam variis guerrarum turbinibus vexassent, Poloniam ingressuris Grak<sup>g</sup> Polonorum princeps occurrit, et pugna commissa insignem et memorandam victoriam de aut. | 48\*\* Gallis, tum robore veteranorum, et exercitatorum militum, | tum<sup>h</sup> arte et astu<sup>h</sup> militari reportavit. Qui etsi suis carus esset, hoc tamen triumpho de Gallis relato, HPD66 carior reputaciorque esse cepit, maiorique devocione et } promptitudine erat sibi extunc a Polonis paritum. Huius tanta fuit clara fama et nobilitas, ut tota Bohemia sibi dedicionem fecerit, et eius omni vite tempore sub suo debebat regimine et principatu. Habet nonnullorum tam estimacio quam assercio, Graccum principem ante incarnationem Christi annis circiter quadringentis regnare aput Polonorum gentem cepisse, et tam industria quam viribus celebre sibi nomen fecisse.

<sup>a</sup> Gracus Romanis esse dicitur manu XVI s. in margine <sup>b</sup> Dlugossii manu superscriptum <sup>c-c</sup> in rasura <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in margine <sup>e-e</sup> eadem manu in margine <sup>f</sup> otia Ed. Crac. <sup>g</sup> conflictus Graci cum Gallis et victoria manu XVI s. in margine <sup>h-h</sup> astu et artu Ed. Crac.

*Graccus arcem et civitatem Cracoviensem aedificat,  
et draco ingens latitans sub arce, incolis onerosus, occiditur*

<sup>a</sup>H]ostibus<sup>b</sup> in circuitu Grak<sup>a</sup> Polonorum princeps bello aut pactis submotis, satis prospera felicitate usus, ad promovendasque civiles res, externis quietatis, diligencie sue studia convertit. Inprimis itaque in edito colle, qui ab incolis Wąwel nuncupabatur et quem undis suis Vysla abluebat, latam et speciosam planiciem in summitate habente, arcem regiam construit; deinde pro eius firmiori subsistencia, amplitudine et decore urbem haud procul ab arce ab eodem flumine Visla fundat irrigatam, eique ex suo nomine nuncupacionem adaptans Gracouiam vocat. In huiusmodi quoque arce et urbe thronum sui regni collocat, illicque iura Polonis et Bohemis reddit, ac illam metropolim et primariam sui principatus designat decernitque sedem, raro et naturali situ spem sibi de magnitudine future urbis non ambiguum protendente. Nec eum opinio fefellit. Velocibus enim incrementis, Grako adhuc bona vigente valitudine, urbs Cracouiensis multipliciter consurgere cepit, et in eum statum et fortunas attolli, ut a vicinis regionibus et urbibus eius sorti et conditioni invideretur. Vehementiori autem emulacione<sup>e</sup> et livore Gneznensis civitas ei infesta esse cepit, quod fasces primarias et precipue dignitatis specimen illi detraxerit et priscum suum obtenebraverit candorem. Inter tot tamen suorum primordiorum grata et fecunda auspicia incommodo angebatur ingenti. Belua enim insolite magnitudinis, draconis<sup>l</sup> aut olofagi speciem habens, in antro montis Wąwel, super quo castrum Grak erexerat, cubile posuerat, que ad explendam suam esuriam aliquot pecorum aut armentorum prebita<sup>d</sup> corpora corripuens devorabat, sed nec humanis deferebat corporibus<sup>e</sup> sed quociens illius rabiem<sup>e</sup> non reperti aut non dati pecoris diucior excruciasset rabies et fames, tociens sub clara } luce diei ad HPI 67 mitigandam sui ventris ingluviem horrida rictibus ora trahens e cubili suo potenter emergeret, et valida iumentorum atque boum corpora, sive adiuncta<sup>f</sup> carpento, sive subiugata<sup>g</sup> aratro invaderet, suffocaret, voraret; in quosque eciam homines seviens, nisi in tutum<sup>h</sup> refugerent, alwm suam illorum horrenda cede explebat. Que execranda ingluviei rabies adeo cives Cracouienses terruit afflixitque, ut de deserenda magis quam de habitanda urbe propter tam infestum vastatorem cogita-

<sup>a-a</sup> l. o.    <sup>b</sup> Arcis et civitatis Cracouiensis a Gracco fundatio manu XVI s. in margine    <sup>c</sup> 2 ineuntes litterae in rasura    <sup>d</sup> omissum in Ed. Crac.    <sup>e-e</sup> verum quoties illius ventrem Ed. Crac.    <sup>f</sup> Ed. Crac., adiuncto aut.    <sup>g</sup> Ed. Crac., subiugato aut.    <sup>h</sup> totum Ed. Crac.

rent. Mandato autem et decreto principis Gracci<sup>a</sup>, <qui><sup>b</sup> urbis a se fundate molestius ferebat progressum civium discessu rescindi, tria singulis diebus belue iactantur corpora, quorum sacietate non hominibus solum, verum et ceteris animantibus prestabatur securitas<sup>c</sup>. Sed cum hec quoque onerosa magis principi quam civibus, qui post mortem suam urbem desertum iri verebatur, condicio videretur, iactanda *aut.*|49\*\*  
monstro corpora sulphure iussit, et caumate<sup>d</sup> | parum igne contacta, cera atque pice impleri, et belue exponi; que cum naturali et solita aviditate deglutisset, ab igne torrente et flammis alcuis diffusis interiora urgente sensim collapsa et extincta est<sup>e</sup>.

*Graccus tradit Polonis leges et moritur ;  
cui pro tumulo ex sabulo montem fecere altissimum*

<sup>f</sup>O]ccidente belua<sup>f</sup> et immani monstro, quod a quibusdam scriptoribus olofagus intitulatur, Cracouiensis urbs periculo grandi preter spem exuta tentorii sui longius cepit dilatare funiculum et facile inter Polonie urbes vendicare principatum. Sed et ipse Grak princeps ob deletam sua arte et ingenio beluam parens et liberator patrie appellatus, aput proprios et externos insignis et inclitus habebatur. Tunc primum leges promulgat<sup>g</sup>, iudices constituit, decreta condit, mandata edicit, quibus rudem adhuc illam etatem credidit posse regulari, quibus Poloni in post usi sunt, provincia pace et quiete fruens, opibus aucta. Quicquid autem ab illo conditum sancitumque fuit, id per multas successiones et etates pro iustissima lege, et perinde ac si a quodam divino oraculo promulgatum fuisset, aput Polonos custodiebatur: cum preter insitam legibus ab ipso conditis naturalem iusticiam eciam legislatoris *HPR*68  
caritas et estimacio illis singularem cultum, re}verenciam, pariter atque metum addiciebat. Siluit autem in diebus eius Polonorum regio annis multis, finitimis omnibus aut eius prudencia et factivitate territis, aut bello perdomitis; quapropter sub principatu <suo><sup>h</sup> et in antiquis oppidis, coloniis nova consurgebant tecta et in vastis nemoribus nove erigebantur colonie. Pluribus itaque annis Grak princeps Polonorum Rempublicam feliciter et provide administrans, in senecta uberi plenus

<sup>a</sup> primo Graki, correctum <sup>b</sup> eadem manu adscriptum <sup>c</sup> Tributum Draconis manu XVI s. in margine <sup>d</sup> Cauma alio nomine dictus fomes alias „zagyew“ alia manu XVI s. in margine <sup>e</sup> intervallum in aut. 6 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>f</sup> l. o. <sup>g</sup> Gracus Polonis ius instituit et leges dat manu XVI s. in margine <sup>h</sup> eadem manu superscriptum

dierum hominem exuens fatis est interceptus<sup>a</sup>. Ad cuius funerias cohonestandas primi Polonorum proceres ceterumque vlgus permiscuum accurrit et iuxta morem illius temporis cadaver suum in monte Lyassotino<sup>1</sup>, qui Cracouiensi urbi confrontatus est, iusto honore et comprobacione sepelivit. Bustum autem eius, quo esset durable et perpetuum et nulla<sup>2</sup> illud edax posset abolere obliterareque aput posteros vetustas, zabulo monti, in quo conditus est, arte et ingenio superiecto duo filii eius, a patre dum adhuc viveret speciali mandato edocti, ad tantam producerunt altitudinem, ut collis ipse omnibus vicinis sit edicior et sublimior suo cacumine humano elaborato opere et tanti viri sarthophagum<sup>b</sup> et propensum Polonorum pro traducenda nominis sui ad posteros memoria et tribuenda illi immortalitate eciam in hoc tempus favorem ostendet. Que eciam sepulcri edicioris formacio Romanum eum fuisse convincit, ut ea fabrica conditorem Urbis Romulum, sepulcrum in collis modum ex petra congestum habentem, pro viribus exprimeret.

*Post mortem Gracci Libussa filia eius,  
rustico Przemisl sibi in coniugem accepto, regnavit in Bohemia*

<sup>c</sup>Czechorum gens, aput quam Graccus<sup>3</sup> pro sua industria et virtute eciam principatum memoratur gessisse, Lubusszam<sup>4</sup> unam ex tribus filiabus, quas Bohemis relinquebat, in dominam et principem assumit, que fastidium populi<sup>d</sup> iniquo animo imperium muliebre ferentis sedatura, rusticanum quendam hominem, ruri et agriculture vacantem, boves et aratrum relinquere coactum, Przemisl<sup>e</sup> nomine, in coniugium et in regnum accersiit. Cuius successio et posteritas in plures filios et nepotes derivata usque ad tempora Johannis<sup>6</sup> Ceci Luczemburgensis Bohemis | impe- aut. | 50\*\*  
ravite<sup>e</sup>, in Wyenczslao<sup>7</sup> rege aput Olomunyec<sup>8</sup> occiso extincta. Licet septennio integro regimine Przemislai, uxore Libussa fatis intercepta, femine Valasta<sup>9</sup> virgine duce, Amaszonum<sup>10</sup> morem et ingenium sortite, cladibus aliquot viros et eorum exercitus } HPI 69  
sternendo perturbassent, dolo magis et astu per Premislaum tandem debellate et confracte quam viribus<sup>f</sup>.

<sup>a</sup> primo interceptus    <sup>b</sup> Graci sepulcrum manu XVI s. in margine    <sup>c</sup> in aut. textus incipit sine intervallo; Lubussa regni Bohemie dux manu XVI s. in margine    <sup>d</sup> Ed. Crac., populorum aut.    <sup>e</sup> Bohemia a feminis septennio moderata manu XVI s. in margine    <sup>f</sup> intervallum 3 versibus scribendis aptum vacuum relictum

*Lech Gracci filius, necato Gracco fratre, in principem assumitur ;  
tandem detecto facinore, privatus dominio, misere obiit*

<sup>a</sup>[E]xpletis diebus luctus<sup>a</sup>, quibus universi de primoribus Polonorum super morte Gracci, iusta eciam funeri persolvendo, erant occupati, ad surrogandum in tronum Gracci alium principem curas intendunt. Reliquerat autem Graccus duos mares<sup>b</sup>, Graccum et Lechonem et terciam filiam Wandam<sup>c1</sup>, in spem successionis genitos, hosque moriens proceribus Polonorum commendaverat, enixis precibus rogans, ut, beneficiorum suorum memores, prolem suam dignam principatu iudicarent unumque ex filiis in sede sua constituerent. Minor itaque natu Lech maiorem natu fratrem Graccum sibi in principatus successione tum racione primogeniture etatisque magis mature, tum racione benivolencie et prestancie virtutum et morum, quibus germanum anteibat, metuens anteferri et se contemptum iri, temporis opportunitate servata, fratrem maiorem natu clandestine obtruncavit<sup>2</sup> et lacerum cadaver pressum zabulo abscondit. Et ne ob paricidii crimen excluderetur a regno, fratrem mentitur venacioni operam dantem et audacius, quam sat erat, in beluas grassatum, occisum; relacioni quoque, quo facilior daretur credulitas, fictas lacrimas admiscet. In hunc morem<sup>d</sup> Polonorum proceribus circumventis et delusis rex ab eis constituitur et primus illi decernitur principatus; quem cum annis pluribus tenuisset et non minori illum omnes Poloni quam parentem colerent fide, obedientia et devocione, perpetrati fratricidii scelere primum secretis rumoribus gliscente, expost vero certa indagine illustrato patefactoque, omnibus invisus esse cepit, tantumque odium procerum Polonie in eum ob impium scelus et immeritam fratris necem conflatum est, ut illum a sede principatus deiicerent et perpetui exilii pena in detestacionem et horrorem facinoris per eum admissi mulctarent, non mediocri ob eam rem commendacione digni, quod paricidii ambicionisque reatum equissimo expiaverunt remedio, nec passi sunt tam atrocis piaculi auctorem sibi diucius imperare. Aliis placet Lech<sup>e</sup> prefatum neque exilio, neque alia

**HPQ70** pena pro patrato fratricidio punitum fuisse, sed divinitatem, omnium iniuriarum ultricem, prolis fecunditatem illi et subditorum caritatem ac benevolenciam ademisse: quapropter tam consciencie in fratrem necis furiis, quam Polonorum

<sup>a-a</sup> l. o.    <sup>b</sup> in rasura, in exordio verbi vestigia erasae litterae f cernuntur    <sup>c</sup> Graccus duos filios videlicet Graccum et Lechonem ac filiam Vandam reliquit heredes manu XVI s. in margine    <sup>d</sup> modum Ed. Crac.  
<sup>e</sup> Graccum scribae errore in aut., Lech cf. Ed. Crac. adn. 12

iustis odiis vexatus, merore et anxietate contabuit et nullo memorando edito actu e vita inglorius et detestandus discessit. Quicquid tamen sit, certum est illum nullo superstite relicto diem obiisse<sup>a</sup>. |

*Lechoni successit Wanda soror,  
que spreto Rithogari Almanni connubio post partam de ipso victoriam,  
in Wyslam diis se immolandam submersit et in Mogila sepulta est.  
Inde Vandali dicuntur Poloni*

<sup>b</sup>[U]troque Grakkonis<sup>b</sup> filio absque liberis ex<sup>c</sup> humanis rebus absumpto, principatus aut.[51]\*\*  
Polonorum gubernacula unice filie Gracci, que Wąda (quod hamus in Latino sonat) nominabatur, Polonorum universali consensu delata sunt. Tantus enim amor Gracci apud omnium Polonorum pectora insederat, tantum probitas eius et in amplianda defendendaque patria virtus recenti memoria virescebat. Accedebat forme tantus decor et omnium lineamentorum tam venusta speciositas, ut omnium intuentium in se mentes affectionesque solo aspectu<sup>d</sup> converteret, natura dotis sue munera<sup>e</sup> prodiga largitate in illa effundente. Unde<sup>f</sup> et ab ipsa forme pulcritudine id nomen nacta erat, cum rutilancia speciei sue singulos quasi hamo in sui amorem admirationemque converteret, venusto vultu, aspectu decoro, eloquens in verbis atque omni pulcritudine composita auditoribus dulce prebebat alloquium. Spes autem omnium procerum Polonie mentes haud dubia tenebat, principem aliquem prudentia et divitiis insignem, quo amplior Polonie regionibus dominiorum vicinorum perveniret accessio, Wande virgini, que usque in diem illam quoslibet procos repudiaverat, se sociaturum<sup>g</sup>, cum plures illam quam ante, forme excellencia et dominiorum amplitudine illecti, verisimiliter forent procaturi. Sed hec regni paterni solium sortita alto magnoque animo omnium eam procancium, presertim iuris sui se factam videns, repudiabat connubia et tam salubriter, tam provide et iuste singulas Reipublice dominii sui regebat gubernabatque partes, ut singulis eius factivitas et industria cederet in stuporem, mirantibus cunctis, et id quadam } assercione usurpantibus virilem animum in sexu muliebri insedissee, dum et sapientes maturique viri sententias<sup>h</sup> suas magno eveherent preconio, et hostiles animi in eius aspectu HPQ71

<sup>a</sup> ad finem paginae intervallum 6 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>b-b</sup> l. o. <sup>c</sup> primo et <sup>d</sup> in rasura <sup>e</sup> Ed. Crac. munere aut. <sup>f</sup> Wande Gracci filie principatus manu XVI s. in margine <sup>g</sup> Ed. Crac., sociaturos aut. <sup>h</sup> sententiasque aut. et Ed. Crac.

et facecia succumberent<sup>a</sup>. Cum sub regimine et auspiciis Wąde Polonorum res atque opes florentes essent, Almanorum ea tempestate princeps Rithogarus<sup>b1</sup>, et genere et potencia illustris et Regno Polonorum vicinus, opinionem celebrem Wąde virginis, que per ora multarum regionum sonabat, audiens et sperans tam illius forma quam Polonorum Regno potiri, procos mittit solennes, Wąde nupcias sub belli denunciacione petituros. Sed cum a Wanda, que celibem vitam se custodituram devoverat, aliquociens promissionibus et precibus nequicquam resumptis, vacui rediissent, Almanorum princeps Rithogarus intelligens virginem Wandam precibus et oblacionibus amplissimis frangi et ad tedas coniugales perlici non posse, dolens quoque se contemptum et repudiatum iri, collecto ingenti exercitu Poloniam intrat, quod<sup>2</sup> precibus non poterat, armis confecturus. Nichil autem Wanda Polonorum regina rumore belli territa<sup>3</sup>, sed copiis Polonorum in unum celerrimo edicto coactis, exercitui occurrit Almanico copiamque facit decernendi. Substitit paulisper Rythigeri animositas, et precibus iterandis perprius melius quam armis utendum ratus, aliquot ex purpuratis suis ad Wandam virginem armis dimicare paratam transmissis, thorum expetit, divicias suas enumerat, potenciam ostendit, minas subnectit, existimans femineum animum utcumque vel precibus vel minis frangi et emolliri posse. „Oratum“ inquit<sup>c</sup> „ad te regina Wąda nomine principis nostri Rithogari venimus, parem te ut illi thori coniugem largiaris, sponsum habitura viridem, opibus et potencia pollentem, amplissima tibi largiturum<sup>d</sup> dotis munera, si tuum assensum suo non negaveris coniugio, si minus, armis te ad id impulsurum“. Illa, medius fidius, constantis et virilis animi femina: „Adeone“, respondet legatis, „tenuis sortis et coniugii | indiga vestro principi mulier visa sum, ut regni mei aut. | 52\*\* celebritate et potencia deposita, gravis quoque iniurie, quam regno meo invaso intulit infertque, oblita, me illi subiectum iri cum regno consentirem, decusque regni confunderem? Proinde renunciate duci vestro, et suum et<sup>e</sup> cuiuslibet alterius connubium me perosam esse, sacius quoque ducere<sup>f</sup> dominam me, quam dominantis coniugem, appellari. Bellum mihi indixit, bellum paret; turpe putet stando acie, HPIQ72 et virum et<sup>g</sup> principem, omisso Marte, de Venereis transiġgere, armisque neglectis coniugalia tractare“. Quo responso edito, signa canere et suos armis correptis iubet in aciem descendere, hostilem et superbam denunciacionem sibi a legatis ingestam

<sup>a</sup> *terminatio verbi emendata, primo succumberet*    <sup>b</sup> Rithogarus Almanorum princeps Vande connubium petit manu XVI s. in margine    <sup>c</sup> Ed. Crac., inquit aut.    <sup>d</sup> *terminatio verbi emendata*    <sup>e</sup> *superscriptum*  
<sup>f</sup> *extremum e in rasura*    <sup>g</sup> cf. adn. e

victricibus armis humiliatura. Verum dum Almanorum milites precipui vltum Wąde Polonorum regine diligentius contemplati fuissent, volentes experiri eorum, que aput eos[.....]<sup>a</sup> fama de singulari eius pulcritudine wlgaverat, veritatem, omnium subito corda, tam eorum qui viderant, quam ceterorum, qui a referentibus audiebant, mollita et in quandam thabem soluta sunt, ut omnes concorditer certamen futurum, quod et pro causa iniusta<sup>b</sup>, et cum exercitu potencie gerendum sciebant, aperta publicaue denunciacione detractarent, asserentes se sacrilegium horrescere non prelium, nec velle pro causa noxia et impia notorium subire discrimen; a certaminis loco divertunt in castraque reversi nulla poterant ad decernendum aut castigacione aut persuasione armis resumptis induci. Vehementi itaque mentis afflictione deieccionequae princeps consternatus Almanorum Rythogarus, quod omnia ei secus quam speraverat evenerant, ne ad penates redire<sup>c</sup> inglorius, a vicinis quoque ludibriorum pati cogeretur obprobria, qui illum solo muliebri aspectu commentarentur devictim, fati diem preoccupandum statuit, convocatisque militibus ait: „Quoniam“ inquit, „a vobis desertus, omni morte amariorem<sup>d</sup> iniuriam hanc reputo, et qui bellum ultro inferebam, sine bello superor — Wąda<sup>1</sup> enim mari, Wąda<sup>2</sup> aeri, Wanda terre imperans, deorum immortalium voluntate vos effecit pavidos et imbelles, corda quoque vestra solus eius conspectus infascinavit, et in vestrum meumque dedecus perpetuum convertit — ego tamen, o proceres et commilitones mei, pro vobis solennem hostiam inferis me ipsum devoveo, hanc tamen vobis a diis, quos peto quosque desero, imprecor sortem, ut tam vestra, quam vestrorum filiorum et vestrorum nepotum progenies, pro expiando scelere in me admisso, sub femineo consenescat imperio“. Gladioque<sup>e</sup>, quem acumine contra se verso gerebat, corpore inermi incumbens vita expiravit<sup>f</sup>. Wanda autem cum primoribus Almanorum federe celebrato, et inito<sup>g</sup> maximoque bello unius voluntaria extinccione confecto, exercitum incolumem cum triumphali pompa Cracoviam reducens, cum magna reverencia et solemnitate recepta, pro tam magnifica et insigni victoria, pro tam felicibus successibus, quibus in omni vita sua supra ceteros mortales abundabat, primum diis suis ad omnia pulvinaria per dies triginta supplicacionem pro re bene gesta decrevit, qua rite expleta, se ipsam spontaneam victimam diis offerendam statuit<sup>h</sup>, errore illius seculi lapsa, quo tale quid gratum diis, ardu-

HPN73

<sup>a</sup> loco s litterarum erasarum <sup>b</sup> in Dlugossii manu superscriptum <sup>c</sup> cogeretur in aut., omissum in Ed. Crac., <sup>d</sup> Ed. Crac., amarius aut. <sup>e</sup> Sic fatus gladio, additum in Ed. Crac. adn. 9 <sup>f</sup> se privavit Ed. Crac. adn. 10 <sup>g</sup> miro Ed. Crac., <sup>h</sup> secundum t posteriore tempore adscriptum



umque et heroicum facinus putabatur, simulque ne accionum eius uniformis splendor et felicitas aliquo casu adverso fuisset caligata. Proceribus itaque convocatis Polonorum, victimis perprius cesis et sacrificio more patrio rite peracto, in quo et gracia de prestitis donis exsolvebantur et imponebatur precacio, ut sibi partis *aut.*|53\*\* melioris concederetur aput inferos sedes, | de ponte in amnem Wyslam saliens<sup>a</sup>, undis fluvii prefati Vysle se donat, quibus prefocata mortem oppetiit, ac supra fluvium Dlubnya uno<sup>b</sup> a Cracouia miliario in campo sepulta<sup>c</sup>. Res aput posteros plus admiracionis habitura quam fidei, sepulcro quoque idem honos qui paterno servatus: terrena enim mole collis in altum erectus bustum suum illic in hanc diem testatur, a quo et loco nomen Mogyla<sup>d</sup> inditum est. Quod munus supremitatis tam Gracco quam Wande pro merito nemo a Polonis datum ambigit: tali enim utrumque perpetuitate celebrandum decreverunt. Fluvius insuper Wysla cognomen a Vanda regina Wandalus<sup>2</sup> sortitus, <sup>a</sup>gentes quoque<sup>d</sup> Polonice ab illo a plerisque scriptoribus et gentibus Wandalite nuncupantur, licet vetus fluminis nomen novo non sit abolitum, quod Albule<sup>3</sup>, qui nunc Tiberis<sup>e</sup>, Romam perfluenti<sup>f</sup>, a Tiberio<sup>4</sup> in eo submerso legimus contigisse.

*Przemislao Nimislaus, et Nimislao Mnatha successit in regnum Bohemiae,  
Mnathae Unislaus et Wratislaus, Unislao Grzymislaus,  
qui patrum Wratislaum regnum ambientem occidit*

§[P]rzemislai<sup>g</sup> principatu per mortem aput Bohemos finito, duobus filiis suis immaturo funere absumptis, tercius morienti seni Przemislao succedit Nimislaus<sup>5</sup> nomine, segnis et in omnia tardus et piger, mollis quoque et lasciviarum sectator. Nimislao Mnatha<sup>6</sup> successit; quo excedente<sup>h</sup> duo filii sui Vnislaus<sup>7</sup> et Wrathislaus successere, quorum alter videlicet Unislaus aput Pragenses, alter Wrathislaus aput Zatheczenses, patre ordinante, dominatum sortiti. Ex Vnislao natus est Grzymislaus<sup>8</sup>, qui et Nyeklam dictus, vir pavidus et ignaws. Cuius ignaviam patruus suus Wrathislaus animo meciens et universam dicioni sue Bohemiam subicere destinans, in nepotem (iam enim pater obierat) movet arma et plura adversus eum feliciter gerens,

<sup>a</sup> terminatio verbi in rasura    <sup>b</sup> o correctum in aut.    <sup>c</sup> Vande Graci filie interitus et precipitacio manu XVI s. in margine    <sup>d-d</sup> gentesque Ed. Crac.,    <sup>e</sup> dicitur additum in Ed. Crac.    <sup>f</sup> perfluyente aut., preterfluenti Ed. Crac.    <sup>g-g</sup> l. o.    <sup>h</sup> e vivis additum in Ed. Crac.

in finale nepotis et gentis, que illi parebat, lactantibus eciam non parsurus, } excidium HP174  
 grassabatur; et pugna acerrima in campo, cui Tusco<sup>1</sup> nomen est, commissa vincit  
 Nyeklam patrum suum Wrathislaum, in locum suum Sdercio<sup>2</sup>, corpore sibi  
 perquam simili, sed animo et fortitudine dispari, in ducem constituto, et universas  
 illius copias confligit. Ambobus autem ducibus, videlicet Wrathislao et Sdercio,  
 in huiusmodi conflictu cadentibus, Nyeklam rerum summa potitus est. Inventusque  
 Wrathislai filius impuber principi Nyeklam traditus, qui misertus patruelis et  
 etatis, educandum illum Dvringo<sup>3</sup>, qui patri pueri amicissimus erat, tradit. Qui  
 ceca cupidine captus, tanquam gratiam Grzimislaui initurus, caput puero piscature  
 operam danti aufert atque illud ad Nyeklam defert, asserens se puero enecato solium  
 suum firmavisse. Verum Nyeklam impium scelus perosus, obiurgato carnifice,  
 quod illum neque amici memoria, neque innocentis pupilli miseratio a scelere revo-  
 carit, Dvringum in patibulum egit.

*Mortua Wanda sine haerede, Poloni libertatem resumunt,  
 et duodecim creant praefectos, qui diu durant*

<sup>a</sup>[P]rincipatus iugo ex morte<sup>a</sup> <sup>b</sup>Wande Poloni<sup>b</sup> soluti, ad formandum<sup>c</sup> libertatis  
 statum omni aspirabant intencione. Hec est enim<sup>d</sup> omnium rerum quidam  
 instinctus et vicissitudo, ut presentibus et recentibus, in quibus versamur, ea que  
 non attigimus vel deseruimus, credantur pociora. Abrogato<sup>e</sup> itaque unius regimine  
 et principatu, duodecim prefectos iuxta numerum provinciarum<sup>4</sup>, que tunc Regno  
 Polonorum subiciebantur<sup>f</sup>, creant, eosque vulgari suo *woyowodas*<sup>5</sup>, id est exercituum  
 ductores, appellant, | illisque regimen provinciarum et bellorum administrandorum. aut. | 54\*\*  
 committunt, ut pro defendenda patria tutandaque ab hostili invasione diligentes  
 excubias facerent, et quociens id exigeret necessitas, delectus agerent et vocarent  
 quoslibet ad arma, copiasque in hostes ducerent, et disciplina quoslibet contumaces  
 et rebelles cohercerent: pace autem reddita iura populis subiectis redderent. Que  
 consuetudo illo tempore cepta, per multas successiones traducta, eciam in hanc  
 diem aput Polonos manet, et vetusti priscique temporis speciem praefert. Nam  
 quilibet ducatus et provincia *woyewodam* seu palatinum<sup>6</sup> solariatium<sup>g</sup> ex publico

<sup>a</sup>-<sup>a</sup> l. o.    <sup>b</sup>-<sup>b</sup> in rasura    <sup>c</sup> firmandum Ed. Crac.    <sup>d</sup> superscriptum    <sup>e</sup> Poloni abrogato principatu  
 XII vayevodas constituunt manu XVI s. in margine    <sup>f</sup> subiacebant Ed. Crac.    <sup>g</sup> salariatium Ed. Crac.

HPD75 habet, qui et [..<sup>a</sup>] maiores causas sue provincie cum aliquibus } aliis magistratibus illi pro consilio iunctis iuxta iura Polonorum municipalia constituto iudiciorum tempore decedit; exercitum sue provincie ad bella producendum<sup>b</sup> lustrat, gubernat et precedit, exiliatis et proscriptis, dummodo iuri parere se astringant<sup>c</sup>, salwm conductum<sup>d</sup> largitur. Ministeriales publicos creandi, cetusque et convenciones particulares sue provincie celebrandi, pondera et mensuras instituendi, ceteraque, quibus regulatur relevatur et gubernatur provincia, sibi et non alteri est atributa facultas. Unde et maiores natu, et qui crassiora sortiti sunt ingenia, ad gerendum hunc magistratum <exquiruntur><sup>d</sup>, cum ex illis salus vel perniciēs Reipublice dependeant; fungunturque pene eadem auctoritate sub regibus et principibus, quibus stante libertate et imperio regum et principum abrogato fungebantur. Regebantur autem Polonorum provincie per huiusmodi duodecim *woyewodas* et prefectos annis multis, unoquoque *woyewodarum* predictorum enixius pro administranda iusticia, pro defendenda patria et libertate operam navante<sup>e</sup>, ne gravior duriorque Polonorum offensio desiderium creandi principem animos incenderet et statum libertatis, quo res eorum publice et private vehementer infloruerant, pessundaret.

*Grassantibus per Poloniam Pannonis et Moravis,  
dum palatini non possent resistere,  
Przemislaus miles astu et imperio superavit,  
et publico edicto cligitur in principem*

†S]tante<sup>g</sup> florenteque<sup>f</sup> Republica Polonorum sub gubernacione duodecim palatinorum seu presidum annis multis, rursus dum Poloni more ingenii humani gubernacionem palatinorum pertesi, desiderio novi principatus tenerentur, credentes se sub<sup>h</sup> eius regimine magis feliciter victuros, temporis opportunitate ad explendum gravidum iam et maturum desiderium sunt adiuti; duplex enim et uterque in grandi et frequenti numero, ex Pannoniis primum, deinde ex Moravia, quibus cetera nationes prebuere solacia, in Polonorum regiones concitatus hostis copias deducebat, Polonos sui iuris adempta libertate facturus. Quibus etsi Polonorum turme sub

<sup>a</sup> si erasum in aut.    <sup>b</sup> Ed. Crac., producentem aut.    <sup>c</sup> astrigant Ed. Crac.    <sup>d</sup> Dlugossii manu in margine  
<sup>e</sup> novante aut.    <sup>f</sup> l. o.    <sup>g</sup> Iterum imperium XII voyevodarum abrogatur per Polonos manu XVI s. in margine    <sup>h</sup> Ed. Crac., sbus aut.

ductu et auspiciis suorum palatinorum occurrissent, et prelio conserto<sup>a</sup> pro viribus dimicassent, levam tamen et adversam fortunam experti et cladem hostilem aliquociens perpassi, { de summa rerum cepit illos anxietas et formido, dum hostes continue palantes per agros predas agerent et libera licencia vagarentur. Omnibus itaque Rempublicam Polonorum, exercitibus deletis hostibusque dietim grassantibus, existimantibus amissam, vir unus restituit hanc retinuitque. Erat ea tempestate inter Polonos vir quidam impiger Przemisl<sup>1</sup> nomine, industrie disciplineque militaris aliquanto, quam pro sorte in qua erat, experciior, ingenio denique atque industria, quam prosapie genere maior, iusticie opinione insignis, ac aput vlgares propterea celebris et vir multiplici prestancia clarus, que res cerciori spe Polonos, <quam><sup>b</sup> que oculis subici potest, impleverant, cui ad naturalem indolem frequens preliorum, in quibus militaverat, accesserat exercitacio. Is cum aput hostes omnia negligencius agi explorasset, ad consilium magis dolosum quam audax animum adiecit, et secum tacitus circumspiciens diuque agitans, quam arte hostilis superaretur potencia, quam languidis suis viribus rebatur frangi non posse, solerti rem insolitam animo excogitat et vani<sup>2</sup> terroris vaneque ad pugnam simulacionis instruit apparatus. Simulacra siquidem galearum in crebra multitudine, | in collibus castris hostilibus confrontatis, primo mane sole oriente ordinat suspendi. Quarum reverberacio solis causata radiis, adeo hostilem exterruit exercitum, ut universi certatim armis utcumque comprehensis, nulla lege, nullo ordine servatis, illuc, ubi micantes galeas viderant, pervicaci cursu concurrerent, novam victoriam de Polonis relaturi. Verum dum ad loca, in quibus ab illis simulacra galearum conspecta erant, pervenissent et nullas illic Polonorum acies, sed nec prius visas galeas (repente enim illas exercitum Pannoniorum et Moravorum armari videns, avertendi illos ab eius, quam conceperant, opinionis causa Przemisl subduci mandaverat) comperissent, diffugisse Polonos, qui aparuerant, rati solucioribus ordinibus in stativa revertuntur. Przemisl vero occasionem bene gerendi belli, quam quesiverat, se videns magis simultate et arte, quam veris viribus consecutum, Polonorum milites, qui se illi iunxerant, animat hortaturque ad pugnam, certam illis spondens, si et ipsi quoque devoverint ad vincendum animos, victoriam. Atque ita illis acerrimum<sup>c</sup> ad triumphandum conceptum infundens, ut ea aggredi auderent, quod non ausuros eos hostes verisimiliter <rebantur><sup>d</sup>, a tergo et a lateribus sompno stratos et corpora

HP176

aut. | 55\*\*

<sup>a</sup> Ed. Crac., conferto aut.    <sup>b</sup> Dlugossii manu adscriptum    <sup>c</sup> acer in rasura aut.    <sup>d</sup> Dlugossii manu in margine

HPN77 curantes prima vigilia hostes agressus fortissime et audacissime, alienatis<sup>1</sup> a memoria periculi Polonorum {sensibus et hostium tela intrepide excipientibus, dimicat et plurimis occisis, ceteris omnibus metu nimio percussis fugientibus, hostiles copias cum paucis prosternit et devincit castraque hostium pluribus rebus et spoliis referta capit predamque illic repertam militibus concedit. Facile hostium fugientium multitudo poterat deleri aut capi, sed Przemisl patriam liberasse et hostem vicisse contentus, fugientes insequi vetuit. Tantus autem<sup>a</sup> ob defensam liberatamque patriam erga Przemislaum amor esse cepit, ut tam militari quam vlgari favore dignus imperio acclamatus<sup>b</sup>, mox in Polonorum monarcham et principem universorum suffragiis et consensu crearetur. Ab eo autem tempore, prisco nomine abrogato, Lestek appellatus est, quod signat<sup>c</sup> vafer et dolosus: eo, quod astu, vafricie et calliditate magis quam armis et robore hostilem et aliquociens victorem exercitum superarit sive (quod magis verum reor) ne quid illi ad condicionem et auctoritatem principis deesset, nomen vetus et comune principum Poloniae ei impositum, quod a Lechone primo ceteri principes ex eo descendentes appellacione diminutiva, que singulis fere gentibus in usu est, vocabantur Lesthkones,<sup>d</sup> <non Lechones; quod quidem nomen in generacionibus principum Poloniae in tempora nostra traductum perseverat><sup>d</sup>. ||

aut. III || IV  
sex.

*Mortuo Przemislao, multis principatum ambientibus,  
Poloni decernunt cursum equorum ad columnam erectam,  
ut qui prius eam attigerit, rex sit.  
Lestek clam uncos in terram, per quam erat currendum, recondit, et ita,  
dum ipse equi sui pedes ferreis soleis munisset,  
et aliorum laesi claudique essent, primus accurrit et rex acclamatur.  
Sed dum alter quidam iuuenis, quod pedes spatium cursus circumiens,  
secundus ad columnam accurrerat, priore ob dolum occiso,  
rex Lestko appellatur*

aut. | 57\*\* eL]estkonis<sup>f2</sup> seu Przemislaie<sup>e</sup> principatu annis aliquot continuato et felicibus successibus finito (nemo enim in diebus suis ausus fuit regiones Polonorum bello

<sup>a</sup> vero Ed. Crac. <sup>b</sup> Premisl in monarcham eligitur qui alio nomine Lestko dicebatur manu XVI s. in margine <sup>c</sup> significat Ed. Crac., <sup>d-d</sup> Dlugossii manu adscriptum, deinde spatium ad finem paginae 13 versibus scribendis aptum vacuum relictum subsequens pagina 56 item tota vacua relicta <sup>e-e</sup> l. o. <sup>f</sup> Lestko sine herede moritur XVI s. manu in margine.

publico, principante eo, invadere, Pannoniis et Morawis magna clade perdomitis) nowm inter Polonos de surrogando principe subortum est discidium, nova et varia post mortem suam generata sunt principatus studia. Prefatus enim Przemislaus seu Lestek nullam sue posteritatis in virili aut femineo sexu reliquerat progeniem, propter quod, illo mortuo, ad occupandum principatum plurimorum animi variis respectibus incitati aspirabant; alium enim instigabat genus, alium divicie, alium factivitas, alium industria, alium consanguineorum crebra suppellex, alium maiorum clare ymagines. Hinc quoque effectum est, ut postquam comiciorum dies ad eligendum nowm principem advenisset, varia quoque ambiencium principatum apparuerent tam studia quam ingenia, que unusquisque ad se iuxta vires rapere conabatur; pluribus itaque diebus super novo eligendo principe necquicquam consumptis, intendebatur amplius, quam remittebatur petencium illum ambicio, nec finis monstruose eleccionis, suffragiis eligencium in plures divisis, aliis alium ordinari cupientibus, sperabatur. Ne tamen fedum eligencium disturbium, quod in apertas et publicas contenciones atque scismata emulacione eligencium, crebra eciam strage et interitu multorum propterea subsecuto<sup>a</sup>, veritum est prodiisse, ne in universe Reipublice vergeret atque serperet periculum et discrimen, post longas altercaciones<sup>b</sup> ad sedandum exortum disturbium hec via consensu omnium reperta captaque est: ut certo tempore ad id constituto et deputato firmaretur columpna, qua omnes principatum Polonorum ambientes, equis distinctis et varias maculas seu colores in corporibus habentibus, velociori quo possent cursu a designando et prefiniendo loco<sup>c</sup> peterent, et quicumque ex currentibus primus columpnam attigisset, is Polonorum regimen et principatum, condicione cuiuslibet cessante, pervicaciori cursu sortiretur. Ad assequendum itaque per hanc viam, in qua cuiuslibet fraudis et doli nullatenus posse interponi credebant materiam, utilem et ydoneum rectorem, campestris planicies deprope civitatem Cracouiensem versus fluvium Prandnik sita, et prospectum habens uniformem, placidum et virentem eligitur, columpna figitur, spacia cursorum certis signis et terminis prefiniuntur, singula impedimento- rum<sup>d</sup> obstacula removentur, senes et grandevi proceres, puri et sinceri<sup>e</sup>, ad inspec- tandum iudicandumque currencium merita eliguntur, nobile bravium, principatum videlicet Regni Polonorum, victori et adlethe collaturi. Verum ut est ingenium humanum nullis cautelis circumscribibile, facile via capta est, per quam studiis

<sup>a</sup> subsequuto *Ed. Crac.*, subsecutam *aut.*

<sup>b</sup> *cr in rasura correctum*

<sup>c</sup> *o alio atramento correctum*

<sup>d</sup> *dim in rasura*

<sup>e</sup> *Ed. Crac.*, sinceres *aut.*

humanis repertum decretum dolus supergrediens pervicit. Vir enim quidam vafriciarum et ingeniorum plenus, qui inter petituos per cursum Polonorum principatum ardencior ambiciosiorque habebatur, Lestek nomine, omne campestre spacium, quo ad columpnam | currendum erat, nocte intempesta sine } arbitro, ne a quoquam prodi vel wlgari facinus posset, ferreis oxigonis caute replet et sternit, viridi zabulo, ne posset notari, superiecto, una tantummodo laterali semita, per quam sibi currendum credidit, sine oxigonorum labe et stramento relicta, et certis tantummodo signis sibi notis discreta. Quo facto, non sine ingenti gaudio comiciorum diem, principatum non dubitans ad se perventurum, operiebatur. Interim autem artificiose elaboratum ingenium casus<sup>a</sup> prodidit: duo siquidem adolescentes sortis tenuis et obscure, ad locum palestre solaciandi gracia egressi, ludicro federe inter se paciscuntur, pedestri cursu et itinere columpnam locatam se petituos, eo premio proposito, ut victus victorem semper regem et nominet et salutet. Verum destinatum pactum impleturi in ipso mox primordiali cursu, oxigonis ferreis plantas ledentibus, prohibiti subsistunt ac universam illam planiciem similibus ferris stratam reperiunt; nichil tamen de hiis, que casuali deprehensione invenerant, wlgandum rati, rem omnem silencio pretermittunt. Cumque comiciorum dies advenisset, et plures tam viri, quam adolescentes in discoloribus equis fortunam experturi advenissent, ad palestre locum per eos, quibus huiusce rei cura mandata erat, deducuntur. Universa nobilitate et plebe Polonorum ad tam grande et rarum spectaculum in frequenti numero, exitum nove rei spectatura, concurrente<sup>b</sup>, constitutus idibus octobris currendi dies circumscriptum<sup>c</sup> ex omni parte spectaculum<sup>d</sup>. Stratus arena campus, exstructum proceribus et primatibus regni solium, populi, qui undique [ad<sup>e</sup>] spectaculum convenerant, ora, mentes, oculos in currentes converterant, quibus multiplex, ut fit, metus, favor, misericordia et studium iuxta affectionum qualitates inerant. Cumque omnium regnum petencium ex pari incitatus esset cursus, universorum equi lesuram oxigonorum, quos nullatenus vitare poterant, passi, primum cespitant subsistuntque, et ad extremum concidunt, sessoresque suos vehemencius illos urgentes deiiciunt, remorantur aut sternunt. Solus Lestko oxigonorum dolosus iactor, qui et ungulas equi sui babatorum ferramentis undiquaque accuracius sepiverat, ut eciam oxigonorum, si in illos aliquo eventu incideret, fefel-

<sup>a</sup> ca in rasura    <sup>b</sup> conveniente Ed. Crac.    <sup>c</sup> omissum in Ed. Crac.    <sup>d</sup> sic aut., praebuit additum in Ed. Crac.    <sup>e</sup> additum in Ed. Crac.

lisset discrimen, semita non infecta gradiens, primus et solus, non sine comitum et spectantium stupore et admiracione, ad columpnam eques et prior pervenit et columpnam velut victor et adletha apprehendit. Sed nec alter ex duobus adolescentibus, quos pridem ludibrii pacto cuccurrisse[..<sup>a</sup>] monstravimus, qui pauciora ab oxigonis vlnera contraxerat iamque sanitati redditus erat, palestram illam negligendam { duxit; quinimo equestri termino<sup>b</sup> ad currendum dato, expressoque tempore *HPQ80* mox et ille itinere arcuali et cursu obliquo, non sine populari ridiculosa vociferacione et cachinio, pedibus concito rapidoque cursu ad statuam secundus pervenit. Quamvis autem Lesthek primus in equo maculoso iuxta condictum ad columpnam pervenisset et rex princepsque ab universis consalutatus esset: mox tamen per competitores suos de evidenti incusatur fraude, causamque dicere coram iudicibus ad inspiciendum currencium merita <constitutis><sup>c</sup>, | est compulsus. Producentur autem in *aut. 159\*\** evidenciam patrate fraudis omnes equi sui quatuor ungule ferro undique circumvolute, illoque evidenti documento strator iactorque oxigonorum et publici instituti vafer temerator esse convincitur omniumque iudicum concordi sententia ambitus reus et doli artifex dampnatur. Dampnacionis autem in illum prolato decreto a competitoribus suis, quos fefellerat, et ceteris, qui illius exquisito irascebantur facinori, membratim laceratus et discerptus est, fraudis sue penam meritam pendens atroci supplicio. Concordi autem universorum instinctu et acclamacione adolescens ille, qui pedestri cursu statuam iocabundus contigerat, dignus principatu iudicatus, in tronum regium extollitur et sublimatur, et sibi, quamvis sortis (ut prediximus) esset obscurioris, singulorum consensu defertur principatus, decernentibus cunctis sincere illum iuxta edictum legis principatum meruisse. Ne quid autem ad principandum priscum nomen officeret, abrogato vetusto Lestek vocatus est: celebre enim id nomen aput Polonos protunc habebatur, ut eciam quos ir principatus dignitatem assumerent, illo<sup>d</sup> quasi quodam caractere insignirent. Sic pro uno eodemque tempore sacrosacer regie maiestatis magistratus et fraudulentus ambiciosoque homini cum sua pernicie negatus est, et humili simplicique viro cum summa eius laude collatus, <sup>e</sup><verificatumque tunc est veridice scripture eulogium: „Multi consederunt in throno, sed insuspicabilis portabit dyadema“><sup>e1</sup>.

<sup>a</sup> 2 litterae erasae · <sup>b</sup> termine aut. · <sup>c</sup> Dlugossii manu in margine · <sup>d</sup> illos Ed. Crac. · <sup>e-e</sup> Dlugossii manu intervallo 18 versibus scribendis apto insertum



*Quomodo Lestek, partis de hostibus multis victoriis,  
diu et pacifice multis virtutibus decoratus regnavit*

<sup>a</sup>Obscuram<sup>b</sup> autem sortem<sup>a</sup> condicionemque suam in fastigium regale mirabili providencia Divinitatis evectam tantis Lestek heroicis extulit operibus, tot virtuosis illustravit accionibus, ut non in rusticano tugurio natus, sed a regalibus thronis parentibusque ingenuis ortus crederetur. Animus illi liberalis, vastus et impiger, audaciaque ferax, qua non solum vicinorum hostium dominia sua invadencium impetus represserit, sed eciam Pannoniis, Morawis, Bohemis, Theutunicis aliisque in circuitu nacionibus bella ultro intulerit, in quibus gerendis solercia et felicitate usus, nonnullos hostium magnis preliis fuderit, ceteros terris et fortunis mulctaverit. Si quando <sup>aut.</sup>60\*\* vero forinsecus hostis deesset, ne militum corpora longa | quiete hebetata languescerent, curias indicit, ludos hastarum et simulacra pugnarum ceterosque actus militares instaurat, victoribus et adlethis premia proponit, et ea cum magna animi alacritate inter vincentes partitur. Que quidem actum militarium et luctarum continua instauracio et caritatem illi aput vincentes milites magnopere procuravit, et milites ad gerenda bella continua armorum exercitacione atque usu effecit constantes atque pronos. Tanta insuper liberalitate et in domesticos et in advenas resplenduit, ut sepe maluerit ex largicione egere, quam per tenacitatem ex abundancia ditescere. Nullum<sup>c</sup> bene meritum remuneracione negligens, aut petenti aut egenti patrocinii sui suffragium recusans, ut non rex, sed omnium indigencium saluberrimus provisor putaretur. Parco autem et castigato victu contentus, maximus ebrietatis et crapularum osor habebatur; mensam denique suam admiranda providencia parsimoniaque venustaverat, ut omnibus quidem vescentibus dapes sufficerent, ingurgitacionis vero occasio procul abesset. Exigua hec forsitan et minus admiranda in principe viderentur, nisi et hiis omnibus unum specimen virtutis<sup>d</sup> cetera supergradiens adiecisset. Eam enim animi continenciam modestiamque, quam dum privatus esset (a virtute mutuam, an a natura datam, incertum est) habuerat, in regalem fortunam pertulit, eiusque usum in omni tempore vite sue servavit. Sepe quidem in actibus publicis, quociens illum clamide regia vestiri aliqua necessitas<sup>e</sup> impulisset, tociens pannos et vestes hirsutas et ignobiles, in quibus suscepit regnum, super verticem suum in eminentiori loco iussit extendi, quatenus habitus ille originarie

<sup>a-a</sup> l. o.    <sup>b</sup> Lestek ex humili genere in principem deligitur manu XVI s. in margine    <sup>c</sup> Lestkonis secundi laudes manu XVI s. in margine    <sup>d</sup> virtus in rasura in aut.    <sup>e</sup> necessitas aut.

sortis sibi renovaret representaretque memoriam, et ipsum vite necisque civium creatum dominum insolescere non sineret, cuiuslibet pompe, arrogancie et iniurie sibi transgressione interdicta. Ab inicio principatus usque ad vite exitum humanus et clemens, tenuitatem generis originarii neque unquam inficiatus est, quin etiam in decus tulit atque in facinus { pulcerrimum, quod illi in eam principatus ampli- HPD82 tudinem ex sorte humili evehi et ascendere contigisset<sup>a</sup>.

*Lestek filium Lestkonem tertium reliquit haeredem se non inferiorem,  
qui tandem unicum legitimum reliquit filium Pompilium  
regni successorem, et naturales viginti,  
quibus sub ditone eius relictis certas in vita sua terras divisit*

<sup>b</sup>Iusto<sup>c</sup> et modesto regimine<sup>b</sup> dum aput Polonos annis multis Lestek secundus victoriose et feliciter imperasset, longevo senio confectus, ad maturam etatem perveniens, vita excessit. Nonnulli asserunt, hunc Lestkonem in prelio cum Karolo<sup>1</sup> filio Karoli Magni inito victum et occisum; ita enim reperi Martinum Gallicum<sup>2</sup> de eo scripsisse: „Anno Domini octingentesimo quinto imperator Karolus misit Karolum filium suum in Poloniam, qui depopulatis omnibus, ducem terre illius Lechonem occidit, indeque reversus ad patrem<sup>d</sup> in Woszego<sup>3</sup> silva | venatui studen- aut. | 61\* tem invenit“. Ex quo quidem constat Polonos et tunc et inantea bella et cum imperatoribus et regibus finitimis gessisse; sed quo tempore quove ordine aut qua fortuna quibusve ducibus propter literarum et scriptorum, quibus tunc Poloni velut gentiles caruere, penuriam parum constat. Sive itaque naturali, sive violenta morte Lestko decedens, unicum filium sui nominis, Lestkonem tertium Poloni<sup>s</sup> pro herede reliquit, qui ob patris prestantes actus et merita in solium paternum dignus iudicatus est succedere<sup>e</sup>. Nichilo autem paternis moribus, quibus peroptime fuerat institutus, inferiorem se gerens, celebris fama, virtutibus, et gloria aput suos et exteros adeo habebatur, ut patris virtutem et merita transcendisse magis, quam equasse putaretur. Plurima hic bella cum finitimis gerens, nomen et gloriam gentis sue et suum plurimis heroicis nobilitavit operibus; quasdam quoque Polonorum

<sup>a</sup> intervallum 9 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>b-b</sup> l.o.    <sup>c</sup> Lestconis secundi mors manu XVI s. in margine    <sup>d</sup> cum additum in Ed. Crac.    <sup>e</sup> Lestkonis tercii electio et laudes manu XVI s. in margine

Regni provincias sua prudentia et bellica virtute vacillantes, et res novare cupientes, in fido continuit, motusque earum compressit, quasdam eciam denuo expugnatas suo adiecit imperio. Crebris autem vicibus a Pannoniis tunc per Grecos et Italos bello lacesitis, magnis precibus et largicionibus pro administrandis bellis invitatus, legiones Italorum et Grecorum frequentibus victoriis fudit gentemque Pannoniorum, qui et ipsi Slawi<sup>1</sup> sunt, ne Grecis<sup>2</sup> aut Italis tributaria fieret, tam suo et exercitus sui robore, quam arte militari, { qua pollebat, providit. Ex legitima autem uxore unum duntaxat filium, nomen ei Pompilius<sup>a3</sup> imponens, progenuit, quem in spem future sue successionis adhibitis magistris et curatoribus dignis moribus et virtuosis institutis providit educari. Ex pluribus autem pellicibus viginti filios omnes mares suscepit, videlicet Boleslaum, Kazimirum, Wladislaum, Wratislaum, Odonem, Barwinum, Przibislaum, Przemislaum, Jaxam, Semiamam, Semovitum, Semomislum, Bogdalum, Spiczigneum<sup>b</sup>, Spiczmerum, Sbigneum, Sobeslaum, Wysimirum, Czesimirum et Wislaum<sup>c</sup>. Veritus autem Lestek, ne eo ex humanis rebus assumpto super dominiis et principatibus suis contenciones et bella sanguinisque profluvia inter filios consurgerent, filium legitimum Pompilium monarcham et Regni Polonorum dominum constituit, ceteros vero fratres suos naturales sue subiciit obediencie et servituti et iureiurando constringit et obligat mandans, ut sibi in omnibus pareant et illius tribunal atque superioritatem recognoscant. Partitur<sup>4</sup> autem inter viginti filios predictos omnem maritimam<sup>d</sup> e<Slavorum et Rugianorum<sup>5</sup>, Paloborum<sup>6</sup> [s], Obotritorum<sup>7</sup>, Vairensium<sup>8</sup>><sup>e</sup> Cassubitarum oram, versus Misznam et Westfaliam et <sup>f</sup><Oceani<sup>9</sup> fretum><sup>f</sup> se protendentem, <sup>g</sup><et omnes regiones Polonicas<sup>h</sup> sive Slavic[as]<sup>1</sup>, sitas inter fluvi[os]<sup>1</sup> Albiam et Habelam<sup>10</sup>><sup>g</sup>, et cuilibet congruam assignat porcionem. Qui in illis plurimo tempore principatum gerentes plures urbes, castra, municipia atque castella ex suo nomine condiderunt, quas etsi natio Theutonica successione temporum occupasset occupetque inpresens, vetus tamen urbium, castrorum et locorum, quamvis in Almanicum transformata, manet eciam in hanc diem apellacio <sup>k</sup><videlicet Bukkow<sup>11</sup>, Dobin,<sup>12</sup> Brema, Mikelburg<sup>13</sup>, Lunenburg<sup>14</sup>, Aldenburg<sup>15</sup>, Raczeszburg<sup>16</sup>, Sigeburk<sup>17</sup>, Plvnen<sup>18</sup>, Sleszwik, Ilow<sup>19</sup>, Zwerin<sup>20</sup>, Malechow<sup>21</sup>, <Rostokk<sup>22</sup>><sup>1</sup>, Kvczin<sup>23</sup>, Werle<sup>24</sup>. Occupate autem sunt

<sup>a</sup> Lestko tercius Pompilium in suum locum surrogat filium manu XVI s. in margine <sup>b</sup> eu correctum  
<sup>c</sup> Lestconis naturales filii XX manu XVI s. in margine <sup>d</sup> et deletum <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in margine alio atramento <sup>f-f</sup> Dlugossii manu in margine nigro atramento <sup>g-g</sup> cf. adn. e-e <sup>h</sup> Ed. Crac., Polonice aut. <sup>1</sup> as abscisum <sup>1</sup> os cf. adn. h; flumina Ed. Crac. <sup>k-k</sup> Dlugossii manu infra textum adscriptum <sup>1</sup> posteriore tempore Dlugossii manu in margine adscriptum

terre et regiones Slavorum prefate una cum castris et civitatibus per Saxones, Vestphalos, Holandros, Frizones ceterosque Theutonice lingue populos, et successive principes, optimates, nobiles et proceres prefatarum regionum ab Almannis exterminati et eiecti, ad extremum Niclotus<sup>1</sup> princeps Slavorum cum duobus filiis, Przi-bislawo<sup>2</sup> et Warczislao, ab Henrico Leone<sup>3</sup> duce Saxonum deleti. In vicis tamen et rure Slawi rustici generis habitant in hunc diem, <sup>a</sup>nec aliam linguam nisi } Polonicam seu Slawicam, licet corrupto et in pluribus mutato propter commixcionem et vicinitatem aliarum linguarum et nacionum ydiomate, sonant }<sup>-k</sup>. | HPQ84

*De castris per viginti filios Lestkonis aedificatis:  
unde clare apparet, quam ampla olim fuerat Polonorum regio,  
que nunc a Germanis possidetur*

<sup>b</sup>Mencio<sup>c</sup> de filiis<sup>b</sup> naturalibus Lestkonis facta admonet me, ne illorum principatus et dominia urbesque a se conditas et populas absolvam silencio, quatenus Polonorum posteritas intelligat, quantum sit Polonorum regionibus per nacionem Almanicam detractum, cum omnes illas oras atque provincias Almani sui iuris fecerint, licet adhuc in villis et rure Slawonicum genus et lingua vigeat. Cesserat itaque Boleslao primogenito naturali Lestkonis, Barwino et Bogdalo Pomerania inferior, Kazimiro et Wladislao Kassubia, Jaxe et Semiano Serbia<sup>4</sup>, Wratislao Rania, Przbislawo, Czeszemiro et Oddoni Ditivonia<sup>5</sup>, que nunc Olszacia<sup>d</sup>, Przemislao, Semowito et Semomislo Szgorzelicia<sup>6</sup>, que nunc Theutonico nomine Brandenburg appellatur, aliis vero residuis fratribus quedam sortes in huicemodi provinciis consistentes, adiectis quibusdam desertis silvarum et nemorum, fuere consignate. Condidit autem Wislaus castrum Medziboze<sup>7</sup>, quod nunc Meydeburg dicitur, Sobeslaus castrum Daley<sup>8</sup>, quod Dalemburg vocitatur<sup>e</sup>, Wyszimirus castrum et civitatem in ripa maris septentrionalis Wiszimiriam<sup>9</sup> ex suo nomine, que in hanc eciam diem Wiszimiria nuncupatur. A ceteris hec castra noscuntur errecta: castrum Bremen<sup>10</sup> in confiniis Westfalorum et Frisonum situm, ut pondus hostile excipiat: *brzemye* enim in Slawoniko pondus denotat. Item castrum Luna, quod hactenus Lunbork<sup>11</sup> vocitatur, in petra enim latissima, quam undique latitudines planiciesque camporum

<sup>a</sup> hinc alio atramento scribit Dlugossius <sup>b-b</sup> l. o. <sup>c</sup> XXti filiorum naturalium Lestkonis tercii monumenta manu XVI s. in margine <sup>d</sup> nuncupatur additum in Ed. Crac. <sup>e</sup> dicitur Ed. Crac.

ambiunt, situm, nomen castro indidit; Slawi enim splendorem lune [...<sup>a</sup>] nocturno tempore interlucentis *lunam* vocant, a cuius similitudine rupem in campestri planicie lucentem castrumque in ea fundatum Lunam vocaverunt. Item castrum et civitatem Bukowyecz, quam Almani Lubyk appellant, licet per Slawos in circuitu commorantes prisco intituletur vocabulo; item } Rachibor<sup>b</sup>, item castrum Swerin, item castrum Lubow<sup>1</sup>, quod quia a quodam Miklone<sup>2</sup> conditum [est<sup>c</sup>], Theutunici illud Mikelburg et principes, qui in eo dominantur, Mikulburgenses appellant, a camporum vero spaciosa latitudine in Latino Magnopolense ex duobus integris, licet in duplici idiomate, Latino videlicet et Slawonico, compositum vocitatur; item castrum Gylow<sup>3</sup> a crassitudine terre; item castrum Rostokky a dissolutione et inundacione aquarum; item castrum Werla a credulitate; item Swanowo a vocando: vocatus enim vel vocandus in slawonico Swani dicitur; item castrum Ostrow<sup>4</sup> a loco insule, in qua<sup>d</sup> extat erectum; item Theschin<sup>5</sup>, Marlow<sup>6</sup>, Bolel, Trzebyeschowo<sup>7</sup>, Wologosth, Czaszny<sup>8</sup>, Wolimyecz<sup>e</sup> pluraque alia castra, municipia, urbes et castella, que a filiis viginti Lestkonis filiisque eorum et nepotibus, circa <Sarmaticum><sup>f</sup> Oceanum et Septentrionale Mare paludibusque insulis et desertis fretum illud ambientibus sunt constituta et erecta, que frequenti numero gencium propter maritimas opes et lucra incoluntur et inhabitantur, novarumque urbium in oris illis varia consurrexit structura et habitacio numerosa. Illa enim septemtrionalis plaga, quanto minus solari ardore exurit et nivali gelidoque magis frigescat rigore<sup>g</sup>, tanto salubrior corporibus hominum, et ad producendum humanos fetus et germina apcior existit. |

*Pompilius Lestkonis filius, mortuo patre, in regem coronatur, -  
et fratres obedientes confirmat in stativis, sedem regiam Gneznam,  
tandem in Crusviciam per eum aedificatam transfert:  
ubi gaudens quiete, nullo edito memorabili opere,  
relicto unico filio obiit*

aut. | 63\*    <sup>h</sup>Ordinacioni Lestkonis tercii<sup>h</sup> in singulis, que de filiis vivens confecerat, paritum est: legitimus enim filius suus Pompilius, tam fratrum, quam universorum Polonie

<sup>a</sup> 3 litterae erasae    <sup>b</sup> Ed. Crac. Bachibor aut.    <sup>c</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>d</sup> quo Ed. Crac.    <sup>e</sup> Wolimyerz Ed. Crac.    <sup>f</sup> Dlugossii manu in margine adscriptum    <sup>g</sup> frigore Ed. Crac.    <sup>h-h</sup> l.o.

procerum approbacione unanimi et consensu, patre fati assumpto, in regem et monarcham Polonie susceptus et surrogatus<sup>a</sup> universis viginti fratribus, ex concubinis susceptis, prestantibus sibi iuxta iusiurandum et patris decretum debitam obedienciam et feudalem subieccionem. Firmato itaque Pompilius solio, viginti fratres ad procurandas, quas illis pater Lestko donavit, dimisit[...<sup>b</sup>] provincias, quas extunc iuxta unicuique attributam industriam ceperunt administrare. Pompilius itaque sive Popyel suscepto Polonorum Regno montana, sub quibus Cracoviensis urbs fundata } existit, pertesus in campestribus et planiciebus delectari cepit; HPI36 unde et sedem regni sui a Cracoviensi arce urbeque transferens, in quibus predecesores suos noverat habitasse, ad originariam priscorum principum Polonie, Gnesnam videlicet, rediit. Sed cum huius quoque habitatio sibi ingenerasset<sup>c</sup> fastidium, volens principatus sui in posteros relinquere monumenta, in campestribus longum prospectum habentibus novam arcem novamque urbem iuxta lacus et paludes condidit, eamque Cruszwicziam nominavit et in illam continuam suam mansionem traiecit, principalem eam sedem regni sui constituens; ob quam rem urbs nova faciliter mercatorum et colonorum numero impleta, inter Polonie urbes pro ea tempestate famosa et insignis habebatur. Quociens autem adversitate hostili aut vicinorum bellis Popyel aut Polonie principatus invasus fuisset, tocies fratres sui et propriis personis et omnibus copiis illum contra quoslibet hostes adiuvabant, non prius redeuntes ad propria, donec aut hostes fusi, aut exorti motus condicione honesta compositi fuissent. Nullum autem opus egregium heroicum aut insigne Popyel<sup>d</sup> predictus scitus est edidisse, neque avita aut paterna in administrando regno, in propagandis eius finibus, in edendis militaribus actibus in eo reluxit propago, sed parta tantummodo gubernare contentus, de coniuge legitima unico filio suscepto, quem suo nomine Pompilium appellavit, nondum ad senectam pertingens, in marcida et torpenti etate<sup>e</sup> morbo correptus vita decessit. †-⟨ Nichil eque ac timidus diffidensque fuit, cetera in illo veniabiliora videbantur, illud quoque criminiosius et enorme (sive illud natura sibi infudisset, sive venturi mali omen foret), quod in omni sacramento atque execracione murium devoracionem, que successu temporum, divino iudicio permittente, sequuta est, sibi deprecabatur

<sup>a</sup> Pompilius Lestkonis tercii filius deserta ora Cracoviensi in Gnesnam revertitur et tandem Crusuiciam erigit urbem regalem manu XVI s. in margine <sup>b</sup> rasura 3 litteris scribendis apta <sup>c</sup> Ed. Crac., ingnarasset aut. <sup>d</sup> Pompilius Pompilii filius a muribus Crusuicie devoratur manu XVI s. in margine <sup>e</sup> eadem manu superscriptum †-† Dlugossii manu posteriore tempore additum

eventuram. In Latino ydiomate vocatus Cinereus<sup>a</sup>, in Almanico Osszerich<sup>1</sup>, circa annum incarnationis Dominice octingentesimum creditur aput Polonos imperasse<sup>b</sup> et monarchiam Polonorum monarchus ipse per annos plures rexisse<sup>c</sup>† e. |

*Quomodo venientes fratres ad Pompilium,  
illoque mortuo invento, filium ipsius Pompilium acceperunt in principem  
et curarunt recte omnia administrari*

aut. | 64\*  
HPI 87     <sup>a</sup>Languore Popyel<sup>d</sup> principis viginti fratres eius, qui ad Maris Septemtrionalis oram et in Pomerawia<sup>e</sup> inferiori Cassubiaque principatus et dominia } sortiti erant, ad se perlato singuli de dominiis suarum habitacionum egressi, propero cursu Cruszvicam ad visitandum fratrem languentem conveniunt: sed fratrem Popyel postridie animam exalasse reperiunt. Super cuius morte non mediocri dolore consternati, plures fletus fundunt, corpus iuxta morem illius temporis honesto loco condunt et honore debito funeralibus suis iusta peragunt. Ea autem in omnium pectore ad fratris filium, quem unum Pompilius superstitem reliquerat, reperta est affectionis caritas atque fides, ut quamvis potuissent, probantibus id proceribus et primoribus Polonie, propter imbecillem nepotis etatem Regni Polonie nancisci curatorum nomine administracionem, omni tamen ambitione circumscripta nepoti Pompilio, quamvis immaturo et parwlo, regimen relinquere, quam illud in aliqua parte contingere maluerunt. Unde et tunc adolescencia nepotis in dies longiores minime expectata, ipsum in regem et monarcham Polonie extulerunt, ac illi quemadmodum a patre sacramento constricti erant, fidelitatis obediencie omagium prestiterunt<sup>f</sup>. Accedebant autem aliqui ex eis, quibus onus illud ceteri mandaverant, et per certa intervalla maiorum questionum et causarum, que ad Pompilium perferebantur, audienciam faciendo decisiones et edicta in curia nepotis, donec adolesceret, benigna longanimitate morabantur: §⟨rati se Pompilio nepoti ex tam benigno assiduoque officio, in illius tenera etate impenso, postquam in virum evaderet, cariores⟩<sup>g</sup>.

<sup>a</sup> Ed. Crac., Cinerens aut.    <sup>b</sup> hinc Dlugossius alio atramento    <sup>c</sup> ad finem paginae intervallum 11 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>d</sup> a-d l. o.    <sup>e</sup> Pomerania Ed. Crac.,    <sup>f</sup> Administratores regi Pompilio constituti manu XVI s. in margine    <sup>g</sup> Dlugossii manu, postea spatium 11 versibus scribendis aptum vacuum relictum

*De moribus Pompilii detestandis,  
et quomodo uxor eius per blandicias viro effeminato  
suscipit omnem Reipublice curam,  
duobus filiis procreatis*

<sup>a</sup>S]ub diligenti et accurata<sup>a</sup> patruorum sollicitudine minor Pompilius annos adolescencie supergressus<sup>b</sup>, suo iuri et potestati a patruis relictus, ab avitis mox cepit degenerare moribus<sup>c</sup>, <sup>d</sup><[h]iis rebus tantummodo intentus, [q]ue parum commercii [h]abere videbantur cum virtute><sup>d</sup>, in omnia quoque prava et scelesta procliuis, turpis et flagiciosissimus habebatur. Nulla in eo nobilis indoles, nullus actus viro heroico et principe dignus, nullum virtutis specimen, nullus honestatis amor; sompno autem crapule et ventri deditus, non baronum suorum intendebat consiliis, sed lasciviam petulantiamque sectatus, in apparandis conviviis, in trahendis ebrietatibus, in ducendis plausibus et coreis occupatus, <sup>e</sup><posthabita omni virtutis cura><sup>e</sup>,serta tractabat non {arma, feminarum cetibus et conversacioni implicatus, HPR88 virorum et presertim maturorum et prudentium consortia quasi quandam pestem et perniciem fugiebat; propter quod vicinorum hostium furor, priorum principum strenuitate solerciaque compressus, mox revixit, principis Pompilii scelere et | pusilanimitate accensus. Crebris itaque bellis Divinitate permittente laccessitus, aut.|65\*\* muliebri illa paventique administrabat animo, ad consvetas et radicatatas voluptates semper reflexus. Unde et sepe contingebat hostes, quamvis minoribus potenciis fretos, commisso prelio evadere superiores; ipse enim Pompilius tardius omnia, que ferro administranda erant, providens, primus in fugam prosiliens, ceteros magno discrimine mortis vel captivitatis aut fuge ignominia involvebat. Si que autem bella feliciter sub principatu suo gesta sunt, non suis, sed prefectorum ingeniis provenerunt, quoniam et ad repellenda bella gerendaque certamina baronum deliberacioni<sup>f</sup> et consilio nunquam illum, velut quandam infelicitatis sentinam, placebat acciri. Non solum autem despectui, sed et ludibrio apud suos et externos patuit. Qui cum deformes et hos quidem attritos et raros in cesarie haberet capillos, turpisque propter id, sed turpior<sup>g</sup> propter laxatos in omne facinus mores haberetur,

\*\* folium 65/66 interpositum manu XV s. scriptum, a Dlugossio non emendatum <sup>a-a</sup> l. o. <sup>b</sup> praeteregressus Ed. Crac. <sup>c</sup> Regis Pompilii degeneratio manu XVI s. in margine <sup>d</sup> Dlugossii manu in margine, litterae ineuntes abscisae sunt <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in margine <sup>f</sup> nunquam oblitteratum <sup>g</sup> Ed. Crac., turpius in aut.



Chosthsko<sup>1</sup> a suis pro vituperii nota (quod significat vilem, attritam et deformem scopam) cognomen accepit. Bello segnis et timidus, in quolibet vero opere cuntator, adversus denique corruptelas pecuniarum parum purus. Procatur autem illi et desponsatur ex principibus Almanie vicinis Polonico Regno coniunx, generis nobilitate prestans et forme elegancia rare feminas plures sue etatis supergressa, in omne tamen facinus et presertim in ambicionem et avariciam muliebri ingenio prona, ea spe et respectu a patruis proceribusque Polonie illi coniuncta, ut viri actus detestandosque mores in meliora verteret. Verum illa blandiciis suis muliebris calliditatibusque illectum captumque laqueavit adeo, ut aput illam magis, quam aput regem tocius regni administrandi consisteret potestas singulaque per regem decernenda non secus rata habebantur, nisi postquam illa regine et consensus et auctoritas probavisset. Duo denique pignora ambo<sup>a</sup> mares ex illa suscipiuntur procedente tempore, eaque prolis fecunditas amplioem illi struxit et aput regem et aput primores regni veneracionis gradum, statum eius et ex amore venereo mariti, et ex produccione filiorum credentibus perpetuatum<sup>b</sup>. Ex quibus omnibus regina magis magisque insolescens, condicionis sue oblita, tocius regni ordinacionem et regimen ad se unam, viro ebetato et effeminato, traduxit regiumque animum suapte tetrum } et languidum, proceribus nequicquam pociora suadentibus, ad deteriora queque propensiori studio inclinavit. Filiis autem regis nomina indita sunt avita: uni quidem Lech, alteri Pompilius<sup>c</sup>.

*Quomodo castigatum a patruis Pompilium uxor aegre ferens maritum,  
ut eos veneno necaret, miris persuasionibus hortatur*

<sup>d</sup>[V]identes autem<sup>d</sup> et ab experto cognoscentes patruis secundi Pompilii suum nepotem in queque obscena et prava declinasse, et tam suis quam exteris magno despectui et ludibrio esse, sepius illum privatim et publice accedunt, sepius per avitos et patrios cineres obsecrant, admonent et deprecantur: quatenus suam et eorum progeniem non prostitueret, non pollueret et indignis moribus scurilibusque abusibus non contaminaret, evidenti demonstracione, pluribus argumentis et

<sup>a</sup> magis oblitteratum in aut.    <sup>b</sup> primo perpetuam aut.    <sup>c</sup> Pompilio duo filii nati: Lech et alius Pompilius manu XVI s. in margine    <sup>d-d</sup> l.o.

exemplis illi declarantes non divinitatem solum, sed nec subditos feda sua ludicra et petulantia opera quoquomodo perpessuros. Sepius et illi regni minantur exterminium, sepius suum et suorum tam suffragiorum, quam consiliorum hactenus illi prestitorum allegant discessum. Verum secundo Pompilio ad malignitatem naturali condicione insitam altera labes, consortis videlicet, quam ex principibus Almanorum duxerat, impietas accesserat, que secundi Pompilii suapte egrum et ad omnia nephanda pronum animum ad queque deteriora inclinabat. Perpendens siquidem maritum suum tam primoribus, quam inferioribus, tam divitibus, quam pannosis exosum et invisum esse, verita ne proceres regni eius malignis moribus et muliebribus actibus pertesi ad eius proscriptionem, eieccionem vel perniciem procederent et in locum eius aliquem de patruis suis, principibus videlicet ad oras semptemtrionales habitantibus, surrogarent, stirpis quoque sue duo mares, quos ex Popyel susceperat, exiliatum iri contigisset<sup>a</sup>, nocte et interdium animum viri muliebribus blandiciis demulcet, lenit, flectit et in necem exterminiumque patruorum allicit, mollit et inclinat. „Non est“, inquit, „tibi“, sed neque proli tue, que tibi succesura est, patruis superstitibus segura vita, non est tranquilla regni, quod habes, sed momentanea prorsus et periculosa possessio. Quantos enim patruos habes, tot tuorum pignorum insidiosos hostes. Desertos<sup>b</sup> tecum miscent et familiares sermones, crebris te | coarguunt monitis, magnam avisamentorum congerunt suppellectilem, maximam vim presidiorum pollicentur: omnia hec } callido vafroque *aut. | 66\*\**  
*HPD90*  
 agunt animo, ut tibi laqueum struant, ut te subditis tuis magis reddant contemptum et exosum, non patruorum solum, sed parentum se erga te opera egisse gloriantur. Altam vicissitudinis compensacionem crebra sermonum usurpacione exigunt, sepe te non regem, non primarium principem, sed sui figmenti vocant mancipium; suorum consiliorum<sup>c</sup> te regi nituntur disciplinis, non quo melior exercitacione, sed quo contemptibilior evadas<sup>d</sup>, avitas virtutes, mores et actus assidua relacione obiectant. Bella te cogunt aut<sup>e</sup> repellere aut inferre, quo celerius<sup>f</sup> extinguant; universe quoque eorum ad hoc sudant, ad hoc lucubrant, ad id unum invigilant artes et ingenia, ut te et prolem tuam exterminent tibi que in regno succedant. In tua itaque manu situm est, si principari quam aliorum sclaws, si inclitus an ignominiosus, si felix vel miser censi malis. Si itaque sapis, si aliqua prudencia viges,

<sup>a</sup> contigeret *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> *Ed. Crac. desertos aut.*    <sup>c</sup> Regine consilium de exterminando patruis manu XVI s. in margine    <sup>d</sup> evidas *aut.*    <sup>e</sup> sudant obliteratum    <sup>f</sup> te adscriptum rubrum manu XVI s.

si<sup>a</sup> tuum et tuorum cupis stabilem esse statum, expergiscere aliquando, et hunc, quo hactenus usus es, excute torporem, et priusquam patruorum tuorum in te roborentur machinationes, priusquam te suis fraudulentis cassibus includant, vitam illorum, si ferro parum tutum et conveniens censes, saltem pocione toxicata extingue, cuius rei fidam me habebis cooperatricem et ministram. Dii te penates patriique, et tam paterna, quam avita imago in regnum soliumque regni vocat, sed et plebs, omnisque nobilitas et patrum cetus creat vocatque regem. Patruum tantummodo obstant nec felicem gloriosumque regem esse sinunt, quibus sublatis omnia tibi non dubites pro voto cessura<sup>c</sup>. His aliisque increpando, persuadendo virum ad facinus instigat, suo artificioso seductum alloquio et muliebribus verbis illaqueatum<sup>b</sup>. |

*Pompilius simulata gravi infirmitate  
patruos suos ad se convocat,  
celebratisque exequiis filios eius commendat*

*aut.* | 67\*    <sup>c</sup>Huius et pluribus<sup>c</sup> similibus sermonibus viri animum expugnatum et incensum ad innocentem suorum patruorum necem nefanda femina perliciens, opportunum tempus et modum, quo destinata animo mandat celeri effectui, ingenti sollicitudine observat. Ea itaque rem huiusmodi muliebri calliditate dirigente secundus Pompilius in gravem morbum se simulans incidisse, ad grabatum se velut languidus et moribundus reponit, patruos crebris nunciis et literis obsecrans, ut ad eum celerrime *HPD* 91 non cunctentur, antequam illum languor conficiat, accedere, suprema quedam mandata ab ipso percepturi. Quibus ex more prono et devoto animo convenientibus, sic aput eos Popyel, audiente regina et primoribus procerum, disseruit: „Deorum“, inquit, „beneficio proximam michi mortem imminere ex languore, quo me cernitis correptum, edoctus, <sup>a</sup>(non amplius phas est me posse aura vitali frui)<sup>d</sup>, vos carissimos patruos meos dignum existimavi accersere, ut antequam vite me eximi contingat, de successore regni vestro saluberrimo, cui parere consuevi, ordinem transigamque consilio; ut quemadmodum vestro regnavi munere, sic et vestro perhenni immortali-

<sup>a</sup> oblitteratum tuorum    <sup>b</sup> spatium ad finem paginae 25 versibus scribendis aptum vacuum relictum  
<sup>c-e</sup> l. o.    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in margine

tate vivam beneficio<sup>a</sup> per successionem filiorum. Magis enim me superstitem, quam extinctum, magis viventem quam mortuum existimare potero, si vobiscum meas concelebravero<sup>b</sup> exequias, et vestra in me studia, palpitante adhuc anima, vivens prospexero, que mortuo studio et lege humanitatis affinitatisque estis impensuri, fatis enim vocantibus dissolvor, nec phas est diucius michi vobiscum immorari. „Prestate itaque vivo, quod morienti essetis prestituri, impietatis enim censeretur facinus, id viventi amico abnuere, quod eciam non consuevit hostis exanimato negare“. <sup>c</sup>〈Simulat deinde lacrymas et gemitus cum suspiriis arte compositos, execranda potius vafricie, quam vero dolore expressos, <sup>d</sup>et velut occupatus luctu, oppressus lacrymis, prepeditus singultibus, aggravatus languore dicendi ordinem non tene〉<sup>e</sup>. Ad hec tam dulcia et fellea suavitate delinita verba, pectoribus omnium grandi merore percussis, universa regia altis cepit concrepare singultibus audiens hinc veras hinc fictas lamentacionum voces, inde suspiria aut horribiles ululatus, alibi tusiones pectorum, aut complosiones palmarum, lacerant crinem virgines, matrone vltum, habitum annose. Auget autem omnium lamenta regine simulatricis plus<sup>1</sup> quam Punica fraude ementitus eiulatus, que nunc virum, nunc mariti patruos, nunc singulos procerum luctuose amplexa suspiriosis fletibus torret et demulcet et suo comploratu simulato veras patruis et proceribus lacrimas excutit pro marito. Tantisque omnium mentes occupat meror, ut eciam fama prodente vlgari assercione, false licet vlgatum fuerit, simulacra quedam erea et statuas in regia positas ad tantarum lamentacionum mugitum sudorem in lacrimarum modum largius, quam inanimatis conveniebat, profudisse. Quid plura, ad nutum Pompilii regis sumptu liberali et magnifico funebrales inchoantur consummanturque viventis hominis, quod monstro par videri potest, exequie, in quibus tanto quisque ex patruis Pompilii regis et primis Polonie studium officiumque suum extulit, quanto a spectatore rege et omnium officia scrupulose notante, stricciori favoris et benevolentie gradu anhelabat commendari. Supersticiosus itaque exequiis more et ritu gentilitatis illius temporis expeditis, omnes, qui aderant, delicato excipiuntur convivio et singuli epularum protelata administracione opipare pertractantur, quos a refeccione digressuros et iam merore levatos Pompilius rex ad presenciam suam

HPR92

<sup>a</sup> terminatio verbi correcta in rasura <sup>b</sup>celebravero Ed. Crac. <sup>c-c</sup>Dlugossii manu in margine additum <sup>d</sup>hinc alio atramento scribit Dlugossius

precepit induci, simulans se ex iocunda eorum presencia et dulcissima allocucione imminentem fati horam levius toleraturum. Conspiciens autem reginam fallacibus indulgentem lacrimis, hiis eam solatur verbis: „Quid“, inquit, „carissima coniunx, mestis makes fletibus, quid luctuosis oppressam te queris acerbitatibus? Viduitatemne times? | At certe hiis, quos pro tua orphanitate tutanda relinquo curatores, supersti-  
 aut. | 68\* tibus, viduitatis incomoda te ingressuram non speres, sed illis incolumibus me quasi tecum reputa presentem. Singulos enim tam patruos meos stricta michi affinitate iunctos, quam baronum meorum precipuos, quos moriturus desero, obtestatos deprecatosque esse volo, ut in te natisque nostris comunibus mei vivat vigeatque recordacio nominis, utpote, qui te et filiolos<sup>a</sup> meos, reliquias corporis mei et dimidium<sup>1</sup> anime mee, illis pro vade relinquo<sup>b</sup>“. Assurgunt patruum, assurgit et baronum venerandus senatus, et pro se quisque operam suam iuxta extremum posse erga consortem et filios Pompilii se pro viribus navaturum repromittit mortemque aut perniciem sibi accidere perprius imprecat et devovet, si sineret se regine et filiorum salutem quoquomodo neglecturum. <sup>c</sup>⟨Simplici enim et recto corde, quod unusquisque senciebat, certatim depromebat, ad demonstrandum sue devocionis et caritatis in regem et reginam affectum. Neque credere aut perpendere poterant, quod simulate tam regis quam regine fuerant lacrimae et gemitus atre compositi, nec ullo dolore expressi<sup>d</sup>. Adiciunt patruum et duces proceresque Polonie, quo magis fletus flebiles rescindant, regis et regine siccent lacrimas, quas in veritate et non in dolo opinabantur effusas, se filiorum regionum nondum ephoborum etatem supergressorum, Lechonis videlicet [et<sup>e</sup>] Pompilii, tam studiosam, tamque accuratam curam Pompilio rege absumpto gesturos, iuxta ac propriorum, ut alios parentes filii regii non desiderent, illumque honorem et cultum, fidem et devocionem, quam ipsi patri exhibere  
 HPR93 consueverant, in eius filios superstites } cura non rescisiori translaturus. Gaudere se Pompilius rex<sup>f</sup> simulat gaudio ingenti et abortis fictis lacrimis, quas fraudis et doli magnitudo excuciebat, universis in comune gracias agit<sup>g</sup>, singulos deinde proprio nomine compellans et amplexibus et falsis osculis deliniens, cunctos obsecrabat, ut verbis suis dando virtutem, in promissa fide permanerent. Ad oram autem, quasi prope horam<sup>h</sup> moriturus, reginam coniugem duosque in successionem Polonici [Regni] a se genitos illis madentibus lacrimis commendat<sup>e</sup>⟩.

<sup>a</sup> filios *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> relinquam *Ed. Crac.*    <sup>c-c</sup> *Dlugossii manu infra textum adscriptum*    <sup>d</sup> hinc *Dlugossius obscuriore atramento*    <sup>e</sup> additum in *Ed. Crac.*    <sup>f</sup> omissum in *Ed. Crac.*    <sup>g</sup> egit *Ed. Crac.*  
<sup>h</sup> omissum in *Ed. Crac.*

*Patruī veneno a Pompilio necantur*

<sup>a</sup>I]nter has<sup>a</sup> sermocinaciones in spacium<sup>1</sup> declivis Olimpi solare approximabat iubar et Pompilius singulis suis dolositatibus ad fallendum patruos et primos procerum arte coniugis compositis iam perfunctus erat, patruī quoque et proceres, singulis, que penes moriturum mortuumve principem rite expediri solebant, peractis dissolutionis tempus iuxta denunciātam sibi divini oraculi certificacionem credebant imminere: dum Pompilius quasi patruis et proceribus suis valedicturus, nectar iubet surrogari per ministros, extremum fedus pocione illius et osculo cum patruis et proceribus percussurtus. Erat autem aureum poculum regine ingenio subtili celatura<sup>b</sup> et arte elaboratum, cui infusus liquor, quamvis tenuis et exiguus, in altum spumabat et craterē vix dimidio liquor vaporali ascensu in summum evadebat, qui oris flatu dissolutus ad veram quantitatem successive, ut in bullientibus igne subducto<sup>c</sup> cernimus, redibat. Tali itaque vasi letifer potus infusus primum Pompilio regi porrigitur, ut a rege pregustatus a ceteris velut purus et salubris haberetur. Verum rex ad singulos patruos et proceres pregustacionem fallacem et simultaneam faciens, virtute flatus spumarum densitatem, que<sup>d</sup> medium crateris occupabat, nichil de substantia nedum contingens sed nec libans consumebat; | reliquias vero *aut.*[69\* pocionis dimidie, in qua validum conditum erat virus, absumere quisque ex patruis et proceribus, iuncto regi perprius osculo, iubebatur. In hunc modum pestifera pocione impletos, sompnum sibi ex eorum suavi et assidua collocacione obrepere fingens, re autem vera, ne in suo conspectu aliquem illorum extingui contigisset, excedere de cubili iubet. Veneni autem vigore precordia artusque virorum necie<sup>e</sup> iniuste addictorum occupante, subito in quamdam amenciam furoremque versi *HPR*94 a plerisque ebrii, ab aliis deliri et insani putabantur. Tandem virus in sedem anime pertingens, singulos pestifero nectare debriatos, antequam noctis conticinium succederet, ultimis affectos cruciatibus peremit, patens quoque ruptura eciam in cadaveribus premortuis prorumpens venefica illos infeccione interiisse evidentissima demonstracione wlgavit. †-⟨Tum quoque primum ab universis intellectum et comperitum est, Pompilium regem fallaci et virulenta pocione debriasse patruos et sub iniquissimo sue mortis colore illorum detestabilem sibi, detestabilem patrie, detestabilem universo suo generi mortem<sup>g</sup> maturasse, et magis uxoris persuasionibus et

<sup>a-a</sup> L.o. <sup>b</sup> subtilice latura *Ed. Crac.* <sup>c</sup> sub in rasura <sup>d</sup> primo qua <sup>e</sup> ci in rasura <sup>f-t</sup> Dlugossii manu infra textum adscriptum, postea intervallum 4 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>g</sup> *Ed. Crac.*, morte *aut.*

delinicionibus, magis suis ambicionibus, quam divinis, naturalibus et humanis scitis parere voluisse. Cupiditate siquidem terrarum, quas patruus possederant, illectus, et coniugis sue, alterius quodammodo Yeszabel<sup>1</sup> in Achab<sup>2</sup>, et ipse versus instruccionibus, consiliorumque assiduitate inescatus, de iustis possessionibus paternisque sedibus patruos germanos eiecturus, omni communione sanguinis neglecta, omni pudore posthabito, ultorem iniuriarum nichilipendens Deum, neque credens illum iustum innocentem sanguinem vindicaturum, aut sanguini germanorum patruorum pena celeri et condigna unquam parentaturum, pietate simulata in crudelitatem notoriam mox emersura, necem patruorum germanorum utcunque procuraturus grassabatur: nec prius a pessimis ceptis resiliit, donec ea spiritu maligno instigante peregit ><sup>†</sup>.

*Quomodo Pompilius negavit patruorum corpora sepeliri:  
unde mures eum cum uxore et liberis suis in Kruszwica devoraverunt*

<sup>a</sup>S]ideribus patrie<sup>a</sup> indigna miserabilique occidentibus morte, meror tacitus et suspiriorum crebra ingeminatio mentes omnium occupavit. Pavore siquidem tyranni constricti ac veriti, ne quid in eos, qui mortes necatorum publice deplangerent, consuleretur gravius, patulos proferre non audebant eiulatus. Solus tyrannus cum consorte sua miris tripudiis hilarescebat, conviciisque et calumpniosis criminationibus in viros innoxios a se veneno sublato utebatur, asserens illos ob facinus in regem, nepotem et amicum cogitatum celesti verberare miraculose percussos interiisse<sup>b</sup>:  
<sup>HPQ95</sup> dum necem nepotis } et regis, de qua in hesternis gratulabantur funeralibus, universi divina ulcione exceperint<sup>c</sup>, impietatemque, quam sub religionis et officii pre-textu, futurum regis et nepotis fictis et simulatis lacrimis deflendo excessum, monstrabant, repentino suo interitu detexerint. Geminato autem necis et criminationis scelere in patruos proceresque non contentus, peccata peccatis congeminans, aliud eque fedum adiicit: prohibet districtione severissima, extinctorum cadavera a quocumque<sup>d</sup> contingi aut sepeliri, negans et amicis et patruis sepulturam, quibus ademerat<sup>e</sup> | vitam; qui secus agerent, pena capitali plecterentur: primus auctor tam sevi exempli occupaturus insignem crudelitatis titulum non sine infamia illius seculi  
<sup>aut. | 70\*</sup>

<sup>a</sup>-a l.o.    <sup>b</sup> tertium i alio atramento adscriptum    <sup>c</sup> Ed. Crac., exceperunt aut.    <sup>d</sup> primo quoque  
<sup>e</sup> primo adimerat

emersit. Iacebant itaque mortuorum cadavera tabe defluencia et universis insipientibus commiseracionis et horroris ingerebant terrorem. Tirannis interim Pompilius Lamia<sup>1</sup> crudelior, maiores singulorum facinorum impetus edidit et totus scortorum impudicorum gremiis se infudit, non aliter libitis quam licitis utens, existimans se de cetero beatam et felicem vitam, patruis et preceribus decedentibus, absque ulla reprehensione in sertis, choreis, balneis, unguentis, odoribus, sompno, crapula, ebrietate et luxu traducturum. Sed non est ingenio humano aut robore compressibilis manus Dei, ut quando velit, ulcionem non inferat deliquenti. <sup>a</sup>⟨Ultor siquidem et omnium iniuriarum vindex Deus scelus illud, quod Pompilius suis nitebatur adumbrare et inficiari dolositatibus, gravi mulctavit supplicio⟩<sup>a</sup>. Dum enim spurcissimus<sup>b</sup> omnium Popyel auget scelera, celebrat convivia, madet mero et unguentis, dissolvitur crapula et luxu, et ut alter Sardanapallus<sup>2</sup> omni lascivie genere fedatur et insanit, repentina divinitatis obruitur ulcione. De cadveribus siquidem patruorum et procerum, que tyrannus abiici iusserat inhumata, insolite quantitatis murium<sup>c</sup> multitudo ebuliens, in residentem in convivio et voluptati dantem operam Pompilium non sine aliorum extasi et stupore, in unum duntaxat tyrannum Pompilium et suam consortem duosque filios Pompilium et Lestkonem cepit continuatis et rabidis morsibus deseuire<sup>3</sup>. Quos etsi militum servorumque sedula cura abigeret recentesque succederent fatigatis, vincebat tamen murium [..<sup>d</sup>] perseverans nocte<sup>e</sup> et interdium, nullo spacio ad quietem concesso, multitudo, humanis suffragiis aut defatigatis, aut se ab eius tutela subducentibus. Cum et in defensores rabies sepius murium<sup>f</sup> verteretur, nova remedia preparantur, extruuntur frequentes et ardentes foci, et in medio eorum Pompilius cum uxore et filiis consistit, si forte incendiis mures arcerentur; sed et ignes, quantumcunque flamantes, muribus pervii nullum } prestabant Pompilio profectum. Sic<sup>g</sup> ad aliud -HPQ96 elementum recursus, in late patencia stagna deportatur per naves Pompilius cum consorte et liberis, <sup>h</sup>⟨et in turri locatur lignea, undis undique ambita⟩<sup>h</sup>: sed nichilo plus unde tulerunt remedii quam rogi. Singulos enim gurgites, in quos se Popyel conferebat mures innatantes variis itineribus illum sequebantur, consecutique navem assiduis corrosionibus infestabant: milites autem et naute, ne simul [cum] nave a muribus perforata aquarum suffocacione interirent, ipso eciam Pompilio mandante, in litus navem reducunt. Cui navem egredienti nova murium<sup>i</sup> caterva

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine adscriptum <sup>b</sup> spurcissimus aut. <sup>c</sup> primo murium deinde murum <sup>d</sup> cf. adn. et eduae litterae erasae <sup>e</sup> noctu Ed. Crac. <sup>f</sup> cf. adn. <sup>g</sup> sit aut. <sup>h-h</sup> cf. adn. <sup>a-a</sup> <sup>i</sup> cf. adn. <sup>c</sup>



occurrit et cum hiis, que<sup>a</sup> illum in stagna persecute[s.]<sup>b</sup> fuerant, simul coniuncta tirannum vehemens infestat. Hiis itaque et aliis pluribus remediis nequicquam proficientibus virtutem divinam universi agnoscentes ab eo diffugiunt. Qui videns se ab omnibus desertum, in turrin castris Cruszviciensis excelsiorem cum coniuge et duobus filiis conscendit, ubi superabundante murium<sup>c</sup> multitudine, a quibus absque intervallo oppugnabatur<sup>d</sup>, duo primum filii sui, eo et infelici matre inspectante, nullam<sup>e</sup> inferre valente opem, inde crudelissima coniunx, ad extremum tyrannus Popyel adeo lacerati<sup>f</sup>, corrosi et cum singulis partibus artubusque devorati sunt, ut neque alicuius ossis vel nervi vestigium relinquerent<sup>g</sup>. In hunc modum scelestus et impius Popyel cum suggestrice iniqua, <sup>h</sup><altera Jezabel><sup>h</sup>, et filiis, divina ulcione deletus et insolito novoque genere | mortis consumptus, manibus necatorum patruorum et procerum iustas penas dedit. Cuius interitu cognito ossa et reliquie peremptorum ab eo patruorum et procerum, que nondum tabe defluerant<sup>i</sup>, a Cruszviciensibus pia miseratione collecta, unius sarthofagi tumultu condita atque consepulta sunt. Hic autem divine ulcionis insolitus et rarus casus Popyel tyranno et principi Polonie accidens, a pluribus scriptoribus et historiographis<sup>j</sup> pro singulari monstro et miraculo eorum libris insertus reperitur. <sup>k</sup><Morbo autem sororino et fere eadem peste Arnulphus<sup>l</sup> Francorum rex et Romanorum imperator augustus, ex concubina Magni Karoli filius, scribitur interiisse, non murium quidem, ut hic noster Pompilius, sed pediculorum undique scaturiencium infestatione consumptus: qui pulpis omnibus, nocte et interdiu non conquiescendo, corrosis ossibus nervisque relictis, usque ad precordia penetrantur. <sup>l</sup>In hunc modum Pompilius Polonorum rex cum regina consorte et pignoribus divina ulcione deletus et aliquanto gravius precipitatus, <sup>HPR</sup>77 unde per iacturam et sanguinem patruorum et procerum innocentium se ascensurum et filios evecturum crediderat<sup>l</sup>, <sup>l</sup>quam Phethon<sup>m</sup> e curru solis. Intuere, queso, quilibet <sup>m</sup>mortalis et diligenti studio considera et oculos tue mentis<sup>n</sup> et in Arnulphum imperatorem conice, et in Pompilium regem: quorum alter nulla medicorum ope a pediculis liberari poterat, alter nulla militum resistencia a murium corrosione defendi, quin tam dolore quam fastidio torti interirent morte abhominabili et miseranda, a quorum corporibus pediculi tam parwli et mures inermes nequivere

<sup>a</sup> qui *Ed. Crac.* <sup>b</sup> persecuti *Ed. Crac.* <sup>c</sup> cf. p. 155 *adn. c* <sup>d</sup> oppugnabantur *Ed. Crac.* <sup>e</sup> iam in *rasura*; nullamque *Ed. Crac.* <sup>f</sup> et additum in *Ed. Crac.* <sup>g</sup> reliquerint *Ed. Crac.* <sup>h-h</sup> Dlugossii manu in margine <sup>i</sup> defluxae erant *Ed. Crac.* <sup>j</sup> historiographis *aut.* <sup>k-k</sup> Dlugossii manu partim in *rasura* alio atramento scriptum <sup>l-l</sup> alio atramento correctum <sup>l-l</sup> alio atramento Dlugossius in *rasura* <sup>m-m</sup> in *rasura* <sup>n-n</sup> hinc Dlugossius alio atramento

evelli, quos neque immense opes neque thesauri neque diademata neque sceptrā neque purpure a pediculis et muribus tutari potuerunt<sup>a</sup>; et hiis duobus, si cetera deessent, humane infelicitatis argumentis certissimis tuos actus tuosque exitus metire, pediculis Arnulphi, muribus Pompilii terrefactus: fastu posito Deum Omnipotentem <sup>b</sup>omnibus virtutibus<sup>b</sup> cordis et corporis cole, maiores equo animo tolera, pares iugi dilectione pro meritis honora, minoribus per caritatem indulgendo compatere, et in lege Altissimi meditare die ac nocte<sup>c</sup>. |

*Conventus pro electione novi principis  
fit in Crusvicia indeque omnes nulla re constituta discedunt  
ob idque intestina oriuntur bella*

<sup>d</sup>M]orsu murium Popyel tiranno consumpto<sup>d</sup>, et filiis eius una deletis iusto Dei *aut.* |72\* iudicio et extinctis, proceres nobilesque Polonorum universi ad prividendum de futuro rege et principe generalem conventum apud Cruszviciam indicunt velut in urbe, que pro ea tempestate <sup>e</sup><prima et><sup>e</sup> famosior habebatur, in qua hactenus nichil preter famam durat, <sup>f</sup>vix vici retinens nomen et magnarum quondam opum tenue vestigium, cuius parwm consumptumque vix licet nunc intueri vestigium, nec regiam quis fuisse illic modernus credet, sed nec regie bustum: turpi omnia aut vetustate dissoluta, aut conflagrata incendio, superne Divinitatis prudentissimo providente consilio<sup>g</sup>, in horrorem sceleris a Pompilio patrati, quatenus locus ipse, fecundum licet fundum habens, solitudinis pocius quam frequentati representaret formam<sup>f</sup>. Inciato et pluribus diebus continuato super electione futuri regis et principis Polonie tractatu, varie dissensiones contencionesque suborte sunt inter eligentes et scismata, nonnullis privata ambicione et suffragiis cognatorum principatum sibi mollientibus usurpare, ceteris vero contraria oppositione reluctantibus et indignum iudicantibus aliquem indigenam in principem *HPR98* surrogari. Filios autem interfectorum a Popyel patruorum et Polonie principum ex pluribus respectibus universis Polonie proceribus et nobilibus assumi non placuit:

<sup>a</sup> potuerant *Ed. Crac.*    <sup>b-b</sup> omnibus virtute *aut.*, omni virtute *Ed. Crac.*    <sup>c</sup> intervallum in dimidia pagina vacuum relictum    <sup>d-d</sup> l.o.    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu superscriptum    <sup>f-f</sup> Dlugossii manu in margine <sup>g</sup> et additum in *Ed. Crac.*

tum quod a pellicibus eorum protendebatur origo, tum quod stirps et cognatio Pompilii cunctis facta fuerat execrabilis et invisā, tum quod metus et respectus apud nonnullos suberant<sup>a</sup>, ne filius aliquis occisorum a Popyel in principem evectoris patris et patruorum necem, retorta in proceres et nobiles Polonie culpe causa, ultum iri contenderet. Votis itaque eligencium in diversas partes divisīs, infensis animis ex Cruszviczia discessum est, nullo ordine pro administranda republica procurato. Interea et vicine per circuitum naciones infesto agmine Poloniam aggressae pro libito eam, nullo resistente, spoliis et rapinis affligebant et nonnullos eius districtus et oras iuri et proprietati sue usurpabant. Procerum insuper et nobilium Polonie teterior erat condicio, qui mutuis in se grassantes odiis continuis se invicem depopulationibus consumebant, propter quod Polonia aliquanto tempore propriis et externis bellis defervescens magne patuit ruine et calamitati, <sup>b</sup>⟨gaudentibus et singulari exultantibus per circuitum nacionibus tripudio, quod Polonico Regno plurimorum bellorum intestinorum stridoribus se ipsum collidente crediderant sempiternum<sup>c</sup> exterminium proventurum⟩<sup>b</sup>.

*Conventus alter pro electione principis indicitur,  
et quomodo Pyasth civis Crusviciensis vir bonae vitae,  
habuit duos hospites miraculose*

<sup>a</sup>Q]uam<sup>e</sup> dum vidissent<sup>d</sup> primi procerum ex dissensione domestica magis quam hostili bello vexatam et attritam, secundum apud Cruszviczam indicunt super eligendo principe conventum [....<sup>f</sup>] <sup>g</sup>⟨ad quem dum universus procerum ac popularium cetus de principe ordinando coisset<sup>h</sup>⟩<sup>g</sup>, sedatis inveteratis odiis et simultatibus (sedari enim illas et componi extrema calamitas regno imminens compellebat) modestos concordisque ceperunt habere de surrogando principe tractatus. Erat autem in urbe Cruszwiczensi vir quidam nomine | Pyasth<sup>1</sup> ab eo, quod stature quidem depresse, sed robuste atque crasse<sup>i</sup> esset, nomen huiusmodi sortitus (Poloni enim suo vulgari eam partem rote, que in axe volvitur, truncam<sup>j</sup> et crassam *pyastham*<sup>2</sup>

<sup>a</sup> suberat Ed. Crac. <sup>b-b</sup> Dlugossii manu sub textu, deinde intervallum 10 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>c</sup> omissum in Ed. Crac. <sup>d-d</sup> l. o. <sup>e</sup> Polonie oram in Ed. Crac. <sup>f</sup> unum verbum erasum <sup>g-g</sup> Dlugossii manu in margine <sup>h</sup> convenisset Ed. Crac. <sup>i</sup> e correctum <sup>j</sup> m alio atramento

appellant), vir simplex et rectus, naturali iusticia ceterisque gradibus virtutum insignis, sed ob inopiam agellum exiguo colens aratro, cui (ut plerisque) tenuitatis causa probitas erat. Habebat paris virtutis et moris uxorem, que } Rzepicza<sup>a</sup> vocabatur et HPR99 unicum filium ex ea susceptum, nondum aliquo nomine appellatum. Ambo agrorum operi intenti cuncta, que humo gignente quesiverant, admiranda et <per><sup>a</sup> omnium ora celebrata caritate indigentibus advenis, peregrinis, miserabilibus personis et quibuscunque aliis eorum opem implorantibus <sup>b</sup><gentiles ipsi et ethnici><sup>b</sup> erogabant, ut ad illorum tuguria maior quam ad regiam stipem emendicantium frequentia conveniret. Contigit autem vivente impio rege Pompilio a muribus<sup>c</sup> corroso duos peregrinos et hospites nunquam antea cognitos aut visos in Cruszwicziam in habitu venerando et humano advenisse et primum aput regiam suscepcionem simul et refeccionem expetiisse; qui cum a ianua regia prohibiti et exclusi essent, in omnium susceptoris et hospitalarii Pyasth edem se conferunt, et tam a Pyasth quam [a<sup>d</sup>] consorte sua Rzepicza hilari wltu excipiuntur et affectu ingenti pettractantur. Coxerat autem Pyasth urnam mellis porcumque saginatum nutriverat; utraque hec pro parando convivio excipiendisque vicinis hospitibus, dum more gentili ad tondendam<sup>2</sup> filii unici cesariem advenisset dies, in quo et puero imponebatur nomen, reservabat; verum duorum illorum hospitum plurimum letatus adventu, convivio destinata peregrinorum procuracione consumenda decernit porcoque occiso dapes condicioni sue congruentes preparat, mensam ponit et hospitibus accumbere iussit, coctos apponit cibos liquoremque medonis magna sedulitate una cum consorte Rzepicza subministrat, multiplici ingeminacione precum utrumque hospitem deprecatur et obsecrat, ne pauperes et tenues suas dapes fastidiant, ne pronam suam in omnia eorum beneplacita voluntatem contemptum iri sinant, sed affectum eius, si appositus cibus et potus villis sit, referant in acceptum. Hospitibus autem iusta gratitudine refeccionem illis prestitam commendantibus Divinitatemque omnium bonorum operum premiaticem pro se retributuram asserentibus, liquor medonis nunciatus est suapte concreescere et fluore ad inundanciam prodire. Monentibus autem et iubentibus hospitibus commodantur a vicinis vacua vasa in frequenti numero et quantitate liquorque medonis exuberans tamdiu singulis infunditur, quousque vasorum defecit accessio. Ex porco insuper occiso ea carniarum multiplicacio secuta est, ut illam vix decem linteres explere valerent.

<sup>a</sup> Dlugossii manu superscriptum    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>c</sup> m in rasura    <sup>d</sup> Ed. Crac., omissum in aut.

<sup>a</sup>⟨Geminatum, innovatumque miraculum per Heliam<sup>1</sup> primum apud Sareptam<sup>2</sup>  
 HPR100 Sidoniorum urbem, deinde per Helizeum<sup>3</sup> apud Samariam<sup>4</sup> crederes prestitum, nisi  
 quod in prophetarum locum biduo vel angeli vel martyres successissent⟩<sup>a</sup>. Pro qua  
 re hospitem munere et largitate sibi prestita Pyasth dicio<sup>r</sup> factus, singula<sup>b</sup> ex hospiti-  
 um illorum suorum agit arbitrio. Unde pro futuro, quod celebraturus erat pro  
 tonsuracōne filii sui, convivio non solum concives et vicinos, sed et ipsum principem  
 Pompilium, hospitibus sic iubentibus invitat, quem magnifico cum omnibus convivis  
 Deo singula<sup>c</sup> augente procurat prandio, in quo filius Pyasth duorum hospitem  
 tonsuratur ministerio nomenque ei ab eisdem duobus hospitibus imponitur Semovitus<sup>5</sup>,  
 aut.174\* qui ex ea die peracto disparuerunt | officio. Angeli a nonnullis crediti sunt, ali-  
 quibus Johannes et Paulus<sup>6</sup> martyres, quorum festum sexto kalendas iulii agitur:  
 forte enim huiusmodi nominibus querenti Pyasth, qui vocarentur et qui essent,  
 se insinuaverant. Gratissimum itaque summo Deo et sublimis premii hospitalita-  
 tis [..<sup>d</sup>] officium unusquisque convincat, qui quamvis gentilium huiuscemodi opus  
 non dedignatus est tam liberali compensare premio, ut et angelos hospicio exceperint  
 tantamque sue posteritatis fecunditatem et generis claritatem et excellenciam  
 apprehenderint, ut ex eorum lumbis reges et principes Polonie prodierint<sup>e</sup> agni-  
 cione unius veri Dei et successio a septingentis et amplius annis exorta in tempus  
 presens multiplici florida auctaque germinacione perseveret<sup>f</sup>.

<sup>g</sup>[I]nter felicissimos<sup>g</sup> Pyasth ipse reputandus, qui hospitalitatis condicionem  
 naturamque, licet gentilis, sortitus, ob illius officium atque meritum medonis  
 liquorem ab angelis, non secus quam mulier vidua<sup>7</sup> ad Helisei prophete iussionem  
 olei auctum, donec vasa commodata sufficerent, infusum vidit, et ad instar Abrahe<sup>8</sup>  
 patriarche angelos hospicio recepit. Cuius stirps divino munere in ducibus Polonie,  
 qui Zlesiam Mazoviamque inhabitant, in hodiernum diem ex illo tempore perse-  
 verat, <sup>h</sup>⟨quamvis amplitudinem et fulgorem regie dignitatis, quam eciam illis  
 super addiderat Altissimus, eorum et subditorum irritatus impietatibus et iniusticiis,  
 amiserint. Actum autem id scribunt Polonorum historiographi anno graciae nonin-  
 HPR101 gentesimo sexagesimo quarto, nonnulli et verius noningentesimo quin-  
 quagesimo quarto, quo tempore prefuit Ecclesie catholice Agapitus papa secundus, qui sedit  
 annis octo diebus sex⟩<sup>h</sup>.

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b</sup> singulam aut.    <sup>c</sup> cf. adn. b    <sup>d</sup> rasura 2 litterarum    <sup>e</sup> prodirent  
 Ed. Crac.    <sup>f</sup> intervallum in quod alia manu verba inserta sunt    <sup>g-g</sup> l. o.    <sup>h-h</sup> Dlugossii manu adscriptum

*Electio, depositio et mors miseranda  
Johannis pape duodecimi<sup>1</sup>*

<sup>a</sup>⟨Agapito<sup>2</sup> secundo quiescente in pace, Johannes XII-us<sup>3</sup> natione Romanus, non legitime electus, sed per patrem suum, qui potens erat, Romanis intrusus, venator fuit et totus lubricus, et feminas publice tenebat; quapropter depositus fuit per Otthonem<sup>4</sup> Cesarem: cuius depositionem flocci faciens pro papa se gessit. Tandem cum uxore cuiusdam Romani se oblectans a dyabolo in tempore percutitur et sine penitencia subito moritur, cum annis septem mensibus duobus sedisset⟩<sup>a</sup>.

*Pyastho denuntiatur per illos duos peregrinos futura de eo electio  
et sic in principem cum magno omnium gaudio eligitur  
et regni solium diu reluctans accipere cogitur*

<sup>b</sup>C]um itaque Polonorum<sup>b</sup> proceres et universa nobilitas pro electione futuri Principis Crusszwiczie absumpsissent plures dies incassum <sup>c</sup>⟨nec satis inter primores conveniret⟩<sup>e</sup> (ambiencium enim principatum electionem difficilem faciebant importuna suffragia), contigit ei multitudini, que ad electionem convenerat, victualium<sup>d</sup> necessaria ⟨deesse⟩<sup>e</sup>. Quo defectu<sup>f</sup> cum singuli angerentur et ⟨dis⟩cessionem<sup>g</sup> electione imperfecta<sup>h</sup> pararent, duo hospites illi, qui superiori tempore filium Pyasth totonderant medonisque augmentum et carniū effecerant, domum Pyasth non sine sua et uxoris sue ingenti iocunditate introeunt eique denunciant futurum eum oportere esse Polonorum regem et in Polonia annis multis regnaturum <sup>i</sup>⟨per filiorum et nepotum successionem⟩<sup>i</sup>. Qua denunciacione ille deterritus, hospitem suorum reficitur consolacione, qui illi principatum felicibus successibus augendum declarabant divina voluntate, cui resisti non potest, proventurum. Proceribus itaque et nobilibus Polonie | non tam esurie quam siti laborantibus Pyasth hospitem <sup>aut.</sup>75\*\* suorum instruccione et iussu vasculum medonis, quo se ille tantum cum domesticis

\*\* *textus chartae 75/76 cf.\*\* p. 124* <sup>a-a</sup> *Dlugossii manu adscriptum* <sup>b-b</sup> *l. o.* <sup>c-c</sup> *Dlugossii manu in margine* <sup>d</sup> *deficere deletum* <sup>e</sup> *Dlugossii manu superscriptum* <sup>f</sup> *defectum aut.* <sup>g</sup> *dis cf. adn.* <sup>h</sup> *Ed. Crac., imperfectam aut.* <sup>i-i</sup> *cf. adn.* <sup>c-c</sup>

HPR102

aleret peregrinorumque necessitati subveniret, exponit. Cumque omnis illa cohors et congregatio pro tam necessari arefectione in domum} suam concurreret, omnibus tamen ex tenui et exiguo vasculo iniciatus medo liquore illius divina virtute et hospitem adventu aucto non solum pro necessitate, sed pro sacietate<sup>a</sup> cepit sufficere. Ubi autem tanti prodigii primum vlgata deinde deprehensa esset certitudo, ad eligendum virum tam sanctum in regem omnium corda et intenciones quadam quasi religione commote inspirantur unusque Pyasth miraculi prodigio declaratus ex omnibus dignus visus est, ad quem regnum deferrent, incredibileque erat, quantus ardor huiusce dignitatis ad Pyasth deferende procerum et tocius nobilitatis corda pervaserat. Altera itaque die illucescente<sup>b</sup> in solitum atrium convenientes universi concorditer Pyasth regem pronunciant et eligunt<sup>1</sup> atque in casam suam in copiosa multitudine advenientes iuxta denunciacionem, que ei pridie<sup>c</sup> angelico ministerio revelata fuerat, ipsum iam virum etatis medie et virilis in regem sustollunt patrio ritu et assumunt. Verum quo prompcius eligendum instabant<sup>d</sup> esse, eo electus resistebat perseverancius. Postremo reluctantem circumfusi omnes precibus devincunt (ut magis coactus quam voluntarius principatum suscepit, eo quidem maiori cum sua et tocius sue posteritatis laude, quod ad fastigium huius maiestatis non ambitione populari sed spectabili morum moderacione divino instinctu credatur evector) et regem salutant regemque sibi et universe genti atque regioni Polonorum<sup>e</sup> constituunt et ordinant, nichilipensi habentes, quod vir in thugurio rusticano genitus et nulla nobilitate insignitus sortis eciam tenuissime fuerit, utpote agrariam et mellicidiorum<sup>f</sup> exercens artem. Ex vili autem, in quo degebat, tugurio per primores et Polonorum proceres in ducalem aulam deducendus sandalia<sup>2</sup> ex suberino robore elaborata secum detulit asservarique in regia mandat, posteris suis videndo exhibendoque, quatenus intelligerent superbireque et insolescere desinerent omnes Polonorum Regnum accepturi, quod originarius eorum parens ex humili fortuna fastigium regium conscenderit, felix nimium iudicandus, ex quo tot pullularunt excellentissime plante, tot illustres principes emanarunt, tot anime candidate<sup>g</sup> prodigerunt<sup>h</sup>, regum videlicet principum<sup>1</sup> Polonie numerosa propago eciam usque ad nostra tempora frondescens. }

<sup>a</sup> sacietate aut. <sup>b</sup> frequentes additum in Ed. Crac. <sup>c</sup> postridie aut. <sup>d</sup> Ed. Crac., instabat aut. <sup>e</sup> primo Polonice aut. <sup>f</sup> mellicidiam Ed. Crac. <sup>g</sup> primo canditate in aut. <sup>h</sup> predierunt Ed. Crac. <sup>1</sup> primo principem in aut.

*Pyasth omnia pacifica et domi foris reddens,  
sedem ex Crusvicia Gneznam transfert:  
cui nepotes Pompilii tributa pendere negant et multas  
in Polonos faciunt incursiones*

HPQ103

<sup>a</sup>[R]estitisset autem<sup>a</sup> omnibus conatibus Pyasth eleccioni de se facte illamque quadam insania ad se delatam credidisset, nisi divino hospitem suorum oraculo de illa cercior effectus fuisset. Itaque quamvis stupens et trepidus, iniecte sibi consentit eleccioni, plurimum mirabundus, que sibi sors nec speranti, sed nec cogitare audenti<sup>b</sup> accidisset. Quapropter generis sui propago tanto evasit sublimior, quanto stirps credebatur fuisse depressior. In administrando autem et regendo Polonorum Regno adeo illi divina pietas, quam extunc suo licet gentili ritu ferventissime et magis precipua, quam<sup>c</sup> tunc, quando privatus viveret, operum misericordie cura colere adnixus est, [successus dedit<sup>d</sup>], ut admiranda cunctis et celebris eius haberetur industria. Cui singuli proceres et universa nobilitas Polonorum, videntes specimen singularis [...<sup>e</sup>] sapientie, et que magis collata et infusa divinitus, quam naturali dote concessa putabatur in eo lucere, promptam obedienciam et subieccionem in omnibus, quecunque decreverat aut imperaverat, exhibendo [parebant<sup>f</sup>]. Quievit et sub eius regimine singulorum hostium Poloniam invadencium furia, predonum et furorum rabies contabuit, dum et hostes mira equitate modestiaque compescuit et latrones animadversione dedita perstrinxit. Quo effectum est, ut respublica sub iniquo et crudeli rege Pompilio<sup>g</sup>, et tandem post corrosionem suam et stirpis sue ex baronum et nobilium intestina commocione et guerra plurimum languida et depressa maximum resumeret robur et vigorem. Hic patrato per Pompilium immediatum predecessorem suum in patuos et proceres suos sceleri plurimum infensus<sup>h</sup>, regiam ex Crusvicia in Gneznam, originarium et vetustum suum locum, transtulit, indignum iudicans illic Polonorum metropolim consistere et iura gentibus reddi, ubi tam [...<sup>i</sup>] atrox facinus, quod eciam loci inspeccione renovabatur, admissum extitisset. Et quamvis sub prefati Pyasth regimine et principatu | omnia

aut. | 76\*\*

<sup>a</sup>-<sup>a</sup> l. o.    <sup>b</sup> primo audendi aut.    <sup>c</sup> primo quamquam    <sup>d</sup> additum in Ed. Crac., cf. adn. 5    <sup>e</sup> spac  
obliteratum    <sup>f</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>g</sup> primo Pompilio    <sup>h</sup> infestus Ed. Crac.,    <sup>i</sup> tali deletum in aut.



HPQ104 Cassvbitarum aliarumve, quarum superius mencionem fecimus, orarum, quorum parentes veneno a Pompilio fuerant extincti, et parentum } morte et suo contemptu alteriusque de humili sorte surrogacione in regem grandi furore commoti, tributarium et feudale iugum, cui hactenus fuerant subiecti amaritudine primum, sed forcius indignitate eleccionis permoti, abiecerunt, pro infestis quoque hostibus magis, quam pro feudalibus principibus habiti, in Polonorum gentem regionemque frequentibus debachacionibus seviebant. Dolebant siquidem parentes suos toxica fraude peremptos, sed ulcio<sup>a</sup> divinitus immissa dolorem tenuabat<sup>b</sup>: verum amplior cruciatus uniuscuiusque subibat precordia, quod sibi obscure rusticaneque sortis hominem, omnibus eis preteritis, videbant prepositum et in principatus locum, quolibet eorum neglecto, suffectum. Principes vero, proceres et universi satrape Polonie neque indignum ducebant Pyasth parere fascibus et illius adorare tribunalia, quem obscure sortis hominem noverant religione ad id [non minus<sup>c</sup>] quam hominis virtute inducti. Ingerebaturque in singulorum pectoribus haud tenuis admiracio, quod quem pridem manus aratro apponentem, boves iungentem et in exigua gleba arantem, ex alveariis quoque apum questum exigentem, in vili tugurio degentem animadverterant, eundem iura in regia reddentem, necis et vite potestatem administrantem, exercitus gerentem, de hostibus triumphos et spolia referentem viderant.

*Mira rerum metamorphosis  
opera beatorum Remigii et Germani evenit*

Id ne cui scrupulum pariat ad discredendum et scripta nostra presencia prebeant<sup>d</sup> occasionem ad optrectandum, duo exemplaria subnectam. Unum quod legitur in vita sancti Remigii<sup>1</sup>, qui cum esset archiepiscopus Remensis<sup>e2</sup>, et sollicitus valde, ut inclitum pecus sue fidei commissum caulas reduceret ad celestes, diocesim suam annis singulis per se ipsum, corrigendo deformitates et vitia et zizania evellendo, visitaret, hospitatus esset in domo cuiusdam consanguinee sue, videns eam erubescere pro eo, quod vinum non haberet, ommissis omnibus, facta oracione ante dolium vacuum et signo crucis edito, vinum exivit desuper. Aliud quod in vita sancti Germani<sup>3</sup>

<sup>a</sup> Ed. Crac., ultro aut.    <sup>b</sup> attenuabat Ed. Crac.    <sup>c</sup> additum in Ed. Crac., cf. adn. 6    <sup>d</sup> Ed. Crac., prebeat aut.    <sup>e</sup> Rensiensis aut.

legitur, qui cum per Britanniam cum sociis et discipulis suis, viris religiosis, predicaret, hiemis asperitate urgente regis palacium intravit, petens hospiciam a rege, qui ei negavit. Cum autem subulcus<sup>1</sup> regis egrederetur } a domo regis ad suam, HPQ105 portans porcionem cibi sui, misericordia motus, videns Germanum et monachos eius in nive algentes, rogatos abduxit ad tugurium suum<sup>a</sup>, occidens et parans eis vitulum, quod beatus Germanus, congregatis eius ossibus super pellem, suis precibus reparavit. Tunc immane<sup>b</sup> palacium ingreditur et convocato populo, arguens regem de immisericordia et ostendens eum malignum gubernatorem regni,<sup>c</sup> deposuit eum a regno, et ille cum virtuti divine, per quam operabatur<sup>d</sup> sanctus, non posset resistere, licet invitus recessit et cum coniuge et liberis suis de palacio. Sanctus autem Germanus dictum subulcum<sup>e</sup> regem Britanie constituit propter hospilitatem et caritatem suam, et extunc reges illi de subulco sublimati sunt.

*Pyasth moritur, cui filius suus Semovitus vir optimus succedit*

†[A]nnis multis<sup>†</sup> Polonorum Regno per Pyasth prudenter et feliciter gubernato, sub quibus plura per Pompilium deformata ad evidentem instaurationem fuere reducta, Pyasth ipse senio longevo confectus, centesimo et vicesimo etatis<sup>h</sup> anno rebus eximitur humanis, non sine universe nobilitatis et populi grandi merore et luctu. Singulos enim pro cuiuslibet condicione et merito extollebat et premiabat parentisque magis quam regis ab omnibus colebatur loco. Post eius decessum favore et voluntate concordi filius eius Semovitus in regem assumitur et tronus paternus illi decernitur gubernandus. Vivente siquidem patre in principem milicie creatus, in administrandis bellis ceterisque regni obeundis expediendisque negociis pluribus probitatis signis emicuit. Frigoris<sup>2</sup> enim, inedia et caloris paciens, cibum potumque pro naturali mensura non pro voluptate sumebat, vigiliarum somnique non disterminans tempora crebris vicibus inter custodias stacionesque militum excubabat, solus universa, quibus insidie hostiles poni possent, circumspiciens, largicione in omnes vivificus et severitate correptioneque modestus; habitus suus nullam pompam redolens, vix procerum et nobilium habitui equabatur. Quibus virtutibus adeo se militibus et proceribus cunctisque statibus Polonorum insinuaverat, ut plus quam

<sup>a</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>b</sup> mane Ed. Crac.    <sup>c</sup> regna aut.    <sup>d</sup> Ed. Crac., operatur aut.    <sup>e</sup> in additum in Ed. Crac.    <sup>†</sup> l.o.    <sup>2</sup> primo singulis in rasura correctum    <sup>h</sup> sue additum in Ed. Crac.

HPQ106 caro illum singuli venerarentur affectu morteque patris secuta dignum omnes } principatu acclamarent; imperium aput Polonos anno<sup>a</sup> Salvatoris nongentesimo<sup>b</sup> vicesimo primo adeptus<sup>1</sup>.

*Semovitus multa bella feliciter gessit, tandem Gneznae moritur*

<sup>e</sup>[I]n paternum solium<sup>c</sup> Semovitus ascendens prioribus virtutibus aliquid dietenus adicere conabatur. Universam autem curam pro bene gerenda re publica principatus sui, pro restituendis finibus regni occupatis et novis propagandis intendens, creato primum principe milicie eciam centuriones, quinquagenarios, decanos, tribunos, aut. | 77\* ciliarchos, ordinum tam equestrium quam pedestrium | ductores prefectosque constituit, hosque antequam ad bella prodirent, certaminum simulacris et hastarum pugnarumque ludis exercitari, quo animosiores et cauciores in hostes existerent, disposuit; finitimis deinde, Pannoniis videlicet Almanis et Pruthenis, pro terminis regni sui sub Popyel principis ignavia occupatis, bella movit et aliquot certaminibus confligens hostesque magna strage confundens macte virtutis triumphator celebratus, cunctis per circuitum nacionibus erat in terrorem. Recuperatis autem assiduitate bellorum veteribus Polonorum finibus, in aliud bellum mox conversus, principibus Pomeranis, Cassubitarum et cismarinis, quorum patres Pompiliana extinxerat per venenum sevicia, guerram pro denegato sibi et patri feudo indixit eamque annis aliquot, principibus illis non robore aut milicia exercitus, sed situ et difficultate locorum fortiter resistentibus, continuavit. Verum antequam duras eorum et rebellantes cervices domuisset, immatura morte aput Gneznensem regiam diem obiit, <sup>d</sup><triginta et duobus annis in principatu exactis><sup>d</sup>.

*Tres duces Slavorum ad Arnulphum imperatorem nuntios miserunt  
petentes sibi viros doctos in Sacra Scriptura mitti*

<sup>e</sup>-<Arnulfo imperatore, qui anno<sup>2</sup> nativitatis Domini nostri Jesu Christi octingentesimo <sup>f</sup>[.....] cepit aput Romanos regnare<sup>g</sup>, tres Slavorum duces, videlicet Rostis-

<sup>a</sup> Ed. Crac., annis aut. <sup>b</sup> noningentesimo Ed. Crac. <sup>c-c</sup> l. o. <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in vacuum intervallum insertum <sup>e-e</sup> Dlugossii manu sub textu <sup>f</sup> nonagesimo Ed. Crac., nonagesimo sexto in rasura manu posteriore, deinde 5 litterae erasae in aut. <sup>g</sup> Ed., Crac. regnante aut.

laus<sup>1</sup>, Swanthopelcus<sup>2</sup> et Koczel<sup>3</sup>, missis ad } Grecorum imperatorem Michaelē<sup>4</sup> *HPQ107*  
 nunciis, quatenus pro ipsis et eorum gentibus in fide Christiana erudiendis doctos  
 illis viros transmitteret, Methudium<sup>5</sup> et Czurillum<sup>6</sup> mittit, qui duces et gentem Sla-  
 wonicam tum primum ad fidem convertunt, Scripturas de Greco in Slawonicum  
 transferunt, sacra in vulgari Slawonico peragenda instituunt, sedem pontificalem  
 apud Wyelyagrod<sup>7</sup> Moravie ponunt. Accersiti<sup>8</sup> posthec Romam et a summo pontifice  
 arguti, quod rem divinam lingua Slawonica agerent, respondent, Scripturam omnem  
 spiritum laudare Dominum permisisse. Disceptatione tandem in sacro senatu habita,  
 licet non pauci apparuissent contradictores, optentum et decretum est, ut sacra in  
 lingua Slawica iuxta atque Latina, Greca et Hebraea peragantur }<sup>e</sup>.

*Lestko filius Semoviti in principem Poloniae eligitur*

<sup>a</sup>[S]emovito decedente<sup>a</sup>, magnis Poloniam mors eius involvit meroribus. Eum  
 enim principem sibi videbant subtractum, cuius virtute et auspiciis magnas iam  
 res gesserant et maiores se acturos sperabant, cuius eciam largicione munifica et  
 triumphorum relacione privatim et publice opibus armisque et equis increverant  
<sup>b</sup>uberioresque victoriarum tropheos<sup>b</sup> amplioraque premia et lacere patrie reinte-  
 gracionem<sup>c</sup> eius ductu, eius solercia se adepturos non dubitabant; benivolenciam  
 autem Semovito prestitam in filium eius Lestkonem, quem unicum reliquerat,  
 convertunt. Qui etsi nondum debite etatis statum attingeret, procerum tamen et  
 nobilitatis communi assensu post patris funebrias, quibus summus per Polonos<sup>d</sup>  
 iuxta gentilitatis et illius etatis ritum honos<sup>e</sup> est peractus, Lestko ipse in principem  
 assumitur et certi barones pro curatoribus, donec adolescat, illi deputantur. Sub  
 quorum gubernacione bellorum contra principes Pomoranorum, Cassubitarum,  
 Slaworum et cismarinorum consummacio intermissa elanguit. In virilem autem  
 statum Lestko productus<sup>f</sup> paternarum virtutum cepit esse imitator, singulari  
 solercia prudentiaque<sup>g</sup> rempublicam dirigens et iusticia, liberalitate atque probitate  
 in omnes suos subditos clarescens. } Milicie tamen munera non eque ut pater coluit *HPQ108*  
 partisque et restauratis per patrem nichil adiecit et bellum contra principes Slaworum,

<sup>a-a</sup> l. o.    <sup>b-b</sup> uberioraque victoriarum trophea *Ed. Crac.*    <sup>c</sup> redintegracionem *Ed. Crac.*    <sup>d</sup> honos  
 deletum    <sup>e</sup> in rasura    <sup>f</sup> perductus *Ed. Crac.*    <sup>g</sup> et additum in aut.

Cassuborum<sup>a</sup>, Pomoranorum et cismarinorum penitus gerere intermisit, <sup>b</sup>⟨anno redempcionis nostre noningentesimo quinquagesimo secundo<sup>1</sup> ad regendum monarchiam Polonicam assumptus, procerum et optimatum Polonie magis caritate quam suo merito⟩<sup>b</sup>.

*Lestkoni Zemomisl filius optimus nascitur et succedit*

<sup>e</sup>[I]n annos plures<sup>e</sup> Lestkonis principatu producto nascitur illi filius: de cuius ortu plurimo exhilaratus gaudio nomen illi circa tonsuracionem Zemomisl<sup>2</sup> imponit, significacione nominis, quod sonat terram recogitans, terrarum Polonie, in quarum |  
aut. |78\* futurum regimen genitus erat, sollicitam curam sibi demandans. Lestkone itaque emortuo prefatus filius suus Zemomisl, perfectam in vita patris nactus etatem, sibi succedit, naturali virium robore plurimum valens, non minori eciam virtutum ornatu fulgescens: enitebatur siquidem pro viribus et id precipua vendicabat cura, ut tam avitam quam paternam in omnibus accionibus exprimeret indolem et virtutum fragranciam, iuxta ac illi, in cives et forenses effunderet. Et quamvis avitam felicitatem audaciamque in gerendis bellis non implevit, ceteris tamen virtutibus suis nichilo fuit inferior; et quod illi bellica laude et armis hoc iste toga et prudentissima in singulis rebus liberatrice modestia creditus est patrie prestitisse.

<sup>d</sup>⟨Johanne papa duodecimo impie mortuo, Benedictus quintus<sup>3</sup> a Romanis eligitur contra Leonem<sup>4</sup>; sed ab Otthone cezare deponitur et in exilium ad Saxones missus illic consenescens obiit⟩<sup>d</sup>.

*Nascitur filius Zemomislao caecus Myeszko nomine,  
qui per septennium in caecitate permansit*

<sup>e</sup>A]ngebatur autem<sup>e</sup> princeps Zemomisl dolore vehementi, quod uxor sua annis pluribus sterilis manebat, credens stirpem suam extinctum iri. Inspectore tamen et remuneratore omnium virtuosorum operum Deo, aput quem nullum opus sine  
HPI109 premio preterit, sterilitatis opprobrio adempto, fecunda } et gravida esse cepit.

<sup>a</sup> Kassubitarum Ed. Crac.    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu infra textum, deinde intervallum 4 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>c-c</sup> l. o.    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu sub textu, deinde intervallum 6 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>e-e</sup> cf. adn. c-c

Sed partus die adveniente summum gaudium, quod de ortu nove et insperate prolis Zemomisl credebat sibi proventurum, verti contigit in luctum. Enixa quidem est uxor Zemomisl marem, sed cecucientem<sup>a</sup>, quod utrique parenti singularem dolorem et amaritudinem inferebat, sterilitatis quoque incommodum dedecore illo magis videbatur auctum quam precisum. Stimulabat et amplior dolor, quod regina illo unico filio ceco edito parere desinens sterilis ut ante permansit, natus quoque filius in annos aliquot succrescens, nec aliqua visive potencie signa preferens, perpetuam oculorum caliginem portendebatur habiturus. Pater autem pueri in virtutum operatione nichilo factus est segnior, sed pluribus placitis Deo accionibus refulgens hospitalitatem, quam quasi hereditariam a proavis acceperat, summo studio sectabatur. <sup>b</sup>⟨Omnium autem, quos unquam legi, Polonorum historiographorum annales et litere<sup>1</sup> de cecitate huius Myeszkonis concordant, scribentes illum infra cellam adhuc materni uteri cecitatis contraxisse tenebras cecumque effusum integro septennio ab ortu cecitatis erumpnas tolerasse<sup>c</sup>. At clementissimus Deus generi Polonico propiciacionis gratiam post tot, que precesserant<sup>d</sup> etates, impensurus, lumine quoque Polonos iuxta ac ceteras illustratus gentes ⟨fidei⟩<sup>e</sup>, cecum illis principem nasci, cecitatis quoque obprobrium<sup>f</sup> septennio ferre occulto suo iudicio permisit: ut princeps ipse caligine oculorum percussus mente plus videret quandoque quam oculis et cecitatis tenebris<sup>g</sup> a se per gratiam Salvatoris dispulsis carnalibus, propensius et ipse a se et ab universa gente sua Polonica infidelitatis et ydololatrie sordes et tenebras effugaret diuturno tempore concretas⟩<sup>b</sup>.

*Cum post septennium Myeszko tonderetur et pater celebraret convivium moestus,  
aperti sunt oculi illius et vidit cum omnium laetitia,  
ariolis illum magnum futurum pollicentibus;  
deinde eo adulto Zemomisl moritur non sine luctu omnium*

<sup>b</sup>I]nstante denique<sup>h</sup> septennio, in quo iuxta ritum Polonorum veterem et gentilem filius principis debebat tonsurari et nomen illi aptari et imponi, Zemomisl princeps primores procerum et nobilium Polonie Gneznam ad solennitatem

<sup>a</sup> caecum Ed. Crac. <sup>b-b</sup> Dlugossii manu infra textum, deinde intervallum 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>c</sup> 1 in rasura <sup>d</sup> precesserunt Ed. Crac. <sup>e</sup> Dlugossii manu in margine <sup>f</sup> opprobrium Ed. Crac. <sup>g</sup> ten adscriptum, ebris Dlugossii manu in rasura <sup>h-h</sup> l. o.

tonsuracionis in filio suo, quamvis ceco, perendam invitat. Die autem consti-  
 tuta adveniente, dum de nomine puero apte imponendo quereretur, Myeszkam<sup>1</sup>  
 HPR110 illum et patris et procerum decreto appellari placuit, } quod in vlgari Polonico  
 significat turbacio vel commocio, eo quod condicione sue cecitatis et parentibus et  
 genti Polonice in suo exortu confusionem intulit, et patre Zemomisl decedente,  
 maiorem esset illaturus [...<sup>a</sup>], <verenti>bus<sup>b</sup> proceribus et nobilibus Polonie et id  
 aut. | 79\* crebra sermonum et tractatum ingeminacione | usurpantibus: quod patre suo  
 principe<sup>c</sup> Zemomisl mortuo maior vel eadem turbacio, que post mortem Pompilii  
 acciderat, Poloniam esset invasura. Tonsurato itaque principis Zemomisl <sup>a</sup><filio,  
 ceperunt tam ipse><sup>d</sup> quam omnes corrogati proceres epulari. Ovantibus tamen  
 omnibus solus princeps Zemomisl filii tunc tonsurati cecitatem animo et cogitacione  
 dimeciens, altis suspiriis pectus implebat, tacitis singultibus de tanta nati infelicitate  
 se ipsum verberando. Cui tanto dolore consternato mirum in modum subitus nuncius  
 advenit, denuncians filium Myeszkonem in ipsa hora perfectam claritatem et  
 visionem oculorum accepisse. Sed patre principe et convivis universis dubitantibus  
 magis quam credentibus mater pueri principissa de epulancium triclinio exilit,  
 experimentum denunciate novitatis palpatura. Que cubile, quo puer asservabatur,  
 ingressa, videns in orbibus oculorum prioribus nebularum tenebris dissolutis et  
 disparentibus veram claritatem illuxisse, attonita pre gaudio decidit in terram et  
 a ministris sublevata, spiritu resumpto, raptio in ulnas puero, ad coniugis et convi-  
 varum defert conspectum, sciens, nisi coram cernerent puerum, accidenti miraculo  
 nullatenus credituros. Repletur summo gaudio pater, replentur et convive; pater  
 tamen super sublato opprobrio uberius exultans lacrimis faciem irrigabat, quas  
 leticie immensitas indices cordis excusserat. Puer quoque Myeszka mirabundus  
 exultat et nunc parentum, nunc convivarum intuitus, quos nunquam ante viderat,  
 vltus, singulis illum certatim deosculantibus, applaudet<sup>e</sup>; extenduntur dies convivii,  
 epularum quoque preparacio intenditur et magno strepitu, mugitu atque iubilo  
 regia concrepat universa. Parum quoque id Zemomisl ducens, singulis proceribus  
 et nobilibus invitatis munera largitus est, munificum se cunctis eo die <sup>f</sup>et tem<pore><sup>f</sup>  
 plus solito ostendens, quod Divinitate propicia desiit esse et infelix et orbis. <sup>g</sup>-<Placet  
 nonnullis ducalem puerum Myeczslawm<sup>2</sup>, quod significat habiturum gloriam,

<sup>a</sup> 4 litterae erasae    <sup>b</sup> verenti a Dlugossio in margine scriptum    <sup>c</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>e</sup> applaudit Ed. Crac.    <sup>f-f</sup> et tem in rasura, pore in margine Dlugossii manu    <sup>g-g</sup> Dlugossii manu sub textu

appellatum fuisse, sed ad nomen Myeschko per diminucionem vocitacionis, dum puericiam ageret, defluxisse. <sup>a</sup>Quam opinionem nos quoque ex multiplici respectu probamus, attento, quod Poloni regum et principum suorum nomina non } in *ko*, *HPQ111* sed in *slaw* terminare soliti sunt, lingwa sua formando principum et regum nomina. Wlodzislaw, Boleslaw, Myeczslaw, Przemislaw, Stanislaw, Swyanthoslaw }-<sup>g</sup>.

<sup>b</sup>C]ulciori post hec puer Myeczslaw<sup>c</sup> providentibus parentibus cura habitus est ac tam ministrorum, quam suppellectilium ad eius ingenuam educacionem duplicatus numerus et ordo: magnum enim illum futurum tam aput patrem et proceres nobilesque Polonie, quam aput vicinas naciones declarabat naturalis cecitatis et usque ad septennium perpesse supernaturalis quoque illuminacionis divinitus attribute portentum. Quo quidem Zemomisl princeps vehemencius quam ceteri paterno incensus ardore permotus, ariolos, aruspices divinos phitonesque sepius scrupulose consultos inquirebat, quid filii sui ceci nati caligo et in septennio divinitus collata illuminacio portenderet. Omnium autem consona responsione accipiebat: Regionem Polonorum, superiorum principum pravis moribus et ignavia cecucientem tenebrescentemque filii sui virtute et singulari prudentia fore et illustrandam et in sublime erigendam; quod etsi pater divinatoresque implendum carnaliter intellexissent, veriori tamen spirituali intellectu comprobatur fuisse impletum, postquam Myeczslaw<sup>d</sup> ipse superstitione ydolorum, que hereditaria successione coluerat et quorum cultura, per plures successiones traducta septenario<sup>1</sup>, qui universitati deservit, significatur numero, abiecta, lucem veri luminis et fidei (ut in sequentibus narrabimus) apprehendit. Zemomisl itaque Polonorum monarcha, cum plures annos gratus civibus, gratus forensibus in principatu exegisset, et rempublicam strenue | et prudenter gubernasset, filio Myeczslavio<sup>e</sup> iam ma- *aut.*[80\*  
tutam etatem sortito regnum derelinquens in etate pene eadem, qua prothaw<sup>f</sup> suus Pyasth, licet in ritu sacrilego, complorante illum universa Polonia mortuus est et in Gneznensi castro patribus suis gentilitatis more appositus <sup>g</sup>-〈anno ab ortu Christi noningentesimo sexagesimo quarto, annis octo in Regni Polonie gubernacione absumptis<sup>2</sup>.

Leo octavus, nacione Romanus, Johanne deposito, omnium votis electus est.

<sup>a</sup> hinc alio atramento Dlugossius <sup>b</sup> continuo in aut. spatium 2 versibus scribendis aptum vacuum relictum, tria ineuntia verba l. o. scripta, textus vero sine intervallo in Ed. Crac. <sup>c</sup> primo Myeszko Dlugossii manu correctum <sup>d</sup> cf. adn. c <sup>e</sup> primo Myszkoni Dlugossii manu correctum <sup>f</sup> proavus Ed. Crac. <sup>g-g</sup> Dlugossii manu infra textum



Hic <statuit><sup>a</sup>, ut nullus papa fieret sine consensu imperatoris, propter maliciam Romanorum, qui filios suos et consanguineos per vim intrudebant <papatui><sup>b</sup>. Sedit anno uno<sup>c</sup> mensibus quatuor, cui Johannes XIII-us successit><sup>g1</sup>. }

HPR112

*Myeczslavus parenti Zemomisl succedit ;  
et quamvis ad libidinem pronus esset,  
tamen consilio catholicorum inducitur ad suscipiendam fidem Christianam  
et promittit*

<sup>d</sup>Sepultura Zemomisli<sup>d</sup> principis iusto honore confecta, proceres et nobiles universi Polonie, unico filio eius Myeczszlawo<sup>e</sup>, <sup>f</sup><ultimo paganorum duci><sup>f</sup>, collatum dudum a patre innovant regnum et ipsum Gnezne in dominum et monarcham Polonorum assumunt, eo quidem minus cunctanter, quo maiore spe suam rempublicam per illum, ut divinatorum prodiderant iudicia, amplificandam crediderant. Et quamvis iusto imperitaverit regimine nonnullaque bella cum finitimis feliciter gesserit, per annos tamen multos falsa augurum non implevit oracula, ut eciam quidam a spe<sup>2</sup> concepta excidisse viderentur. In Venerem quoque more barbarico procliws, <sup>g</sup><cuius licet castissima fuerit adolescencia, libidinosa tamen et lasciviens fuit etas proveccior><sup>g</sup>: septem <enim><sup>h</sup> pellicibus, quas uxores nominabat, utebatur, non tamen ex aliqua illarum sobolem et future sue successionis solacium susceperat. Qui dum orbitatis sue crebris sermonibus accusaret incommoda, per nonnullos catholicos viros tum religiosos et spirituales, tum eciam seculares, qui in curia sua obversabantur et qui ex finitimis regionibus curiam suam accedebant, <sup>i</sup><per quos iam fidei splendor et Christi Redemptoris adventus radiare in Polonis sensim ceperat><sup>i</sup>, sibi suggestum est, ut sacrilego ydololatrie cultu relicto unum verum Deum agnosceret et fidem catholicam cum gente sua prophanis ritibus dedita susciperet: tunc enim et fecunditatem sibi prolis et cuncta alia feliciter proventura, et ipsum inter principes catholicos<sup>j</sup> <sup>k</sup><Slawonici generis atque lingue, in se et filiis celsiorem sortiturum thronum, et><sup>k</sup> magnum et celebrem futurum. Cui suggestioni benignas aures accommodanti

<sup>a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b</sup> posteriore manu superscriptum    <sup>c</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>d-d l. o.</sup>  
<sup>e</sup> cf. p. 171 adn. c    <sup>f-f</sup> cf. adn. a    <sup>g-g</sup> cf. adn. a    <sup>h</sup> Dlugossii manu superscriptum    <sup>i-i</sup> cf. adn. a    <sup>j</sup> primo  
katholicum    <sup>k-k</sup> cf. adn. a

plura<sup>a</sup> per viros religiosos et heremitas adiecta sunt, quibus et ydolorum, que<sup>b</sup> hactenus colebat, spurcie et cultoribus eorum yehennales et perpetui preparati detegebantur cruciatus, simul quoque divini consilii super redemptione generis humani summa benignitas sibi declarabatur. Propiciacione itaque Agni Celestis, que Polonorum gentem, sacrilegis ritibus hactenus spurcidam et fedam ceterisque catholicis nacionibus invisam et contemptam eripere et ad sui nominis agnicionem, vocacionem<sup>c</sup> et culturam } voluit perducere, inspiratus <et><sup>d</sup> salutaribus consiliis *HPQ113* et monitis virorum religiosorum et heremitarum persuasus<sup>e</sup>, f<flexus est Christianum venerari dogma et [...]><sup>f</sup> se per omnia eorum doctrinis acquieturum repromisit, g<et omnes Polonorum regiones a diis gencium ad veram orthodoxam religionem ceremoniasque eius se adducturum spondit><sup>g</sup>.

*Sanctus Wenceslaus et Ludmilla  
a fratre Boleslao in Bohemia interficitur*

<sup>h</sup>-<Grzimislaus seu Nyeklam Bohemicus dux moriturus, Hestiucum<sup>1</sup> maiorem natu filium in principatu instituens, Dipoldo altero filio provinciam Gurmensem<sup>2</sup> in sortem dedit. Hestiucio Borziwoy<sup>3</sup> successit, qui et ipse a beato Methudio<sup>4</sup> Moravorum episcopo cum Ludimilla<sup>5</sup> coniuge sua, filia comitis Slauiborii<sup>6</sup>, ad baptismi gratiam perductus est. Borziwogius duos filios Spitigneum<sup>7</sup> et Wratisslaum reliquit: primus patri successit, sed moriens sine liberis fratri principatum reliquit. Coniux Wratisslai Drahomiria<sup>8</sup> mulier audax et in scelus prona, duos uno partu geminos Wenceslaum et Boleslaum effudit. Prior a Ludimilla enutritus, alter a matre, utriusque mores alumpnarum sortiti: Wenceslaus<sup>9</sup> pius, mansuetus, religiosus et in pauperes liberalis; Boleslaus<sup>10</sup> econtra ambiciosus, rapere, occidere, adulterari et opprimere solitus. Ludimilla patre excedente imperium regni sortita iussu Drahomire strangulata est et inter sanctas relata. Wenceslaus caritate populi propter sanctos mores celebris et admirandus habebatur; eo odio frater Boleslaus inflammatus, matre instigante, convivium exstruxit et Wenceslaum fratrem<sup>1</sup>

<sup>a</sup> plurima *Ed. Crac.*   <sup>b</sup> primo quo aut.   <sup>c</sup> in rasura aut.   <sup>d</sup> Dlugossii manu superscriptum   <sup>e</sup> super rasuram manu Dlugossii insertum   <sup>f</sup>-<sup>t</sup> Dlugossii manu in margine, deinde 3 litterae in textu erasae   <sup>g</sup>-<sup>g</sup> Dlugossii manu adscriptum   <sup>h</sup>-<sup>h</sup> usque ad finem libri primi Dlugossii manu adscriptum   <sup>1</sup> Drahomicia aut.   <sup>1</sup> in rasura

invitatum post [..<sup>a</sup>] epulas ad ecclesiam oracionis gracia properantem in limine,  
<sup>b</sup>⟨anno Domini noningentesimo tricesimo octavo, et anno Othonis primi primo<sup>1</sup>⟩<sup>b</sup>  
 obtruncat, qui et ipse clarissimis fulgens miraculis sanctorum honores sortitus  
 [est<sup>c</sup>]. Drahomiria<sup>d</sup> mater pro scelere parricidii apud Pragensem arcem hiatu terre  
 absorpta; Boleslaus tocius Bohemie, germano interfecto, cuius sibi longum putabat  
 mortem expectare, dominium adeptus. Indignam mortem viri beati Wenczeslai  
 Ottho imperator primus ulturus in Boleslaum Bohemie ducem consurgit bellumque  
 indicit<sup>2</sup> longaue inter eos altercacio annis quatuordecim tractata⟩<sup>-h</sup> [est<sup>e</sup>]. }

†Explicit liber primus†|

---

<sup>a</sup> rasura 2 litteris scribendis apta    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>c</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>d</sup> cf. p. 173  
 adn. i    <sup>e</sup> cf. adn. c    <sup>t-t</sup> litteris ornatis atque oblongis deinde adscriptum, deest in Ed. Crac.

ANNUS<sup>b</sup> DOMINI NONINGENTESIMUS SEXAGESIMUS QUINTUS.

*Myeczslaus princeps Polonorum ducit Dambrowkam  
filiam ducis Bohemiae in uxorem  
et fidem catholicam cum toto Regno suscipit idolis destructis*

Monentibus autem viris catholicis et religiosis septem pellices, quarum carnali detinebatur amore, a se abdicare iussus, ne mollicies muliebres eum in assuefacta detinerent ydololatria: quarum<sup>c</sup> contubernio remoto, ad principem Bohemie Boleslaum, sancti Venceslai interfectorem et germanum, procos mittit, filiam suam Dambrowkam<sup>d</sup> pro unica et legitima uxore sibi petituros. Verum dum Bohemie princeps responderet se magnificum et insignem generum non abnuiturum, si illum ritus gentiles abicere et fidei sancte catholice normam eum suscipere contigisset, aliter enim filiam suam nulla ratione gentili et ydolorum cultori principi aliquatenus desponsaturum; <sup>d</sup>—(eodem responso virgo ducalis Dambrowka, procis et nunciis Myeczslavi Polonie ducis illam de ineundo federe matrimonii interpellantibus, usa respondet: non convenire conditioni sue Christiane, se ydololatre nubere; ubi tamen Myeczslaus dux Polonie spurcias ydolorum abiecerit et baptismatis lavacro renatus fuerit, non recusaturam se in eius transire amplexus. Eo responso Poloniam relato, cum frequenti senatu Myeczslaus Polonie dux coacto, quid facto opus esset, consultaret, satraparum suorum sententiis variantibus, placuit rem in crastinum differri. In nocte vero subsequenti propiciacio Divina erumpnas longi erroris Polonorum miserata, Myeczslawo Polonie duci et plerisque eius consiliariis per quietem inspirat et imperiosa iussione mandat, condicionem oblatam ne negligant, felicitatem regni ex fide suscepta extunc in omnes etates habituri. Movit hec visio et duces Polonie et proceres decretoque concordis de assumenda<sup>e</sup> Christiane puritatis religione

HP115

<sup>a-a</sup> l. o., Liber secundus Ed. Crac.    <sup>b</sup> Anus aut. In Ed. Crac. anni semper numeris arabicis designantur  
<sup>c</sup> quorum aut.    <sup>d-d</sup> manu Dlugossii in inferiore margine    <sup>e-e</sup> textus, cum codex conglutinaretur partim  
abscisus ex codice Lucae Premisliensis reffectus (Bibliothae. Univer. Cracoviae sign. 34)

sancitum est. Frequentioribus nunciis in Bohemiam missis, et<sup>e</sup> ><sup>d</sup> purgantibus<sup>a</sup> procis cunctam<sup>a</sup> difficultatem et principem suum non se solum, sed et universam Polonorum gentem de fidei articulis peroptime instructos, unda baptismatis ablutorum evidenti<sup>b</sup> allegacione certificantibus<sup>b</sup> affinitatem postulatam dux Boleslaus Bohemie gratificat et nunciis ducis Polonie Myeczslawi filiam suam Dambrowkam virginem nobilem et honestis moribus plenam cum dote et suppellectili locanti et accipienti digna tradit prefato duci Polonorum Myeczslavo<sup>c</sup> desponsandam. ><sup>d</sup> Fuerunt autem plures numero Polonorum reguli, proceres et satrape, qui in suscipienda fide Christiana dissenciendo graviter adversabantur: alii dicentes esse supersticiosam Christianorum sectam: alii observancias eius fore difficiles: alii non esse bonum postponere commoda paternarum tradicionum et nove secte et hactenus insolite libera colla subiugare. Hec<sup>e</sup> tamen et plures alias<sup>f</sup> oppositiones miseracio divina, que dat salutem regibus, erumpnas longi erroris Polonorum miserata, facile dissolvit, inspirando Polonis concordiam et religionis Christiane pietatem, ne illa abiecta a Bohemis ceterisque nacionibus pro contemptibilibus<sup>g</sup> haberentur ><sup>d</sup>.

<sup>h</sup>Procis autem<sup>h</sup> ducis Polonie Myeczslawi pluribusque baronibus et nobilibus de Bohemia virginem Dambrowkam<sup>i</sup> ><sup>i</sup> cum apparatu et sumptu magnifico dotemque et suppellectilem raram et insignem secum, ut par et dignum erat socero et genero, ferentem ><sup>i</sup>, comitantibus, ad regiam Gneznensem perducta; ubi tam a duce Myeczslawo et suis baronibus et proceribus Polonie, quam ab omnibus ordinibus sibi obviam itum est, et ingressus suus magnifico cultu et superbo exceptus: pro quo honestando<sup>j</sup> insigniores matrone et virgines Polonie variis gemmis, auro argentoque onuste ceterisque insignibus decore Gneznam iussu principis convenerant. Transactis autem paucis diebus dux Myeczslaus de fidei orthodoxe articulis et ritu-sufficenter per viros religiosos et anachoriticam<sup>k</sup> vitam in regionibus suis ducentes, quos ob eam rem singulariter accersiverat, instructus tenebris vetusti erroris renunciat et cum principalioribus baronibus et nobilibus, urbiumque Polonie primoribus saluberrimam orthodoxe religionis catholice legem { amplexurus, sue de tenebris ydololatrie in lumen fidei conversionis primicias sacro fonte consecrat, sacrum in Gnezna suscipit baptismum et deposita in regeneracionis unda vetustate peccati

HPQ116

<sup>a-a</sup> in rasura primo procedo    <sup>b-b</sup> certificatione allegantibus *Ed. Crac.*    <sup>c</sup> cf. p. 171 adn. e    <sup>d-d</sup> manu Dlugossii sub textu    <sup>e</sup> *Ed. Crac. Has.*    <sup>f</sup> alie aut.    <sup>g</sup> contemptibilibus aut.    <sup>h-h</sup> l. o.    <sup>i-i</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>j</sup> *Ed. Crac.*, qua honestanda    <sup>k</sup> ti superscriptum

in novam anime innocenciam viteque infanciam est renatus, lavacro baptismali sordes abluens tam facinorum quam ydolorum, ex ceca et vetusta caligine ydolatrie in agnitionem et puritatem fidei et religionis orthodoxe vocatus, lumineque eiusdem fidei lumen rationis naturalis, quo etiam illum vigere Altissimus concesserat, excedente, illustratus et gracia Spiritus sancti ex aqua et spiritu re[.a]natus est, vetustoque nomine Myeszko abrogato velut barbaro Myeczslaus nominatur. Sed et germana sua virgo sacro caractere fidei insignita, catholica efficitur eique nomen Adleyda<sup>b1</sup> aptatur. Eodem insuper die sacramento baptismi percepto, dux Myeczslaw<sup>c</sup> aliud contigit sacramentum et virginem Dambrowkam ritu catholico sibi desponsat et nupcie felicissime, corrogatis vicinis principibus, Gnezne pluribus diebus magnifico celebrantur apparatu et singuli invitati et convive opulentis et delicatis tractantur necessariis et multiplices ludi et spectacula in honorem principis et decus acte tunc solennitatis instaurantur. Qua finita principes finitimi baronesque et nobiles Bohemie sumptuosis muneribus a duce Myeczslawo<sup>d</sup> honorati, in oras proprias reversi ducis Myeczslavi Polonie munificenciam, | liberalitatem et opulenciam laxato sermone diwlgant. Ex eo deinde tempore universa Polonorum regio fidei sancte catholice iugum suscipit, studio quoque ducis Myeczslawi<sup>e</sup> et consortis sue Dambrowcze ferventissimo Poloni, miseracione divina, lumine fidei illustrantur, presidente in kathedra Petri Leone octavo<sup>2</sup> nacione Romano, qui eodem anno rebus humanis exemptus est et cui in vicariatu Christi Stephanus septimus<sup>3</sup>, nacione Germanus, per eleccionem conformem successit, †⟨secundum alios Johannes XIII-us, nacione Narnensis, aliqui scribunt XII-us⟩†. Strictissimo posthec Myeczslawi Polonorum principis edicto et omnium baronum et nobilium Polonie consensu conformi confringuntur ydola et falsorum deorum simulacra atque edes flammis traduntur; cultores vero illorum et singulorum bonorum privacione et capitis precisione mulctantur. †Sed et† singulos ritus celebritates atque festa, quibus honos et supplicacio ydolis impendebatur, sed et omnes ariolos, incantatores, augures et phitones Myeczslaws dux Polonorum abrogavit et erasit de terra, ludos omnes publice et privatim in honorem deorum gestos prohibuit: non enim est Deus noster ut dii gencium, quos sepe poꝑulus Polonicus ludis, plausibus et gestis inhonestis, atque sexcentis aliis generibus impietatis placatos credidit efficere. Felicissimus profecto et Deo amabilis princeps, qui primus Polonorum regiones fidei orthodoxe et corpori sancte

aut. §82\*\*

HPR117

<sup>a</sup> duae litterae erasae    <sup>b</sup> Adleydis Ed. Crac.    <sup>c</sup> cf. p. 171 adn. c    <sup>d</sup> cf. p. 110 adn. i    <sup>e</sup> primo Mieszkonis manu Dlugossii correctum    †-† manu Dlugossii in margine    †-† Non modo Ed. Crac.

Ecclesie per veritatis cognicionem et ydolorum desercionem invisceravit. Et quoniam fere in omnibus civitatibus, opidis et vicis insignioribus Polonie simulacra deorum et dearum, ydola atque luci habebantur, que lencius tardiusque, quam iussio hebebat<sup>a</sup> Myeczslai principis, succidebantur confringebanturque: septima dies marcii ad confringendum abolendumque ea in universis Polonorum regionibus a Myeczslawo indicta est. Qua adveniente quelibet civitas et queque villa suorum deorum simulacra confringere et confracta in paludes, lacus et stagna, prosequente populi utriusque sexus multitudine, demergere saxisque obruere, cultoribus deorum dearumque et his presertim, quibus sacra eorum erant questui, profusius ingemiscantibus illacrimantibusque, non tamen quicquam metu prefectorum ducalium mutare<sup>b</sup> audentibus, coacta est. Que quidem falsorum deorum dearumque confraccio demersioque tunc facta aput nonnullas Polonorum villas simulacrum Dzyervane et Marziane in longo ligno extollentibus et in paludes in dominica quadragesime Letare proicientibus et demergentibus representatur renovaturque in hunc diem, nec huius consuetudinis vetustissime effectus usque modo aput Polonos defluxit<sup>1</sup>.

ANNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEXAGESIMUS SEXTUS.

*Myeczslaus fundat Gnesnensem et Cracoviensem metropoles  
et septem cathedrales ecclesias*

Rudimenta fidei nuper suscepte et iniciate Myeczslaus, qui et Myeszko, Polonorum princeps post sacros suscepti baptismatis latices aucturus, aput celestem regem suorum cumulum meritorum et fulgorem sui diffusurus principatus, in soliditatem perfecti roboris volens perducere et in omnibus, quibus religio Christiana veneratur et colitur, ceteris principibus nichilo inferior esse, ad sacrorum locorum dotacionem

<sup>a</sup> habebat *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> *Ed. Crac.*, mutere *aut.*

ministrorumque Dei institutionem fideli et devota consorte ducissa Dambrowka  
 suapte religiosum et ferventi devocione refertum animum mariti et principis sui  
 instigante, omnem curam et cogitationem suam convertit. Et primum quidem in  
 locis magis celebribus, Gnezne videlicet et Cracouie, duas fundat metropoles: HPQ118  
 Gneznensem quidem in titulum et honorem excellentissime Dei et hominis genitricis  
 Virginis Marie, a qua plenitudo totius salutis et gracie manavit; Cracouiensem<sup>1</sup>  
 vero ad instantissimas preces consortis sue ducisse Dambrowcze in titulum sancti  
 Venceslai novi eo tempore martyris, cuius eadem ducissa Dambrowka germana  
 erat neptis, et quia in natione Slawonica primus martirio et sanctitate insigni  
 refulsit; Gneznensem tamen superiorem esse voluit et aput illam decus primaciale  
 consistere<sup>2</sup>, Cracouiensem vero secundam. Itaque ecclesia Cracouiensis preripuit  
 Gneznensem, ne esset una; Gneznensis vero preripuit Cracouiensem, ne esset  
 prima: pro quarum honore metropolitico septem alias episcopales ecclesias, videlicet  
 Poznaniensem<sup>3</sup>, Smogorzowiensem<sup>4</sup>, que nunc Wratislaviensis, Cruszwiciensem<sup>5</sup>,  
 que nunc Wladislaviensis<sup>6</sup>, Ploczensem<sup>7</sup>, Culmensem<sup>8</sup>, Lubuczensem<sup>9</sup> et Kamyenen-  
 sem<sup>10</sup>, quas iure metropolitico Gneznensi et Cracouiensi metropolibus voluit esse  
 subiectas, [fundat]<sup>a</sup>. Due autem suffraganee, quas nominavimus, videlicet<sup>b</sup> Smogo-  
 rzowiensis et Cruszwiciensis propter locorum transmutationem eciam titulos suos  
 variare coacte sunt: Smogorzowiensis enim primum in Biczinam<sup>11</sup> opidum districtus  
 Bregensis, sed propter uberiores situm tandem in Wratislaviam translata est et  
 ultimi loci sortita est appellacionem; Cruszwiciensis quoque per<sup>c</sup> solitudinem loci,  
 in quo primum fundata erat, Wladislaviam meruit transferri; ceterae ecclesie kathe-  
 drales et loca et nomina originaria retinent in hunc diem. Fundavit preterea et alias  
 collegiatas, plures parochiales quoque ecclesias, monasteria et loca religiosa, secundum  
 quod neophitorum populorum tum necessitati tum devocioni videbat congruere, || aut. [IV(III)]  
 Smogorzowiensem seu Wrathislaviensem sancto Johanni Baptiste, principatum ||V|85\*\*  
 post intemeratam Virginem inter omnes sanctos retinenti: Poznaniensem sanctis  
 duobus precipuis Apostolis Petro et Paulo, Cruszwicziensem seu Wladislaviensem  
 sanctissime Marie Virgini<sup>12</sup>, Ploczensem beato Sigismundo regi et martiri, Culmen-  
 sem<sup>13</sup> sancte Cruci, Kamyenensem sancto Johanni Baptiste, Lubuczensem sancto  
 Johanni Ewangeliste in titulos erexit et in honorem eorum basilicas prefatas dedicari

<sup>a</sup> Ed. Crac., deest in aut.    <sup>b</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>c</sup> propter Ed. Crac.



disposuit. Quod quidem sui operis pium et laudabile in fundandis et dotandis tot ecclesiis cathedralibus meritum facilitatem suam ad eterna capessenda promovit premia et tam sui {quam omnium successorum suorum principum et regum Polonie tempora omnibus seculis laude maxima efferenda mandavit et res perituras in non perituras<sup>a</sup> coegit transire, mercedem immarcescibilem sibi thesaurum aput superos cumulaturus. Testimonia ad id nulla exquirimus, cum operis effectus sub hominum conspectu assidue relucens, dicta preponderans, quantalibet dispositione solennior, opus suum aput Deum et homines illustret: quapropter bonorum omnium retributor multiplicavit Regni Polonici prosperos successus, multiplicavit incrementa frugum iusticie, regis cumulavit gloriam, prestitit virtutes, premia post hec eterna largiturus. Ordinatus est autem in Gneznensem primus archiepiscopus Wilibalinus<sup>1</sup>, in Cracouiensem vero ecclesiam primus archiepiscopus Prohorius<sup>2</sup>; in Poznaniensem primus episcopus Jordanus<sup>3</sup>, in Wrathislaviensem primus Gothfridus<sup>4</sup>, in Crusswicziensem seu Wladislaviensem primus Lucidus<sup>5</sup>, in Ploczensem primus Angelotus<sup>6</sup> in Culmensem primus Octavianus<sup>7</sup>, in Camyenensem primus Jvlinus<sup>8</sup>, in Lubuczensem primus Jacinctus<sup>9</sup>.

<sup>b</sup>Egit eo anno dux Russie Swanthoslaus<sup>10</sup> in Kozaros<sup>11</sup>, qui et ipsi Ruthenorum sunt populi, expeditionem et obtinuit eos bello et cepit castrum eorum Byalawyessa<sup>12</sup> et facti sunt ei tributarii.

*Ecclesiae cathedrales in Polonia a summo pontifice confirmantur  
et dioeceses earum distinguuntur*

<sup>c</sup>{Egidius<sup>13</sup> episcopus Tusculanus cardinalis Poloniam a summo pontifice Johanne XIII-o missus, singulos episcopatus Polonie, videlicet biduas metropoles, Gneznensem et Cracoviensem, item Poznaniensem, Wrathislaviensem, Wladislaviensem, Ploczensem, Chelmensem, Lubuczensem et Kamyenensem<sup>d</sup> confirmavit et singulis diocesibus terminos posuit et distinxit. De quo etsi singule ecclesie eiusdem Egidii cardinalis et legati privilegia et literas habuissent, singularum tamen ecclesiarum singule litere, aut parum sollerti cura custodite amisse sunt, aut frequentibus<sup>e</sup>, cum tunc in Polonia infrequentes forent muri, periere incendiis<sup>e</sup>. }

<sup>a</sup> Ed. Crac., perituram aut. <sup>b</sup> in textu sine intervallo <sup>c-c</sup> hoc caput a scriba Dlugossii postea adscriptum <sup>d</sup> cathedrales ecclesias additum in Ed. Crac. <sup>e</sup> frequentioribus Ed. Crac.

## ANNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEXAGESIMUS SEPTIMUS.

HPR120

*Fundatas ecclesias dotat cum uxore Myeczslaus  
et decimas instituit, multasque collegiatis et parochiales erigit;  
cui antea sterili filius Boleslaus nascitur*

Novem kathedralibus ecclesiis a se fundatis Myeczslaus Polonorum dux dotes sufficientes assignat et tam pontificibus earum quam personatibus, dignitatibus et canonicatibus in kathedralibus et alias institutis, monasteriis quoque et ecclesiis parochialibus, omnem universe Polonorum regionis omnium frugum nascencium deputavit decimacionem, se et universos barones, proceres, nobiles, cives et rusticos non solum ad reddicionem, sed eciam ad ducturam campestralis decime subiciens, largitus est. Preterea ecclesiis kathedralibus, collegiatis, conventualibus et parochialibus, largas possessiones, fundos, redditus et predia largitus est et preciosa clenodia <sup>a</sup>ex auro et argento fabricata, vasa et clenodia diversi operis<sup>a</sup>, vestes quoque sacras et cetera ornamenta [donavit<sup>b</sup>]. Sed neque his contentus, omnes kathedrales ecclesias a se fundatas firmissimis, licet humilibus et angustis, muris iuxta illius temporis qualificacionem et morem, quadra petra et tabulata perfecit et ornamentis plurimis variatas lapidum iuncturis commissionibusque ferri et plumbi communivit. Ex omnibus tamen octo ecclesiis prefatis, devocione et sumptu suo fabricatis, unam tantummodo videlicet Crussvicziensem superesse videmus, antiquitatem sue fabrice saxo, artificio et more attestantem: septem enim cetere successu temporum, regum, principum et pontificum Polonie devocione et liberalitate accrescente, demolite sunt et in earum vicem insignes et excellentes ecclesie magnifico et sumptuoso opere, ampliato situ extructe. Providebat et illustris religiosaque femina ducissa Dambrowka pro vice sua singulis ecclesiis a viro suo fundatis vasis apparatibusque ad cultum ecclesiarum necessariis et universa, que habere poterat<sup>c</sup>, in sacrorum locorum | usum et ornamentorum erogabat, adeo ut *aut.*|84\*\* eam cum marito et principe suo duce Myeczszlavo<sup>d</sup> liberalitate et largicione in ecclesias et servos Dei constat<sup>e</sup> pio studio certavisse. Quorum universa Polonorum baronia

<sup>a-a</sup> et vasa diversi operis ex auro argentoque fabricata *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> *Ed. Crac. omissum in aut.*    <sup>c</sup> potuit *Ed. Crac.*    <sup>d</sup> *cf. p. 110 adn. i*    <sup>e</sup> constat *Ed. Crac.*

et nobilitas emulata mores et vestigia in prediis et villis suis ad constructionem et fundacionem ecclesiarum dotacionemque earum fervencius intendebat. Ex alto HPN121 autem benignitas divina in opera iam per ducem Myeczslaum<sup>a</sup> et } consortem suam Dambrowkam edita edendave respiciens, prolis illis fecunditatem concessit ducissa- que Dambrowka concipiens filium pulcerrimum peperit: cui patre annuente, matre quoque plurimis precibus instante, avi awnculique materni in sacro baptisate nomen imponitur Boleslaus, quod significat plurimum famosus, magnum illum et famosum eciam hoc nomine portendens.

Eodem<sup>b1</sup> anno Boleslaus<sup>2</sup> Bohemie<sup>c</sup> dux, sancti Venceslai occisor et ducis Polonie Myeczslavi<sup>d</sup> gener, moritur: cui filius eius Boleslaus<sup>3</sup>, vir plurimum modestus et pius, germanus ducisse Dambrowcze Polonie<sup>e</sup> succedit, patruī magis quam patris emulatorem se gerens ad augendum cultum divinum, fundando plerasque ecclesias, animum intendit. Frater alter suus Stracziqwasz<sup>4</sup> seculo relicto aput Ratisponam<sup>5</sup> Bavarie civitatem in cenobio sancti Emmeramni monachatum assumpsit. Soror altera Mlada<sup>6</sup> sacris imbuta literis et multa erudicione pollens monasterio sancti Georgii in arce Pragensi constructo et sacerdos illic facta, ceteras virgines suo exemplo ad profitendum virginitatem et religionem induxit.

ANNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEXAGESIMUS OCTAVUS.

*Adleydis soror Myeczslai Geisae duci Hungarorum copulatur ;  
cuius persuasione dux ipse cum parte regni baptisatur*

Yesse<sup>7</sup>, Pannoniorum seu Hunorum<sup>8</sup> princeps, fama nobilissime virginis Adleydis ducisse Polonorum et sororis germane Myeczslavi<sup>f</sup>, ad se plurimorum relacione perlata, multiplici commendacione pulcritudinis et virtutis eius dotes disserentibus, mittit Poloniam ad ducem Myeczslaum solennes nuncios, virginem prefatam Adleydam sibi procaturus pro consorte, priori<sup>g</sup> uxore<sup>9</sup> fatis intercepta. Quorum

<sup>a</sup> primo Mieszkonem, manu Dlugossii correctum    <sup>b</sup> textus in aut. sine intervallo    <sup>c</sup> Bohe in rasura  
<sup>d</sup> cf. p. 177 adn. e    <sup>e</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>f</sup> cf. adn. d    <sup>g</sup> priore Ed. Crac.

peticione dux Myeczszlaus<sup>a</sup> audita et in consilium prelatorum et baronum suorum relata, quid agendum sit, aliquanto consultat et quamvis et ipsa virgo Adleydis thorum gentilis principis magnopere abnueret et nonnulli consiliarii huiusmodi affinitatem propter ritus disparitatem improbarent, disponente tamen celi providencia, que ex malis novit optima deligere, flectit dux Myeczszlaus<sup>b</sup> animum suum et sororem suam virginem Adleydam, spem future reduccionis principis Yesse et gentis Hvnorum ad fidem catholicam sibi ingerens per eum fiendam, [ad<sup>c</sup>] consensum. Itaque duce Myeczszlauo<sup>d</sup> Polonie de consilio consiliariorum consenciente, contrahitur inter Hungarie et Polonie dominia et principes eorum affinitas et virgo Adleydis Hungariam deducta duci Yesse copulatur. Que velut femina religiosissima cepit magne devocionis et sanctitatis specimen, quamvis inter sacrilegos et prophanos homines versaretur, de se exhibere et sedula persuasione operibusque religiosissimis, tam virum suum Yesse ducem Hvnorum<sup>e</sup>, quam proceres et nobiles suos ad fidei sancte catholice agnoscendum amplectendumque lumen invitare. Fovebat et ipsa mulier benedicta ducissa Adleydis plures status ecclesiastici viros religione et vite puritate plurimum pollentes, quos secum ex Polonia susceptam semel fidem nulla contagione temeratura conduxerat. Hii itaque ducisse Adleydis commisso et iussu legis divine et Ewangelii saluberrima monita sepius duci Yesse et consiliariis eius instillabant; quorum assidua doctrina et consortis sue quotidianis precibus et lacrimis pervictus sordes ydolorum, in quorum cultura in eam diem versabatur, abiicit et cum primoribus et baronibus fidem sanctam suscipiens, dirigente providentissima coniuge Adleyda baptisatur, maioremque regni sui partem sacro baptismatis fonte ablui procurat. Mirabili itaque miseracione Altissimi Polonis per Bohemam Dambrowkam, Hvnis per Poloniam Adleydam catholica veritas eadem etate, licet, modicum distincto tempore, resplenduit, sanctificacio quoque per feminas provenit non virorum solum, sed et duarum inclitarum nacionum. †—(Ecce quam mirabilis ymmo inestimabilis divine miseracionis respectus, ut duas terras, Poloniam videlicet et Hungariam, conferende salutis eterne causa duarum obsequio mulierum, misericorditer visitaret. Una enim earum extitit occasio, ymmo causa catholice fidei misteria in Polonia seminandi et Divini verbi semen salubriter propagandi: altera vero earum fuit origo supersticionem ydolorum ex Hungaria penitus

<sup>a</sup> cf. p. 171 adn. c.    <sup>b</sup> cf. adn. a    <sup>c</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>d</sup> cf. p. 110 adn. i    <sup>e</sup> deest in Ed. Crac.    †—† manu Dlugossii sub textu insertum

eradendi et religionis Christiane principium cognoscendi et sanctitatem vite cum devocione assumendi. Quarum prima edidit ducem Polonie strenuum <sup>a</sup>defenso[rem] Boleslaum: altera genuit Stephanum<sup>1</sup> regem Hungarie, vite merito tocius Hungarie assidum protectorem. [Gracias] igitur agant utriusque regni incole immense Dei pietati et in tripudium iubilacionis et la[udis] cum exultacione mentis et corporis indesinenter prorumpant dicentes: „benedictus es Domine Deus noster, qui diuturni nostri } laboris misertus et erroris, oriens ex alto et viam veritatis nobis aperiendo, nostram dig[natus]<sup>a</sup> es visitare et illuminare cecitatem et inestimabili precio redimere captivitatem“<sup>-t.</sup> |

HP123  
aut. | 85\*\*

ANNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEXAGESIMUS NONUS.

*Geisae duci Hungariae et Adleydi uxori eius apparuere visiones,  
annuntiantes partum sancti Stephani*

Ferventi sollicitudine ad eradicandum eliminandumque ritus sacrilegos et ad plantandum in singulis angulis et locis regni Hungarie fidem religionemque Christianam, Yesse duce Hungarie una cum consorte sua felici Adleyda intendenti insolita et stupenda bonitatis Divine dignacio Yesse ducem consolatur visione. Astitit enim illi adhuc quiescenti adolescens decoro et placido aspectu et stertentem adhuc in Aurore ortu vehementer exterruit eique dixit<sup>2</sup>: „pax tibi, Yesse Christiane, Deo dilecte, annuncio tibi vota tua ad conspectum Altissimi <sup>b</sup>aures[que] perlata<sup>b</sup> benigne suscepta esse. De his quoque, que pro religione Christiana meditaris, ne sis sollicitus: ex lumbis siquidem tuis nascetur filius, cuius solerti providencia universa ad cultum fidei necessaria procurabuntur; ad quem virum fidei ardore plenum et religione sanctitateque insignem, instruccione sua in singulis dirigendum, plenitudine temporis veniente, non dubites voluntate divina venturum; sed et ipse filius tuus

<sup>a-a</sup> verba charta corrupta evanuerunt, inter uncas quadratas ponuntur ex codice Lucae Premisliensis refectus <sup>b-b</sup> perlata perque eius aures Ed. Crac.

primus inter principes Hunorum dyademate ornaturus est tempora et terreno regno transacto eternum pro labili et caduco commutaturus“. Visione huiuscemodi dux Yesse supra modum exhilaratus altera die consortem suam ducissam Adleydam comperit gravidatam, quo signo credidit omnia sibi denunciata ex ordine infallibiliter eventura. Similis quoque, sed magis illustris visio nobili femine Adleyde ducisse contigit. Dum enim partui esset vicinior, apparuit illi vir venerandus, Levitico habitu amictus trementique et de visione eius pavide dixit: „Confide, filia, et de pone timorem, certaue esto, quia filium in brevi es paritura, coronam primum terrenam, deinde pre<sup>a</sup> meritis immortalem adepturum, cui nato nomen impones meum“. Quem cum stupore et extasi ducissa Adleydis inquireret: „Quis es domine, aut quo nomine vocaris?“ „Ego sum“, inquit, „Stephanus protomartir, qui primus martirio stolam meam insignivi meumque nomen filio { ex tuo nascituro utero HPQ124 iubeo imponi“. Quibus dictis disparuit. Ducissa quoque felix Adleydis visione prefata primum consorti suo duci Yesse, deinde viris timoratis et religiosi non sine profluvio lacrimarum patefacta filium post menses novem editum Stephanum nuncupavit; licet aliqua Hunorum annalia fingant Yesse ducem Hungarie ex Sarolth<sup>1</sup>, filia Gule<sup>2</sup> ducis Transilvani, uxore iam tunc secunda, Stephanum filium, de quo loquimur suscepisse; quo eciam tempore Stephanus septimus<sup>3</sup>, natione Germanus, Leoni immediate succedens, kathedram Petri iam rexerat triennio, et qui eodem decedens anno Martinum tertium<sup>4</sup>, natione Romanum, habuit successorem.

### *Myeczslaus in Polonia veram religionem propagat*

Myeczslauus<sup>b</sup> Polonorum princeps attendens, quod virtutum Dominus per potentiam clemencie sue super exaltanda gloria sui nominis sueque fidei sibi affectum et intelligenciam prestiterat, effectum omnem, opem et operam in amplianda et propaganda fide Christiana in novellis Polonorum plantis, quam efficacissime poterat, impendebat, producens superna propiciante clemencia gratissimos religionis Christiane fructus in universa Polonorum regione pro firmitate et profectu eorum, qui crediderant, relucentes<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> pro *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> *l. o.*    <sup>c</sup> *relucente Ed. Crac.*

Johannes<sup>a</sup> pontifex Romanus a prefecto<sup>1</sup> urbis captus et aliquot dies in carcere custoditus, in exilium tandem in Campaniam<sup>2</sup> mittitur. Sed Ottho <sup>b</sup>⟨imperator iniuriam hanc, occisis culpabilioribus Romanis, durissime summi pontificis violentiam ultus est. Aliquibus vero exilio mulctatis sedit annis septem, diebus decem⟩<sup>b</sup>. |

aut. | 86\*\*

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEPTUAGESIMUS.

*Swanthoslaus Russiae dux Bulgaros sibi facit tributarios.  
Mors Wilibalini primi archiepiscopi Gnesnensis*

Non contentus dux Russiae Swanthoslaus principatu paterno Bulgaris, vicinis suis, infert bellum<sup>3</sup> et octuaginta eorum castris, que ad Danubii fluenta sita sunt, expugnatis Bulgaros cogit ad tributum. Swanthoslao { autem duce Russiae in Bulgarica expeditione immorante, gens Pyeczenyegorum<sup>4</sup> adveniens castrum Kyow (in quo mater Swanthoslai Olha, alias Helena, cum tribus filiis Swanthoslai, nepotibus suis<sup>e</sup> videlicet Jaropolko<sup>5</sup>, Holha<sup>6</sup> et Wladimiro residebat) vallat et impugnat. Fuisset autem dedicio castris Kyow fame Olham et viros, qui erant<sup>d</sup> cum ea<sup>e</sup>, premente subsecuta, nisi nonnulli ex Ruthenis Pyeczenyegos hostes fallendo, metum illis inieciissent, suggerendo Swanthoslaum ducem cum victore exercitu<sup>f</sup> ex Bulgaris adventare. Eo enim avisamento territi Pyeczinczy obsidione soluta magna trepidatione discedunt, sub quo tempore Olha mater Swanthoslai moritur.

Johannes summus pontifex, Otthonis imperatoris fretus auxilio, <sup>g</sup>⟨captivitatem evadens⟩<sup>g</sup>, Romam victor ingreditur et diverse factionis principes graviter mulctat. Ob remuneracionem autem collati in se beneficii Otthonem<sup>7</sup>, Otthonis<sup>h</sup> filium, Augustum appellavit.

<sup>i</sup>⟨Wilibalinus<sup>8</sup>, ⟨Gneznensis⟩<sup>j</sup> metropolitane sedis primus antistes, annis quattuor in pontificio exactis [moritur<sup>k</sup>], et in Gneznensi ecclesia sepelitur, et genere et virtuosus operibus nobilis; cui Hatto<sup>9</sup>, Italicus genere, anno eodem succedit⟩<sup>l</sup>.

<sup>a</sup> l. o.    <sup>b-b</sup> manu Dlugossii sub textu    <sup>c</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>d</sup> inerant Ed. Crac.    <sup>e</sup> Ed. Crac., eo aut.    <sup>f</sup> executu aut.    <sup>g-g</sup> manu Dlugossii superscriptum    <sup>h</sup> Imperatoris additum in Ed. Crac.,    <sup>i-l</sup> manu Dlugossii infra textum adscriptum    <sup>j</sup> manu Dlugossii posterius in margine adscriptum    <sup>k</sup> in Ed. Crac. adiectum

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEPTUAGESIMUS PRIMUS.

*Signum in caelo apparet ;  
Russiae principatus inter fratres trifariam dividitur ;  
Hatto archiepiscopus Gnesnensis moritur*

Signum<sup>1</sup> ignei coloris in celo apparens, plurimorum mentes in admirationem et stuporem vertit eaque res, velut nova et inusitata, religionis loco apud Polonos habita est.

\*Discidium post mortem suam Swanthoslaus Russie dux inter filios suos pro principatu Russie, se absumpto, accidere veritus, Russie principatum inter filios dividit: et Jaropolkvm quidem natu maiorem in Kyowiensem ducem prefecit, Holham vero alterum filium Drewlianis, tertium Wlodimirum<sup>2</sup> Nowogrodensibus duces constituit, magna execratione { quemlibet obstringens<sup>b</sup>, ut sorte sua contentus *HPQ126* ab alterius occupatione se contineat.

◁Hatto Gneznensis archiepiscopus nondum integro biennio regimine usus, consumatus in brevi moritur et in Gneznensi ecclesia sepelitur; cui Robertus<sup>3</sup> primus, Ytaliici generis vir, anno fere eodem fuit substitutus▷<sup>c</sup>.

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SECUNDUS.

*Martino papa tertio succedit Agapitus secundus.  
Pyeczenyegorum dux victo et occiso Russiae duce Swanthoslao,  
ex testa capitis eius poculum fecit*

Martino papa tercio, qui annis tribus, mensibus sex, diebus decem sedit, defuncto, Agapitus<sup>4</sup> secundus natione Romanus succedit. Cuius temporibus Ottho primus dux Saxonie, qui per Germaniam tantummodo, Berengario<sup>5</sup> in Italia imperante,

<sup>a</sup> in aut. sine intervallo Ed. Crac.    <sup>b</sup> in rasura aut.    <sup>c-c</sup> manu Dlugossii infra textum, postea spatium  
4 versibus scribendis aptum vacuum relictum sequitur



regnabat, duram suorum principum Germanie, videlicet comitis Palatii et ducis Lotingie<sup>1</sup>, sed et germani sui Thagmari<sup>2</sup>, qui se illis iunxerat, rebellionem et hostilem gwerram perpessus, contra omnes tamen triumphans, et rigidam ulcionem ex illis cepit. Frater etenim suus Thagmarus castro Hereszburg<sup>3</sup>, cui se incluserat, expugnato in ecclesia, ad quam confugerat, confossus interiit.

Revertenti Swanthoslao Russie duci a Grecorum [terra<sup>a</sup>], quam hostiliter invaserat<sup>4</sup>, et spolia Grecorum ferenti Pyeczynyczy hostes sui, per nonnullos Ruthenos et Kyowienses avisati, cum singulis potenciis occurrunt et Swanthoslaum exercitumque suum, tum quod spoliis onustus esset, tum quod in loco iniquo pugnaret, facile vincunt. Swanthoslaus ipse | pugnam restituere et suorum fedam fugam sistere sathagens in hostium manus vius venit. Cuius caput dux Pyeczenyegorum Kura<sup>b5</sup> vocatus precidens, testam capitis auro ornatam cyphum fecit, ex quo in signum devicti hostis bibere<sup>c</sup> solitus triumphum suum quotidie innovabat<sup>d</sup>.

HPR127

A[N]NUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEPTUAGESIMUS TERCIVS.

*Otto primus Romanorum rex*

*Saxones idololatræ ad fidem Christianam reducens moritur ;  
filium Ottonem secundum habuit successorem*

Romanorum rex Ottho primus et dux Saxonie quamplurimos Saxonum cultibus ydololatrie deditos aut salutifera suasionem, aut potestatis sue terrore, aut episcoporum predicacione fidei subiicit christiane, et ut fides religioque Christiana firmiter haberet stabilimentum, in Parthenopoli<sup>6</sup>, que ab accolis Magedeburg dicitur, katedram metropolitancam instituit, ceteros<sup>e</sup> illi subiiciens episcopatus. Qui anno eodem mortuus Otthonem secundum habuit successorem <sup>f</sup><filium suum, qui et ipse paternam emulabatur probitatem, Ecclesie Romane devotus et fidelis. In eadem autem sancti Mauricii Maydburgensi ecclesia metropolitana, quam fundaverat, magnificeque dotaverat, sepultus est<sup>7</sup>, que primacialis<sup>8</sup> est Almanie><sup>f</sup>.

<sup>a</sup> additum in Ed. Crac. <sup>b</sup> Bura Ed. Crac. <sup>c</sup> Ed. Crac., libere aut. <sup>d</sup> spatium 6 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>e</sup> Ed. Crac., cetos aut. <sup>f</sup>—<sup>f</sup> manu Dlugossii infra textum, postea spatium 8 versibus scribendis aptum vacuum relictum

## A[N]NUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEPTUAGESIMUS QUARTUS.

*Boleslaus dux Bohemiae ad preces Dambrowczae  
sororis ecclesiam cathedralem Pragae erigit et dotat*

Frequentibus et variis pietatis operibus, que nobilis et beata femina ducissa Dambrowka consors Myeczslavi ducis Polonie pro cultu divino in nova fidei plantatione devotissimo studio egerat, acturamque se disponebat, non contenta, ad patriam suam Bohemiam oculos convertit. Sciebat enim illam, quamvis religione Christiana annis pluribus pollentem, honore tamen pontificali inopem esse, cruciabanturque spiritu, perpendens Poloniam, posteriori<sup>a</sup> quidem ordine in lucem fidei perductam, novem katedralibus sedibus in ipsis primiciis fore inclitam fronduisse, Bohemiam vero fidei suscepcione priorem<sup>b</sup> nec una quidem kathedra<sup>1</sup> ornatam esse, sed sub exterorum pontificum, videlicet Maguntinensis et Ratisponensis administracione hucusque delituisse: illi enim diocesano subiecta erat. Missis itaque crebris nunciis et literis ad fratrem Boleslaum Bohemie ducem, qui patre Boleslao, occisore sancti Wenceslai, anno Domini noningentesimo sexagesimo septimo mor<sup>2</sup> tuo ducatum Bohemie<sup>c</sup>, velut natu maior et magne vir pietatis ac religionis, regendum susceperat, illum et sororem germanam Mladam in continencie et virginitatis proposito Domino famulantem rogat et obsecrat, quatenus tam diuturnum non sinat in sua fronte et gentis Bohemice insidens<sup>d</sup> opprobrium, sed illud quanto celerius meliori provisione summoveat et abstergat. Sororis itaque sue Dambrowcze crebris precibus et persuasionibus stimulatus, in arce Pragensi kathedram in ecclesia<sup>e</sup> sancti Vitti<sup>2</sup> per awm suum beatum | Wenczeslaum murata<sup>f</sup> fundat illamque certis-  
HPQ128  
aut. | 88\*\*

<sup>a</sup> posteriorem *Ed. Crac.*, <sup>b</sup> priori *aut.* <sup>c</sup> *Ed. Crac.*, Bohemie *aut.* <sup>d</sup> insidem *aut.* <sup>e</sup> *Ed. Crac.*, ecclesiam *aut.* <sup>f</sup> muratam *aut.*

alter vero Straqwasz, ad cuius natale sanctus Venceslaus invitatus fuerat a fratre occisus Boleslao, monasterium sancti Emerani in civitate Ratisponensi ordinis sancti Benedicti ingressus monachalem vitam degebat. Filie quoque sue, senior Dambrowka ducissa Polonie et consors Myeszkonis magnum incrementum fidei attulit et claris fulsit, edens multa pietatis opera, virtutibus; altera soror Mlada, regulam sancti Benedicti in monasterio sancti Georgii castri Pragense professsa, ex post eiusdem loci facta abbatissa in bonis operibus vitam consummavit. <sup>a</sup>⟨Comparatione autem iusta facta reperies Gneznensem, Cracoviensem, Wratislaviensem ceterarumque Polonicarum ecclesiarum fundacionem annis octo Pragensem precessisse, nec unquam labefactatas aut pessumdatas aliquo casu vel errore esse, sed per gratiam Dei, ab exordio usque ad presentem etatem in fidei et Cristiane religionis virenti perseverancia et augmento floruisse⟩<sup>a</sup>.

\* H]iemps<sup>b</sup> anni<sup>c</sup> grandis et onerosa, pruina<sup>d</sup>, nive gravida, et que omnia <sup>e</sup>⟨maria, stagna⟩<sup>e</sup> lacus et paludes inglaciaverat, a calendis novembris usque ad equinoctium vernale duravit, <sup>f</sup>⟨in magnam admiracionem apud singulos versa, quod sine illius etatis exemplo provenerat⟩<sup>f</sup>. }

HPR129

A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEPTUAGESIMUS QUINTUS.

*Agapito secundo papae Johannes duodecimus succedit,  
quem Otto imperator ob lasciviam damnat<sup>1</sup>*

Agapitus secundus papa Romanus, cum annis tribus, mensibus sex, diebus decem<sup>2</sup> sedisset, moritur et in ecclesia sancti Petri tumulatur; et cessavit episcopatus diebus duodecim. Cui Octavianus, qui Johannes duodecimus cognominatus est, successit, nazione Romanus ex patre Alberico<sup>3</sup>; qui <sup>g</sup>⟨quidem Albericus alias Albertus, filius Berengarii Italis imperantis⟩<sup>g</sup>, cum potens in urbe foret, vocatis nobilioribus Romanis induxit illos et iuramento constrinxit, ut mortuo papa Agapito, filium suum Octavianum promoverent: quod et factum est, <sup>h</sup>⟨ac ex Octaviano Johannes

<sup>a-a</sup> manu Dlugossii infra textum    <sup>b</sup> l. o.    <sup>c</sup> huius additum in Ed. Crac.    <sup>d</sup> plurima Ed. Crac    <sup>e</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>f-f</sup> manu Dlugossii infra textum, postea spatium 4 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>g-g</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>h-h</sup> infra textum manu Dlugossii adiectum

XII-mus<sup>1</sup> appellatus kathedram Piscatoris<sup>2</sup> ascendit<sup>3</sup>-<sup>h</sup>. Ottho cum magno exercitu Italiam ingreditur, <sup>a</sup><detestabilem insaniam Johannis XII-cimi spurciciis carnalibus vacantem dampnat, Berengarium<sup>3</sup> capit et cathenis in Almaniā ductum onerat, Alberto filio eius in Corsicam fugato<sup>a</sup>.

[ANNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SEXTUS.]

*Jaropolkus Kyoviensis dux germanum suum Olham,  
postea Wlodimirus frater Jaropolkum cupiditate dominandi occidit  
et uxorem occisi accepit sibi in coniugem*

Non poterat inter filios Swanthoslai Russie ducis instituta a patre caritas et terrarum divisio esse diuturna, sed occisione Swanthaslai secuta, quasi provincie et regiones latissime Ruthenice, a patre relicta, anguste illis forent, contencio inter illos de principandi maioritate et preeminencia suboritur. Quam sibi Jaropolkus<sup>4</sup> natu maior vindicare sathagens, castrum Warasz<sup>5</sup>, in quo germanus suus Olha consistebat, conquirens, Olham interficit, et in ducatum Drewlyanorum sanguine fraterno dotatus succedit. Formidans Wlodimirus<sup>6</sup> natu maior Jaropolkonis tyrannidem ad se quoque aliquando perventuram, quasi fraternam necem ulturus, castrum Kyowiense } et fratrem Jaropolkom<sup>b</sup> in illo circumvallat, venientem quoque ad *HPQ130* se in pace Jaropolkom fratrem, suasu et consilio sui scelesti<sup>c</sup> consiliarii, nomine Blud<sup>7</sup>, palatini interficit et omnes tres | principatus possidere cepit. Principatibus *aut.*|89\*\* autem sanguine germanorum quesitis non contentus, eciam uxorem<sup>8</sup> Jaropolczi, Grecam genere, ex Jaropolko tunc<sup>d</sup> gravidam accepit in consortem<sup>e</sup>, ex qua filium Swanthopelkum nomine, duos patres, Jaropolkum et Wlodimirum habentem suscepit.

<sup>f</sup>Quinto kalendas<sup>f</sup> novembris<sup>9</sup> ignee acies vise sunt in celo per totam noctem <sup>g</sup><in Polonie provinciis; res quoque huiusmodi monstruosa uti est insuetis<sup>h</sup> Polonis visa, ne quod malum imminens genti et terris Polonorum portenderet, hostiis maioribus Divinitatem exorari placuit<sup>g</sup>.

<sup>a-a</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>b</sup> Jaropolkum Ed. Crac.    <sup>c</sup> Ed. Crac., scelestis aut.    <sup>d</sup> omissum in Ed. Crac.    <sup>e</sup> uxorem Ed. Crac.    <sup>f-f</sup> l. o.    <sup>g-g</sup> Dlugossii manu sub textum adscriptum    <sup>h</sup> in rasura in aut.

## A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS.

*Dambrowka ducissa Poloniae moritur*

Dambrowka ducissa Polonie, consors Myeczslawi Polonie ducis, femina religiosa et devota, rebus absumitur humanis<sup>1</sup>. Hec in etate provecta caput non velabat, sed ad instar virginum sermo et corona incedebat ornata. Cuius corpus in ecclesiam Gneznensem relatum, sepulture mandatam est et funeri suo a Myeczslawo principe et proceribus optimatibusque Polonie magnifico et liberali sumptu iusta persoluta. Luxit autem illam Myeczslawus Polonie dux maritus et Boleslaus filius planctu magno, sed et omnes viri ecclesiastici non secus quam piam matrem desiderabant<sup>2</sup>.

## [A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEPTUAGESIMUS OCTAVUS.

*Rutheni idololatras Fulminis idolum constituunt adorandum*

Firmato principatus sui solio Wlodimirus dux Russie ad religiones versus in montibus Kyowiensi castro proximis fana, simulacra et ydola locat templaque et delubra edificat. Inter omnes tamen sue prophane superstitionis deos Fulminis numen in precipua apud illum et cultura et veneracione habebatur, cui et ampliora<sup>b</sup> templa instituit, et excellenciori illud simulacro ornavit. Nec ipse dux tantum, *HPN*<sup>131</sup> sed et universus Rutenorū populus detestabiles ritus huiusmodi secutus Fulminis numen prestancioribus ymolacionibus et holocaustis venerabatur. Fabricavit autem Wlodimirus deo suo principali Fulmini corpus et simulacrum ex ligno, caput ex argento, et aures ex auro, ceteris quoque diis lucos et simulacra constituit, et adducens filios suos et filias sacrificat diis et coinquinat se et terram Russie ydolis. Accepit autem Wlodimirus plures uxores: ex una generat quatuor filios, Yszaslaum<sup>2</sup>, Mscislaum<sup>3</sup>, Jaroslaum<sup>4</sup>, Wszewoldum<sup>5</sup> et duas filias<sup>6</sup>; item ex Greca<sup>7</sup> Swanthopel-

<sup>1</sup> spatium 3 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>2</sup> plura *Ed. Crac.*

kum<sup>1</sup>; item ex Bohema<sup>2</sup> Wyzeslaum<sup>3</sup>; item a quarta<sup>4</sup> Swanthoslaum<sup>5</sup> et Mscislaum; item de Bulgura<sup>6</sup> Borzisz et Hleb<sup>7</sup>. Tenuit et plures concubinas, in ceteras quoque virgines et uxores alienas parum pudicus et temperatus, <sup>b</sup><illas devirginabat><sup>b</sup>.

Ottho coronam<sup>8</sup> imperii insigne, a Benedicto septimo Rome accipit<sup>c</sup>.

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS SEPTUAGESIMUS NONUS.

*De more evaginandi gladium,  
dum cantabatur in missa sequentia sancti Evangelii*

Scrupulosiorem indaginem Myeczslaus Polonorum dux in hiis, qui nondum sacri fontis baptismate iniciati fuerant, Polonis ostensurus, ad plures vicos<sup>d</sup>, opida et villagia personales facit aggressus et tam adultos quam infantes, mares iuxta ac feminas, aquis regeneracionis innovat innovatosque et ablutos in fide firmat, et tam pecunie quam vestium largicione exhilaratos, et in fidei et in sui caritatem conducit. Quod quidem sui pii operis meritum in amplianda fide orthodoxa et tunc et pluries alias fideli et sancto ingenio exhibitum, non solum illi eternam<sup>e</sup> (ut pia credulitate presumi potest), sed etiam principatus et regiminis | sui recolendam aut. |90\*\* memoriam aput presentes et posteros collaudandam effecit. Sed in cetera religionis catholice opera consummanda atque explenda virtuosos suos sine intermissione dirigebat affectus, catholicorum regum et principum sathagens in singulis sequi vestigia et eorum equare virtutem, ne religione illorum foret inferior, quorum erat claritate et principatuum amplitudine atque dominio non minor. Ipsius siquidem HFR132 opera et instinctu sacrosanctus mos<sup>9</sup> in proceres, militares } et quoslibet nobiles eo anno introductus est, prope ad nostra tempora usque servatus, ut prefati proceres Polonorum et milites diebus dominicis audituri divina, edes sacras militari gladio ingrederentur accincti, et dum a sacerdote caneretur sequentia sancti Ewangelii secundum Matheum, Johannem, Lucam vel Marcum, e vestigio omnes velut certa-

<sup>a</sup> Bulgara Ed. Crac.    <sup>b-b</sup> manu Dlugossii adscriptum    <sup>c</sup> accepit Ed. Crac.    <sup>d</sup> Ed. Crac., viros aut.  
<sup>e</sup> Ed. Crac., eternum aut.

men inituri exerebant<sup>a</sup> pro dimidietate e vagina gladios, quos dum a scolaribus responderetur: „Gloria tibi Domine“, viceversa in vaginas recondebant, demonstrantes se eo tam frequenti et quolibet die dominico repetito actu, pro defensione veritatis ewangelice ab eis cognite et professe, intrepide et alacriter pugnatuos, et si oporteret, mortem eciam oppetituos. <sup>b</sup>⟨Quem benedictum morem vehementer doleo nescio quo levo sidere ex Polonie Regno abolitum esse, qui illorum singularem zelum ad fidem orthodoxam sua raritate declarabat⟩<sup>b</sup>.

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS OCTUAGESIMUS.

*Omnes in toto idololatriae cultus Myeczslaus sustulit in Polonia*

Intelligens Myeczslaus Polonorum dux plerosque sue gentis subditos, tam nobiles quam agrestes, fallacium et veterum deorum suorum teneri consuetudine, et sacrilego ritu thura<sup>c</sup> in domatibus propriis illis offerre et litare libamina<sup>d</sup> vana quoque supersticione distentos alligatosque baptismatis gratiam in eam diem neglexisse, missis in singulas regiones et in civitates, que pro capitibus habebantur regionum, prefectis et preconibus, mandat universis districto imperio, ut ad proximiozem et viciniorem kathedralem ecclesiam a se fundatam, qualibet excusacione circumscripta, singuli conveniant, et Christianitatis tam nomine quam baptismatis se insigniant unccione, gravibus<sup>e</sup> in eos et extremis usurus penis bonaque confiscaturus, si qui imperium suum detractaverint et<sup>f</sup> sub certo termino atque die in katedralium ecclesiarum locis unda sacri baptismatis non fuerint renati. Inflictam autem et infligendam penam Poloni vitaturi, certatim omnes ad suspiciendum fontis beneficium prouunt<sup>g</sup>, et ad episcopalium ecclesiarum loca convenientes caractere christiano se insigniunt. Ab episcopis autem et sacerdotibus in articulis fidei et in cerimoniis ac ritibus instructi dominicos dies, festa quoque Christi et

<sup>a</sup> xer in rasura manu Dlugossii    <sup>b-b</sup> manu Dlugossii infra textum    <sup>c</sup> et libamina Ed. Crac., haec verba manu Dlugossii in margine, extremae 4 litterae in rasura    <sup>d</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>e</sup> grandibus Ed. Crac.    <sup>f</sup> si additum in Ed. Crac.    <sup>g</sup> prorumpunt Ed. Crac.

sue genitricis Marie atque apostolorum } observare et festivare, et in diebus Mer- HPQ133  
 curii, Veneris atque Saturni a carne abstinere iussi sunt. In hunc itaque modum  
 zelo et opera <ducis><sup>a</sup> Myeczszlaur<sup>b</sup> omnia Polonorum simulacra radicitus ewlsa  
 et ignibus aut paludibus in perpetuam oblivionem contradita, studiis quoque  
 vigilantissimis Myeczszlaur<sup>c</sup> quecunque fuerant per totam Poloniam portenta  
 potius quam simulacra erasa ritusque prophani e medio et quelibet sortes, augura-  
 ciones, divinaciones et phitones, omnesque supersticionum veterum gentilium  
 errores<sup>d</sup> sublati.

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS OCTUAGESIMUS PRIMUS.

*Dethmari episcopi Pragensis mors miseranda ;  
 in cuius locum beatus Adalbertus eligitur*

Primo Pragensi episcopo Dethmaro<sup>1</sup> mortuo, Adalbertus<sup>2</sup>, Bohemus nacione  
 et lingua, de nobilibus parentibus <ortus><sup>e</sup> (pater eius Slawnik<sup>3</sup>, mater eius Strzeszi-  
 slawa<sup>4</sup>) in Pragensem episcopum acclamacione cleri et populi electus est: cuius  
 eciam eleccionem demones in obsessorum corporibus velut dignam et sanctam  
 ante pronunciaverant. Hic in baptismo nomen Bohemicum Woyczyech<sup>5</sup>, quod  
 sonat exercituum consolator, acceperat; sed episcopus Maydburgensis Albertus<sup>6</sup>,  
 apud quem adolescentiam egit, eum Adalbertum difficultate expressionis originarii  
 nominis motus, cognominavit. †-<Extremum autem spiritum Dithmarus episcopus  
 Pragensis prefatus fusurus plurimis verbis omnibus, qui astabant, inter quos Adalber-  
 tus episcopus erat unus, causam et seriem dampnacionis sue perpetue depromebat.  
 „Ve michi“, inquit „quod differencius vixi fructu temporis perditio; quam vellem  
 vixisse nunc, dum morior. Decepisti <me><sup>g</sup>, fallax seculum, annosam michi polli-  
 cendo etatem, et ecce insperato in anima et corpore <mucrone><sup>h</sup> necor. Dampnacionis

<sup>a</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>b</sup> cf. p. 177 adn. e    <sup>c</sup> cf. adn. b    <sup>d</sup> e medio additum in Ed. Crac.  
<sup>e</sup> manu Dlugossii superscriptum    †-† alterius scribae manu posteriore tempore adscriptum    <sup>g</sup> manu Dlugossii  
 superscriptum    <sup>h</sup> cf. adn. g



autem mee facinus, etsi per virtutem passionis Christi veniabile foret, ob scelus tamen Bohemici populi ultro in desideriis et voluptatibus suis pereuntis, qui eciam usque nunc nichil aliud operando novit, nisi quo sathane digitus in eius corde tetro atramento conscripsit, iustissima Dei lege, quoniam latrare iuxta ac canis mutus expavi, dampnor, itinere recto ad inferna, igne inextinguibili arsurus, proficiscor“. Sic aiens, miseram animam iam tunc cruciatus suos iehennales ob negligenciam cernentem exalavit. Quo terrore } Adalbertus correptus, omnibus deliciosis cibis et vestibus abiectis in nocte cilicio carnem amiciens, caput vero cinere aspergens, in alterum virum ex milite delicato mutatus, omnia, que habebat, in egenos, pupillos et viduas erogavit><sup>r</sup>. |

aut.[91\*\*

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS OCTUAGESIMUS SECUNDUS.

*Johanne duodecimo papa ob excessus deposito per imperatorem,  
Leo octavus surrogatur.*

*Mors Angeloti episcopi Ploczensis<sup>1</sup>*

Agapito papa secundo, qui sedit annis tribus, mensibus sex, diebus decem, obeunte Johannes, nacione Romanus, ex patre Alberico viro nobili et pro ea tempestate in Urbe potenti, impressione et ordinacione patris sui in papam (ut premisimus) assumptus est. Venator et lubricus fertur fuisse eiusque in Deum prevaricacionis, ut eciam in domo sua concubinas fovere non erubuerit. Duos autem cardinales transgressiones suas Otthoni Romanorum regi per scripta denunciantes et, ut Ecclesie succureret, expetentes gravi et horrenda<sup>a</sup> pena mulctavit: Johannem quidem cardinalem in naso, alterum in manu mutilando. Quibus omnibus Ottho Romanorum rex motus venit Italiam cum valido Germanorum exercitu et Johannem papatui<sup>b</sup> cedere coegit, qui in papatu annos octo, menses decem, dies decem exegerat.

<sup>a</sup> horrida *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> papatu *Ed. Crac.*

In cuius locum Leo octavus laycus ex comuni populi voto propter singulares eius virtutes, qui Otthonem dyademate coronavit, surrogatur.

Eodem<sup>a</sup> insuper tempore Ottho imperator devicto<sup>1</sup> Berengario, qui sua tyrannide cum filio Alberto<sup>2</sup> Italiam premebat, Almundam<sup>b3</sup> relictam Lotharii imperatoris, quam Berengarius tenebat captivam, liberat et sibi matrimonio copulat nupciasque<sup>4</sup> et natale Domini in Papia[s] celebrat; Berengario insuper in gratiam recepto, Marchia<sup>5</sup>, Torvisia<sup>6</sup>, Werona<sup>7</sup> et Aquileya exceptis totam Italiam sue gubernacioni restituit.

<sup>c</sup>⟨Angelotus Ploczensis episcopus, nacione Romanus, dum pontificatum Ploczensis annis quindecim rexisset, pro condicione humana absumitur et in Ploczensi ecclesia tumultatur; cui Marcialis<sup>8</sup> a Johanne undecimo<sup>f</sup> ordinatus, genere et ipse Romanus, anno sequenti succedit⟩<sup>e</sup>. }

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS OCTUAGESIMUS TERCIUS.

HPŕ135

*Otto primus imperator Benedictum quintum a Romanis in papam  
contra Leonem octavum assumptu proscribit cum nonnullis Romanis  
et Leonem in suam sedem restituit:  
tandem moritur.*

*Obitus Gothfridi primi Wratislaviensis episcopi*

Molestae ferentes Romani, hii presertim, qui Johanni duodecimo cognacione iuncti erant, affinem suum de summo sacerdocio eiectum esse et Leonem octavum sibi succesisse, dum Johannem propter notoria sua scelera et turpitudinem vite restituere vererentur, Benedictum quintum<sup>9</sup> vivente Leone in papam assumunt. Qui cum mensibus duobus et diebus quinque sedisset, venit imperator Ottho de Almania et obsedit Romam nec prius obsidionem solvit, donec Benedictus potestati sue traditus est: quem Ottho misit Saxoniam in exilium, in quo mortuus in Adiburk<sup>10</sup>

<sup>a</sup> in textu sine intervallo    <sup>b</sup> ad Adalmundam Ed. Crac.    <sup>c-e</sup> manu Dlugossii infrascriptum, postea spatium 3 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>f</sup> aut., duodecimo cf. Ed. Crac. adn. 13

sepelitur. Ingressus autem Ottho imperator Romam Leonem in suam sedem restituit, deformata reparat et nonnullos Romanos novare res molientes proscribit, filium quoque suum Otthonem secundum, tunc secum Rome presentem, per papam Leonem procuravit in<sup>a</sup> regem Romanorum<sup>1</sup> benedici. Pacataque Ecclesia in Saxoniam reversus in civitate Maydeburg post plurima, que Romano imperio digna peregerat, nonas maii moritur<sup>2</sup>, anno regni sui tricesimo septimo, imperii decimo. Cuius corpus in admirande magnitudinis basilica<sup>3</sup> in Magdeburg, quam ipse vivens in honorem sancti Mauricii opere sumptuose<sup>b</sup> fabricaverat, eo quo dignum erat cesareo cultu est humatum. Mortuus est autem valde senex unico filio eiusdem nominis relicto.

<sup>c</sup>〈Annis triginta sex in Regno Polonie exactis〉<sup>c</sup>, primus Wratislaviensis ecclesie, que a priscis Szmogorzoviensis tunc intitulabatur, episcopus Gothfridus<sup>4</sup> genere Romanus, pontificatu suo per annos decem et septem continuato moritur et in ecclesia Szmogorzoviensi sepelitur. Cui Vrbanus<sup>5</sup> primus ad petitionem Boleslai Chabri ducis Polonie et monarche, nobilis genere, nacione Romanus, per provisionem Johannis pape duodecimi fuit substitutus. |}

HP<sup>136</sup>  
aut. | 92\*\*

AJNNUS DOMINI NONINGENTESIMUS OCTUAGESIMUS QUARTUS.

*Boleslaus filius Myeczslai Judith virginem,  
Geisae Hungariae ducis filiam, accipit in uxorem*

Boleslaus filius Myeczslavi Polonie ducis diebus luctus materni e vita excessus, qui usque in annum sextum tondebatur, expletis, Myeczslawo patre iubente, coniugalibus sacris iniciaturus et cum Pannoniis veterem innovaturus amicitiam, Judith<sup>6</sup> virginem pulcritudine et forma insignem, amplissimam insuper dotem auri et argenti secum ferentem, filiam Yesse Hungarorum ducis ex prima uxore, desponsat, et nupcie<sup>7</sup> apud Gneznensem civitatem sub<sup>d</sup> presencia prelatorum et baronum, qui sub frequenti numero ex Polonis et Hungaris convenerant, in splendido apparatu et ludorum instauratione celebrantur.

<sup>a</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>b</sup> sumptuoso Ed. Crac.    <sup>c-c</sup> manu Dlugossii sub *textu grandioribus litteris*    <sup>d</sup> in Ed. Crac.

*Otto secundus in regem Romanorum coronatus,  
filium Ottonem ex coniuge suscepit, tandem moritur;  
cui filius in regno succedit*

O]tho<sup>a</sup> secundus, octuagesimus secundus ab Augusto<sup>1</sup>, patre e vita excedente regnare cepit, qui quamvis sub patris presencia a Leone papa octavo fuisset in regem Romanorum designatus et coronatus, morte tamen patris secuta ab omnibus, qui aderant, denuo eligitur et in regni sede locatur. Huic pater vivens filiam Johannis Grecorum imperatoris nomine Theofaniam<sup>2</sup> desponsaverat nupciasque Papie celebraverat. Ex qua idem Ottho secundus filium nomine suo insignem, Otthonem<sup>3</sup>, clarissimique sui sanguinis normam propemodum exprimentem, filiamque Magthidam<sup>4</sup> suscepit et imperii Romani strenuissime disponens moderamina, Lotharium<sup>5</sup> regem Galliarum exuit possessione<sup>b</sup>. <sup>c</sup>⟨Qui cum plura bella feliciter contra infideles gessisset, in extremo toto fere exercitu in Calabria<sup>6</sup> amisso, ipse merito beati Petri apostoli, quem suppliciter invocabat, servatus, Romam<sup>d</sup> reversus, exactis in imperio annis novem [moritur<sup>e</sup>], in ecclesia<sup>f</sup> sancti Petri sepelitur<sup>7</sup>; cui<sup>g</sup> filius eius Otto 3-us succedit, a Gregorio V-to, cuius fuerat consanguineus, Rome coronatus<sup>8</sup>⟩<sup>e</sup>. }

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS OCTUAGESIMUS QUINTUS.

HPR137

*Wladimirus Russiae dux Polonis bellum infert et certa castra occupat.  
Leonis papae octavi constitutio et obitus*

Profanis religionibus Wladimirus Russie dux perfunctus ad arma animum intendit ducique Polonie Myeczslawo<sup>h</sup> et Polonis<sup>i</sup> bellum primum movet, quod vario Marte gestum est nunc Polono, interdum vero Rutheno triumphos retinente. Expugnat autem Wladimirus Russie dux castra Polonorum, videlicet Przemysl<sup>9</sup>, Czyrwyen<sup>10</sup>, et alia expugnata occupat presidioque forti militum imposito, sue et Ruthenorum subiicit et adiicit dicioni. Vadit deinde contra Radimycze<sup>11</sup>, qui et ipsi a Polonis descendunt, et victis tributum imponit. Idem facit et Radimycysz.

<sup>a</sup> l. o.   <sup>b</sup> Ed. Crac., possione aut.   <sup>c-e</sup> manu Dlugossii infra textum   <sup>d</sup> Romamque Ed. Crac.  
<sup>e</sup> adiectum in Ed. Crac.   <sup>f</sup> ecclesiaeque Ed. Crac.   <sup>g</sup> cuius aut.   <sup>h</sup> cf. p. 171 adn. c.   <sup>i</sup> deest in Ed. Crac.

<sup>a</sup>Summo pontificio<sup>a</sup> Leo octavus<sup>1</sup> beneficio Otthonis imperatoris primi resumpto constituit, ut nullus sine consensu imperatoris assumeretur in papam. Dum autem post resumptionem papatus sedisset annum unum et menses quatuor, moritur. Cui Johannes tredecimus, natione Narniensis succedit<sup>b</sup>.

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS OCTUAGESIMUS SEXTUS.

*Prohorius primus Cracoviensis archiepiscopus moritur*

Prohorius sive, ut aliis placet, Prohortus primus Cracoviensis ecclesie archiepiscopus<sup>2</sup> et fidei religionisque Christiane in nova plantacione dilatator, etate et senio confectus moritur<sup>3</sup> et in ecclesia Cracoviensi sepelitur. Sedit in Cracoviensi ecclesia annis uno et triginta; cui Proculfus<sup>4</sup> succedit<sup>c</sup>.}

HP?138  
aut. 195\*\*

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS OCTUAGESIMUS SEPTIMUS.

*Fames magna in toto ferme orbe.  
Wlodimirus dux Ruthenorum  
perspectis Latinis, Graecis et Machometicis ritibus,  
Graecam fidem, que melior videbatur, suscipit*

Exigentibus sceleribus humanis fames valida et generalis, frumentis fere in universo mundo male provenientibus, secuta est, que in singulis regionibus multos mortalium absumens, eciam in Polonos grassata, in pluribus civitatibus, vicis et villis orbitatem induxit.

<sup>d</sup>Sollicitatus<sup>5</sup> Wlodimirus Russie dux, primum a Machmetistis, ut ritum pseudo Machmeth<sup>e</sup>, deinde a Latinis, tercio a Judeis, ut fidem et legem Ebraicam, postremo a Grecis, ut fidem Christianam assumeret, nuncios quidem, ritus prefatos sibi

<sup>a-b</sup> l. o.    <sup>b</sup> spatium vacuum 2 versibus scribendis aptum in aut.    <sup>c</sup> in aut. spatium 4 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>d</sup> in textu sine intervallo    <sup>e</sup> susciperet additum in Ed. Crac.

persuadentes, benigne tractatos, eciam remuneratos dimittit<sup>a</sup>: cum suis vero Rutenis, quenam fides acceptanda esset, consultat. Placuit autem ad omnes naciones rituum predictorum nuncios speculatum mitti et cuiuslibet ritum explorari. Missi itaque in Bulgaros, Latinos<sup>b</sup> et Grecos nuncii singulorum ritus, ut iussi erant, speculantur et explorant; et Machmethi quidem ritus plura habens in se feda et turpia, illico ab eis profanus et iniquissimus iudicatus est; Latinorum vero cerimonie parum illis religiose et templa parum ornata videbantur. Dum vero in Constantinopolim pervenissent, Basilius<sup>1</sup> et Constancius<sup>2</sup> Grecorum tunc imperatores, intelligentes eos speculandi ritus sui gracia illuc venisse, cetu religiosorum et sacerdotum vocato magnam solennitatem instituunt, et in splendissimis ornamentis celebritatem misse per patriarcham teneri disponunt Ruthenorumque nuncios ad ecclesiam introductos in loco eminentiori, ex quo omnes cerimonias videre possent, locant honoreque mense exceptos splendide tractant et muneratos remittunt. Qui ad ducem suum Wladimirum reversi de singulis ritibus, que<sup>c</sup> viderant, disserunt, sectamque spurcissimi Machometi contempnendam prorsus et repudiandam esse persuadent, et Grecorum sectam prestanciosem quam Latinorum fore, in Grecorumque ecclesiis plura et magis culciora ornamenta, quam in Latinis consistere. Tantam insuper in missa Grecorum, cui intererant, testabantur se dulcedinem senisse, ut pene extra se rapti magis celesti quam terrene solennitati se putaverint interfuisse. Ad ritum igitur Grecorum suscipiendum omnium procerum sentencie inclinabant, persuadendoque Wladimiro dicebant: „Si fides } Grecorum bona non foret, non avia HPN 139  
tua Olha<sup>3</sup> inter mulieres prudentissima illam accepisset“. Assensit itaque Wladimirus procerum sentencie et baptisma ritu Grecorum se suscepturum promisit.

ANNUS DOMINI NONINGENTESIMUS OCTUAGESIMUS OCTAVUS.

*Inundatio aquarum et siccitas*

Aquarum inundacio<sup>4</sup> frequens et diuturna, quam estas fervida et pluribus perniosa secuta est, propter quod fruges partim disperdite, partim diminute, sic-

<sup>a</sup> remisit *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> Latinos *aut.*    <sup>c</sup> quos *Ed. Crac.*

citās insuper vernalis modum excedens acciderat, ob quam sacio vernalium<sup>a</sup> impedita. Nix insuper nimia decidit, quam ymber assiduus sequebatur adeo, ut autumpnalem sacionem prohiberet famemque induceret.

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS OCTUAGESIMUS NONUS.

*Beatus Adalbertus propter Bohemorum scelera relicto episcopatu Pragensi,  
Romam petit et monasticam vitam duxit*

Enormibus sceleribus Adalbertus<sup>1</sup> Pragensis episcopus populum Bohemicum, cuius erat ipse unicus pontifex (quorum hec erant precipua: quod pluribus uxoribus contra legem catholicam abutebantur, quod gentiles et sacrilegos ritus practicabant, quod subditos proprios, filios et filias Christi caractere insignitos, Judeis in servitutum vendebant, quod fora diebus frequentarent<sup>b</sup> Dominicis, quod<sup>c</sup> sepulturas in profanis eligebant locis) videns deditum esse et omnem correccionem hactenus per eum adhibitam habere in contemptum, virorum | timoratorum usus consilio, sedem episcopalem deserere et habitum monachicum assumere in animum inducit. Quod ut facilius assequi posset, Straqwasch<sup>2</sup> sancti Benedicti monachum et Boleslai ducis Bohemie germanum diligenti cura persuadet et precatur, quatenus episcopatum Pragensem suscipiat: facilius illum plebis Bohemice abusus et facinora cum fratris ducis Bohemie assistentia sanaturum. Cui Straqwasch respondens non licere sibi ait, que contempsisset, mundana repetere et terrenis omnibus mortuum ad honorem fastigiumque culminis pontificalis aspirare, subin<sup>3</sup>ferens se et honore episcopali indignum, et pastorali pondere insufficientem. Ad quem vir Dei spiritu prophético fertur dixisse: „Scio, scio“<sup>d</sup>, inquit, „frater, pontificalem sedem Pragensem, quam nunc iusto titulo et vero hostio conscendere potuisses, contempnentem te ex post iniqua via iniustoque titulo petiturum et successum malum incursum; et quod nunc recusas, in perniciem tuam vehementer expetes“. Hiis dictis Bohemiam et sedem suam e<pre tedio plebis incorrigibilis><sup>e</sup> relinquens, Romam petiit [...<sup>f</sup>]

<sup>a</sup> frugum additum in Ed. Crac.    <sup>b</sup> frequentabant Ed. Crac.    <sup>c</sup> primo quoque, in rasura correctum in aut.    <sup>d</sup> scio secundum omissum in Ed. Crac.    <sup>e-e</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>f</sup> que deletum in aut.

<sup>a</sup>⟨Yherosolimam, visa Roma, petiturus. Verum Rome consistens, consilio virorum religiosorum⟩<sup>a</sup> monasterium sancti Alexii et Bonifacii<sup>b1</sup> ingressus, vitam monasticam in vite artitudine agere cepit, fratre suo beate vite Gaudencio<sup>2</sup> in eodem monasterio secum una delitescente pro sue conversacionis et vite studio, quasi angelus Domini ab universis reputatus, quoniam sub mortalis corporis habitu vitam ducebat sanctissimam et tam propriis quam forensibus admirandam, religiosissime vivens, verbo resplendens pariter et exemplo.

ANNUS DOMINI NONINGENTESIMUS NONAGESIMUS.

*Boleslao Chabri filius Myeczslaus nascitur*

Judith ducissa consors Boleslai Polonorum ducis, annos quinque sterilitatis perpessa opprobrium, tandem anno sexto fecundata virilis sexus puerum effudit. De cuius ortu dum et aws Myeczslauus et parens Boleslaus Polonorum duces immenso exultarent gaudio, solennem curiam constituto die baptisteriorum inducunt et infanti, dum aput Gneznensem<sup>c</sup> sacro fonte regeneraretur ecclesiam<sup>d</sup>, avitum nomen imponunt Myeczslauus<sup>3</sup>, quod significat habiturus laudem.

*Wlodimirum Russie ducem, dum fidem Christi suscepturus esset, caecitas opprimit; inductus tamen persuasione futurae coniugis suae, sororis Graecbrum imperatoris, baptisatur et visum accipit et in baptismo nuptias celebrat*

C]ongregata<sup>e</sup> Wladimirus Russie dux gencium suarum multitudine copiosa Grecis bellum infert et castrum insigne Grecorum Korschun<sup>4</sup> conquirens vicinam HP51141 ex eo sibi subiicit regionem cogitque oram illam ad tributum. Mittit deinde nuncios ad Basilium et Constantinum Grecorum imperatores, petens sororem eorum Annam suo coniugio copulari, offerens, si pociatur eius connubio, se extemplo de castro Korschun, quod quesierat, et regione, quam subiecerat, excessurum. Sed Basilium et Constantinus Grecorum imperatores respondent: non convenire sibi et sue

<sup>a</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>b</sup> manu Dlugossii superscriptum    <sup>c</sup> Gnesnam Ed. Crac.    <sup>d</sup> etiam Ed. Crac.    <sup>e</sup> l. o.



honestati cum principe gentili et ydolorum cultura polluto affinitates iungere et germanam suam illius connubio sociare; si vero errore gentili deserto fidem Christianam profiteri vellet, non se eius petitionem abnuituos. Wladimirus autem Russie dux eisdem nunciis iterum remissis offert se prono animo fidem Christianam suscepturum; venirent personaliter sororemque suam Annam afferent<sup>a</sup> et ipsum baptisarent. Adversabatur autem Anna soror imperatorum huic affinitati assumereque illam multiplici renitencia dedignabatur; sed Basilius et Constantinus fratres disserendo persuadendoque quanta bona ex affinitate huiusmodi secutura sint et quod universa Russia ex eius connubio fidem Christi sit susceptura, animum sororis expugnant pervincuntque ad consensum. Veniunt itaque Basilius et Constantinus cum sorore sua Anna in Korschun et illico Wladimirum ducem Russie oculorum cecucitas invadit; fluctuareque vario mentis | estu cepit, an ritu suo gentili derelicto fidem<sup>b</sup> et baptisma Christi esset suscepturus. Anna autem soror imperatorum et futura sua coniux docet cecucitatem, que illi acciderat, suscepto baptisate disparituram. Ab episcopo itaque Korschunensi<sup>1</sup> baptisatus, illico caligine oculorum dispulsa illuminatus, nupcias cum Anna sorore imperatorum celebrat et ecclesiam in signum et memoriam tam sue conversionis quam baptismatis et illuminationis edificat castroque Korschun Basilio et Constantino imperatoribus restituto in Russiam cum nova sponsa plenus gaudio et hilaritate redit. }

HP 142

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS NONAGESIMUS PRIMUS.

*Johannem tredecimum papam per Urbis praefectum proscriptum .**Otto secundus imperator restituit;*

*a papa deinde in imperatorum unctus, dum Calabriam petens, negatum tributum repetiturus, ibidem exercitum amisisset, ipse captivatoribus suis astu circumventis et occisis, geminum superavit sua industria periculum;*  
*tandem moritur filio Ottone tercio successore relicto<sup>2</sup>*

Johannes tredecimus, nacione Narniensis, succedens Leoni, a Petro prefecto Urbis comprehensus, in castrum sancti Angeli<sup>3</sup> primum detrusus, deinde in Campa-

<sup>a</sup> offerent *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> Christianam *additum in Ed. Crac.*

niam in exilium missus [est<sup>a</sup>]. Quo malo Ottho secundus, qui patri in imperio successerat, ad se perlato cum magno exercitu venit Romam et Johannem papam exilii molestiam duos menses sustinentem restituit; Romanos vero captivitatis sue reos quosdam trucidavit, quosdam laqueo suspendit, aliquos in exilium Saxoniam misit; ubi eciam a Johanne papa predicto unccionem<sup>b</sup> et benedictionem suscipit imperialem. Cum autem tam Roma quam Italia pacata regredi in Almaniam disponderet, audiens Johannem<sup>1</sup> Grecorum imperatorem, sue consortis Theofanie imperatricis genitorem, defunctum, et alium in locum suum surrogatum sibi de Calabria uxoris sue hereditate consuetum negare tributum, legacionem mittit [et] responsum accipit<sup>c</sup>: Calabriam non Theofanie[.g]<sup>d</sup> imperatricis, sed<sup>e</sup> hereditatem et dotem esse <signum><sup>f</sup> sancte Crucis, in <Imperio><sup>g</sup> Constantinopolitane urbis hactenus servatum<sup>h</sup> <sup>1</sup><et filiabus imperatorum pro dote dari solitum><sup>i</sup> Ottho igitur imperator ire precipicio non rationis maturitate cum non satis iusto exercitu Calabriam petens eam ferro et igne pervastat et Beneventum<sup>2</sup> capiens, ossa beati Bartholomei apostoli inde asportans, <sup>1</sup>pro vita pro patria<sup>1</sup>, Grecas contemptui habens divicias, expolians<sup>k</sup> opibus erarium<sup>l</sup>, auro argentoque Sarracenos sibi paciscitur<sup>t</sup> in auxilium et maioribus copiis in aptis<sup>m</sup> collocatis, pauciores cum Otthone pugnam conserunt. Quos cum devicisset, ab hiis, qui in insidiis latuerant<sup>n</sup>, invasus cum universo exercitu suo, Romanis et Beneventanis terga vertentibus, obtritus atque victus est. Et ne in manus hostiles veniret viuis, tam insignibus quam vestibis abiectis inermis se undis iniecit fluctusque maris tota innatans nocte, mane a piscatoribus captus, occisi imperatoris se fingebat armiferum. } Piscatores autem illum et ex decore et HPI143 dispositione<sup>o</sup> corporis (prout erat) imperatorem suspicati, Greca de illo colloquebantur (existimantes ipsum non intelligere) lingua<sup>p</sup>, astruentes eum non armigerum, sed verum imperatorem fore, disponebantque illum Greciam<sup>r</sup> freto deductum Grecorum presentare imperatori, premia ampla relaturi<sup>s</sup>. Qui aliud, in quod inciderat, periculum vitaturus, ea nautas arte circumvenit: fingit se aput Siciliam magnam abscondisse pecuniam rogat<sup>t</sup>, ut navem ad terram reducant, peccunia recepta felicius navigaturi. Quibus cupiditate illectis, rogata explentibus, in litus perveniens

<sup>a</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>b</sup> Ed. Crac., unccione in aut.    <sup>c</sup> Ottho igitur imperator ire precipicio deletum in aut.    <sup>d</sup> ge deletum    <sup>e</sup> post vocem esse potius ponendum esse videtur. Ita Ed Crac.    <sup>f</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>g</sup> manu Dlugossii supra textum    <sup>h</sup> terminatio verbi in rasura    <sup>i</sup> <sup>1</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>j</sup> sic aut.    <sup>k</sup> expoliat Ed. Crac.    <sup>l</sup> Graeci additum in Ed. Crac.    <sup>m</sup> paciscuntur Ed. Crac.    <sup>n</sup> vox quaedam deesse videtur, insidiis additum in Ed. Crac.    <sup>o</sup> latuerunt Ed. Crac.    <sup>p</sup> dispacione aut.    <sup>q</sup> linguam Ed. Crac.    <sup>r</sup> in Graeciam Ed. Crac.    <sup>s</sup> relatuos aut.    <sup>t</sup> petit Ed. Crac.

et episcopum probum in armis Cesum<sup>1</sup> nomine cum nonnullis suis militibus offendens et illorum suffragia invocans, nautas numero quadraginta invadit et nulli parcens trucidat, divino quoque et sancti Petri, quem assidue invocabat, auxilio geminatum periculum devitans, primum ad imperatricem Theofaniam pervenit: a qua cum hilaritate exceptus Romamque perductus, cum ex labore et dolore sensim languesceret, sexto idus decembris Rome moritur<sup>2</sup>, cum annis octo imperasset, et in porticu sancti Petri tumulatur. Post cuius mortem filius eius Ottho tercius<sup>3</sup>, octuagesimus tercius ab Augusto, in Romanum suffectus est imperium. Et licet in odium imperatricis aut. | 96\*\* Theofanie, que feminea et Greca levitate optimatibus | imperii de amisso in Calabria prelio fugam et pavorem exprobrans, plures sibi hostes conflaverat, nonnulli Henricum<sup>4</sup> ducem, [filium<sup>a</sup>] Henrici fratris germani primi Otthonis, in imperium surrogare laborassent, avi tamen et patris beneficiis recensitis omnium iniuriarum obliti Otthonem tercium ab Henrico predicto, sub cuius custodia et tutela tenebatur, gravi ere redemptum imperio preficiunt; qui illud singulari Ezzonis<sup>5</sup> comitis palatini Reni prudentia industriaque extunc administrare cepit.

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS NONAGESIMUS SECUNDUS.

*Wladimirus Russiae dux totum populum suum baptisari facit,  
idolisque fractis,  
ecclesias aedificat et eas liberaliter dotat<sup>6</sup>*

Sacrilegos ritus, quibus priscis temporibus Ruthenorum gens dedita erat, Wladimirus Russiae dux eliminaturus, tercio, ex quo fide Christi illuminatus erat, anno ydola, lucos arasque et templa eorum confringit, incendit et comminuit. Simulacrum vero Fulminis, quod precipua veneracione a Ruthenis } colebatur, ad caudam equi alligatum, spectante multitudine Ruthenorum, per terram trahi et in flumen Dnyepr mergi, gentilibus Ruthenis ex utroque sexu deorum et simulacrorum suorum fletu et eiulatu ingenti confraccionem prosequentibus, mandavit. Promulgat deinde Wladimirus dux edictum, ut omnes nationes et populi sibi subiecti relictis ydolis Christi fide et baptismatis caractere se insigniant, habiturus eos pro hostibus bonaque

<sup>a</sup> additum in Ed. Crac.

eorum confiscaturus, qui detractarent<sup>a</sup> sanctis suis parere iussionibus. Qua necessitate Ruthenorum populus constrictus ad Kyow catervatim confluit et fidem Christi professus in flumine Dnyep<sup>r</sup> ab episcopo Korsunensi et presbiteris ex Grecia adductis baptisatur et in fide ac cerimoniis eius eruditur. Audita autem est vox et eiulatus draconis in aere, querentis se ex possessione Ruthenorum diuturna non ab apostolis aut martiribus, sed ab una femina eiectionem esse. Edeficavit autem Wladimirus primam ecclesiam in loco, quo prius<sup>b</sup> ydolis thura accendebantur, et eam beato Basilio dicari ordinat, sed in aliis regionibus Russie templa et sacerdotes Dei multiplicat. Edificat et alteram ecclesiam Wladimirus beate Virgini Marie in Kyow et ornat eam vasis aureis et preciosa supellectili: et tam in ea, quam in aliis ecclesiis Russie a duce Wladimiro et baronibus Russie edeficatis, Corschunensis episcopus ministros et sacerdotes instituit, pro quorum sustentacione Wladimirus dux predia et census largitus est et primicias<sup>1</sup> ac decimas tam boyariis quam aggressibus mandavit solvi et offerri. Baptisavit et tunc Wladimirus duodecim<sup>2</sup> filios suos, videlicet Wyszeslaum, Yszeslaum, Swathopelkum, Jaroslaum, Wszewoldum, Swanthoslaum, Mszczislaum, Borzich, Hleb, Stanislaum<sup>3</sup>, Poszwyszd<sup>4</sup> et Sudislaum puerosque Ruthenorum applicat literis, artifices insuper ex Grecis<sup>c</sup> conductos solariat<sup>d</sup> et plures ecclesias ex muro petra et latere edificat.

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS NONAGESIMUS TERCIVS.

*Irati Bohemi sedem Pragensem vacare contra Adalbertum absentem,  
civitate eius capta,  
quinque fratres illius omnemque prosapiam  
et populum in ipsa civitate occidunt,  
uno germano, qui Boleslao in Polonia serviebat, superstite:  
a quo familia Rosarum deducitur*

Bohemorum principales nobiles discessionem pontificis sui Pragensis Adalberti HPN145  
et absentia eius septennio integro continuata plurimum angustiati et dolore amaritudinemque vexati, quod pontificali honore ab eis sublato in precipitium multorum

<sup>a</sup> detractarent *Ed. Crac.*    <sup>b-b</sup> *Ed. Crac., quibus aut.*    <sup>c</sup> Grecia *Ed. Crac.*    <sup>d</sup> solariat *Ed. Crac.*

malorum dietim ferebantur, culpam omnem in virum Dei Adalbertum vertunt, quasi ipse omnium, que contigerant illis, malorum fuerit suo discessu auctor et patrator. Propter quod in furiam rabiemque conversi penas, quas ab episcopo absente exigere non valebant, in fratres suos genusque illius et patriam convertunt, et sub unius diei celebris tempore opidum Lubic<sup>1</sup> in frequenti numero armisque ingressi, primum quinque fratres beati Adalberti germanos, videlicet Sobobor<sup>2</sup>, Spiczmyrum<sup>3</sup>, Bobroslaw, <Zauisza><sup>a</sup> et Czaslaw variis cruciatibus extinguunt, <sup>b</sup><nec fratres><sup>b</sup> <sup>c</sup><tantummodo viri sancti necare contenti, sed et fratrum filios, masculum una cum femina insonte, dampnant. Aberat tunc forte a Bohemia et a paterna domo sextus beati pontificis Adalberti germanus, <Poray><sup>d4</sup> nomine: in curia etenim et obsequiis Boleslai Polonorum<sup>e</sup> ducis, filii Myeczslau, superioribus temporibus et pro illa tempestate versatus, trucidacionem tyrannicam, que fratribus et domui sue universeque stirpi acciderat, longe a domo positus ignorabat. Hic quoque solus ex omni stirpe et familia viri Dei remanserat superstes, providente clementissimo Deo ne prosapia tam nobilis de terra vivencium eraderetur. Hunc cum Boleslaus Polonorum dux cedem fratrum, suam insuper condicionem<sup>f</sup> assiduis et lugubribus lacrimis deplorantem videret (magis enim diram in se Bohemorum truculenciam quam que in fratres edita fuerat, si in solum paternum rediret, verebatur futuram) benigne adolescentem consolatus bono animo esse iussit, pollicitus se illi temporalium bonorum, que in Bohemia habuerat, possessionem hereditariam sua munificencia resarciturum. Dat deinde promissis virtutem, et <Poray><sup>g</sup> sancti Adalberti germano multas possessiones, opes et hereditates in Polonico Regno largitur, ac illum suo <sup>aut.</sup>97\*\* dominio et Polonorum militum nobilitati interserit, adiungit et | inplantat. Ex hoc autem uno surculo multiplex in Polonie Regno surrexit propago et in magnam atque frequentem progenies viri Dei familiam<sup>h</sup>, que se de Rosis<sup>5</sup> nominat, albam rosam in campo rubeo deferens et Poray proclama habens, evasit successionibus fecundis usque ad nostra tempora derivata. Fratribus et consanguineis pontificis Adalberti vario [mortis<sup>i</sup>] genere deletis, Bohemi deinde<sup>c</sup> universum populum utriusque sexus opidi predicti <Lyblic><sup>j</sup>, septem videlicet animarum millia, carnificino more in ore gladii, nulli sexui, etati vel condicioni parcendo, perimunt: nec }  
 HPR146 his contenti, in tecta eciam innocua seviunt et opidum predictum flammis exurunt.

<sup>a</sup> in rasura manu Dlugossii    <sup>b-b</sup> cf. adn. a    <sup>c-c</sup> in margine inferiore et in sequentis paginae margine superiore alia manu inscriptum    <sup>d</sup> cf. adn. a    <sup>e</sup> eadem manu superscriptum    <sup>f</sup> condicionem aut.    <sup>g</sup> cf. adn. a.    <sup>h</sup> Ed. Crac., famllam aut.    <sup>i</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>j</sup> manu Dlugossii superscriptum

Quod quidem tam atrox facinus neque per ducem Bohemie prohibitum extitit, neque aliqua ulcione punitum; unde si cedis prefate, quam scriptam aput Bohemorum annalia<sup>1</sup> reperi, vera est series (plura enim in hoc opere transcribo quam<sup>a</sup> credo) satis gentis Bohemice pro ea tempestate miranda est feritas, que nec naturali quidem compassione, eciam bestiis insita, a cede tam atroci in etatem infirmam et domesticam facta poterat deterreri.

*Beatus Adalbertus per papam Pragam remittitur.*

*Johannes papa tredecimus moritur.*

*Obitus primi Wladislaviensis episcopi*

<sup>b</sup>S]trage autem<sup>b</sup> tam inhumana Maguntinesis archiepiscopus<sup>2</sup> metropolitanus Bohemorum ad se perlata, missis ad summum pontificem nunciis, in quanto periculo fidei religionisque catholice res in Bohemia versentur, declarat obtestans obsecransque, ut pro rescindendis, abolendis malis patratis et patrandis suffraganeus suus Adalbertus Pragensis episcopus ad plebem Bohemicam remittatur. Summus autem pontifex <sup>c</sup><Gregorius<sup>3</sup> V-tus alias Johannes><sup>c</sup>, fidei religionique Christiane consulens, mandat beato Adalberto ad se accersito ad oves suas regressum. Declarat autem vir Dei apostolico aperitque gentis Bohemice mores et qualitatem, aiens illam et cervicem sortitam esse durissimam et cor indomabile seque incassum illic rediturum, rogans, ut sibi licencia predicandi fidem et verbum<sup>d</sup> Dei gentibus Prussorum, que oram septemtrionalem incolunt, tribuatur. Tum apostolicus: „Si“, inquit, „te contempto, monitis instruccionibusque tuis non paruerint, excusso pulvere pedum tuorum linque illos et genti apostatrici atque perfide presenciam tuam subtrahe: nos enim extunc et a vinculo, quo ecclesie Pragensi hactenus tenebaris, te absolvimus et Prutenis ceterisque nacionibus predicandi fidem Christi potestatem impartimur“. Qua quidem potestate sibi tributa sanctus Dei supra modum exhilaratus, Urbe et monasterio sancti Alexii, in quo deguerat, relictis, germanorum eciam et notorum cede, dummodo salus Bohemorum provenire posset, non pertesus, Pragam <invitus><sup>e</sup> revertitur, sperans Bohemos veteres suas supersticiones et } flagicia HPI147 relicturos. Unde multiphariis remediis plebem suam sanaturus, alios obsecrat et

<sup>a</sup> in rasura eadem manu <sup>b-b</sup> l. o. <sup>c-c</sup> Gregorius V-tus in rasura, et alias Johannes in margine manu Dlugossii <sup>d</sup> verbi Ed. Crac. et aut. <sup>e</sup> manu Dlugossii superscriptum

mulcet blando sue instruccionis alloquio, plerosque corripit, arguit et obiurgat; sed omnes suos conatus et studia perditum iri videns et amarissime ingemiscens, subsistendumne sibi an discedendum, deliberabat. Interim sopore ex vigilia et tristitia oppressus<sup>1</sup>, divina voce audit se allocutum: „Tu“, inquit, „stertis, et ego iterum vendor Judeis“. Qua voce exterritus prosiliit et in forum progressus, Christianos vendi Judeis, ut vox celestis denunciaverat, reperiens, data pecunia venditoribus et fidei ludibrium dispulit et hiis, qui vendebantur, prestitit libertatem.

<sup>a</sup>A]nnis septem<sup>a</sup>, mensibus undecim, diebus quindecim Johannes<sup>2</sup> papa tredecimus in pontificio Romano exactis moritur et in sancti Petri ecclesia sepelitur, et cessavit episcopatus diebus tredecim; Benedictum<sup>3</sup> sextum nacione Romanum habuit successorem.

<sup>b</sup><Primus Wladislaviensis episcopus<sup>4</sup>, qui<sup>c</sup> et Crusszvicziensis antiquitus dicebatur, annis tribus de triginta exactis in sede Crusoviciensi moritur et in ecclesia parochiali in Dzwirczno<sup>5</sup>, quam ipse fundaverat, dotaverat, fabricaverat, sepelitur. In cuius locum anno eodem <Mauricius><sup>a6</sup> primus surrogatur><sup>b</sup>.

A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS NONAGESIMUS QUARTUS.

*Beatus Adalbertus habita praedicandi licentia  
in Hungariam veniens, benigne acceptus  
per annum integrum praedicat et postea discedit*

Prospiciens venerandus presul Adalbertus Pragensis plebem Bohemicam, ad quam apostolico mandato curandam regendamque redierat, suo calcitrare imperio et abhominandis transgressionibus in Deum deditam esse, non sperans se amplius in gente indomite frontis et rebelli quicquam profecturum, Praga iterum relicta, aut. | 98\*\* Romam regressus | a vinculo, quo Pragensi ecclesie tenebatur, obtinet se per Benedictum papam sextum absolvi et sibi ad predicandum barbaris nacionibus ultra Poloniam situatis predicandi licenciam concedi. Qua obtenta cum Gaudencio

<sup>a-a</sup> l.o.    <sup>b-b</sup> in textu sine intervallo manu Dlugossii    <sup>c</sup> Ed. Crac., que aut.    <sup>d</sup> alio atramento a Dlugossio in vacuum spatium inductum

ceterisque religiosis viris Hungariam ingressus, ad ducem Hungarorum Yesse pervenit, in fide catholica et cerimoniis eius, quam ipsum ante annos aliquot suscepisse audierat, suis monitis et predicacionibus instructurus. Cum autem duci Yesse { et consorti sue ducisse Adleyde eius adventus fuisset denunciatus, summa HP148 mox leticia concepta ad laudes divinas organa laxarunt; hunc enim virum venisse ad se, qui sibi in visione dudum fuerat premonstratus, intelligebant. Cum magna itaque veneracione et devocione susceptus filio ducis Yesse Stephano confirmacionis characterem impendit et verbum Dei Slawis et Hvnis tam per se quam per fratres suos per unum<sup>1</sup> et amplius annum mellifluo sermone predicavit plurimosque Slavorum et Hunorum adhuc cultibus deorum deditos convertens omnem Hungarorum perambulabat regionem, eos quidem, qui crediderant, erudiens et paterna pietate confirmans, ydolatras vero ab erroribus reducens et confirmans. Ad cuius eciam exhortacionem<sup>a</sup> dux Yesse cum filio suo Stephano et consorte sua Adleyda plures ecclesias fundant, erigunt et instituunt et temporalia illis bona largiuntur. <sup>b</sup>⟨Sed et ibi quoque facta persecucione et manuum violentarum in personam suam iniieccione, non maledicens, nec repugnans, sed e contrario benedicens, Pannonias deserit⟩<sup>b</sup>.  
<sup>c</sup>G]eysza Pannoniorum<sup>c</sup> dux posthec infra dies paucos naturali fato absumptus moritur, filium<sup>d</sup> Stephanum reliquens successorem.

A]NNUS DOMINI NONINGENTESI[M]US NONAGESI[M]US QUINTUS.

*Mors Proculfi archiepiscopi Cracoviensis.*

*Benedictus sextus papa strangulatur, Donum secundum habuit successorem.*

*Robertus archiepiscopus Gnesnensis obiit*

Cracoviensis ecclesie secundus archiepiscopus Proculus<sup>2</sup>, cum annis decem sedisset, moritur et in Cracoviensi ecclesia sepelitur: cui Lambertus<sup>3</sup> per cleri et vicinarum ecclesiarum parochialium rectorum eleccionem, consensu ducis Polonie Myeczslai<sup>e</sup> accedente, suffectus est <sup>f</sup>⟨in metropolitanam sedem⟩<sup>f</sup>.

<sup>a</sup> exhor in rasura manu Dlugossii    <sup>b-b</sup> manu Dlugossii adscriptum    <sup>c-c</sup> l.o.    <sup>d</sup> suum additum in Ed. Crac.    <sup>e</sup> cf. p. 177 adn. e    <sup>f-f</sup> manu Dlugossii in margine



[B]⟨enedictus⟩<sup>a</sup> sextus papa Romanus, cum anno uno, mensibus sex sedisset, a Cincio<sup>1</sup> nobili Romano captus et in castro Angeli strangulatus est: cui Donus<sup>2</sup> ⟨2-us⟩<sup>b</sup>, nacione Romanus, successit. Sub cuius pontificatu duo Bulgarorum duces, Petrus<sup>3</sup> et Baianus, moto Grecis bello et aliquot relatis victoriis, Constantinopolitanam civitatem adeo vexaverunt, ut eius potencia in pluribus fuerit diminuta et collapsa. A nonnullis autem scribitur prefatus Benedictus a Tito Romano<sup>c</sup> Theodori<sup>d</sup> filio fame extinctus [...<sup>e</sup>] ⟨cuius⟩<sup>f</sup> tyrannis<sup>g</sup> } non invenitur vindicata. <sup>h</sup>⟨Dono tempore brevi mortuo et uno anno, mensibus VI sedente, <sup>1</sup>Bonifacius<sup>4</sup> septimus in papam erigitur, <sup>1</sup>hic spoliata ecclesia in Constantinopolim fugit et exinde reversus Johanni dyacono oculos eruit. Ipse deinde subito extinctus est. Successit Bonifacio septimo Benedictus<sup>5</sup> septimus nacione [k] et sedit annis decem secundum alios quinque, menses VI:.

Robertus<sup>6</sup> primus Gneznensis<sup>1</sup> archiepiscopus<sup>2</sup>, dum annos quinque et viginti in archiepiscopatu<sup>m</sup> durasset Gnezniensi<sup>n</sup>, obiit et in Gneznensi ecclesia sepelitur: cui Adalbertus Pragensis archiepiscopus<sup>o</sup>, genere nobilis de Rosarum domo, succedit<sup>7</sup>⟩<sup>h</sup>.

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS NONAGESIMUS SEXTUS.

*Cracoviam venit beatus Adalbertus, ibique diu praedicavit.  
Tandem Gnesnam petit,  
cui sede vacante ad preces ducis Myeczslai praeficitur*

Hungaria relicta vir Dei Adalbertus Pragensis episcopus Poloniam advenit et a Myeczslawo Polonie duce eiusdemque filio duce Boleslao ac omni populo et clero cum magno iubilo et honore susceptus in Cracoviensi primum urbe (ea enim sibi

<sup>a</sup> l.o. <sup>b</sup> manu Dlugossii in margine <sup>c</sup> Romani Ed. Crac. <sup>d</sup> Ed. Crac., Theodoro aut. <sup>e</sup> rasura  
4 litteris scribendis apta vacua relicta <sup>f</sup> manu Dlugossii in rasura <sup>g</sup> tyrannides Ed. Crac. et aut. male P.  
<sup>h-h</sup> manu Dlugossii <sup>1</sup> hinc in inferiore margine <sup>1-1</sup> deest in Ed. Crac. <sup>k</sup> spatium vacuum uno vocabulo  
inscribendo aptum a Dlugossio relictum <sup>1</sup> Gnez in rasura <sup>1</sup> archi superscriptum <sup>m</sup> cf. adn. 1 <sup>n</sup> cf.  
adn. 1 <sup>o</sup> episcopus Ed. Crac.

ex Hungaria egredienti prima occurrebat) aliquanto tempore moratus est et in circo civitatis predicte predicacionis sancte wlgari suo Bohemico, quod a Polonis bene poterat intelligi, assidue exercebat officia. Fiebat autem ad illum ex vicinioribus oris et districtibus frequens concursus: multi enim in egritudinibus, languoribus et necessitatibus suis ab illo suscipiebant votiva solacia, vexati autem<sup>a</sup> a demonibus liberacionem. Rapiebatur autem vir Dei delectacione mirabili, videns universam Poloniam fidei sancte puritate|, miroque<sup>b</sup> devocionis ardore candescere et ecclesiis aut. |99\*\* novem katedralibus ceterisque sacris locis nobilitatam esse, pontifices vero et ministros Dei magno honore haberi; simulque abortis lacrimis suspirans aiebat: „Poloni posteriores Christiani quam Bohemi novem kathedris pontificalibus, quasi veris octo beatitudinibus in basi nova fide catholica radicatis, suas illustrarunt regiones, novem venerantur feruntque pontifices, et hos omnes externos atque peregrinos, omnemque illis prestant devotam et sinceram subieccionem: Bohemia unam tantummodo habens kathedram, me unum sui generis pontificem ferre non potuit, sed non sine fidei sancte ludibrio suaque infamia mores catholicos perosa, me cum vituperio dedecoreque expulit, exclusit et eiecit“. Tantam autem vir Dei Adalbertus sua predicacione, conversacione, vite merito et exemplo sui memoriam aput Craçcouiensem<sup>c</sup> urbem reliquit, ut<sup>d</sup> post sui gloriosi martirii consummacionem HPR150 in eo loco, quo predicacionem suam peragere solebat, basilicam<sup>1</sup> in eius honorem conderent, que usque in diem hodiernum permanens et sollicitudinem viri Dei in verbo vite disseminando et Polonorum erga illum testatur devocionem. Disgressus autem ex una Polonorum metropoli Cracoviensi, multitudine cleri et populi eius discessum deplorante et in longa spacia illum comitante, in alteram metropolim Polonorum Gneznam, ducis Myeczslawi Polonie militibus et familiaribus illum et comites suos<sup>e</sup> omnium necessariorum provisione tractantibus viamque monstrantibus, pervenit. Constitutus autem in itinere, fere<sup>f</sup> in rure quolibet et villaggio, ad quod illum venire contingebat, docebat Polonos tanta sedulitate, ut eciam conductores sui longa mora pertesi, illum frequenter relinquerent. Cum autem quodam die errore vie lapsus, ad villam quandam in Polonia <Maiori><sup>g</sup> pervenisset, rusticis suum et comitum suorum habitum monachalem et cucullatum, quem antea nunquam viderant, irridentibus et pro insanis eos reputantibus, repetente divina ulcio in

<sup>a</sup> omissum in Ed. Crac.    <sup>b</sup> mireque Ed. Crac.    <sup>c</sup> sem in rasura aut.    <sup>d</sup> ut primo in aut. correctum alio atramento in et, ut Ed. Crac.    <sup>e</sup> Ed Crac., suorum aut.    <sup>f</sup> ferme Ed. Crac.    <sup>g</sup> manu Dlugossii adscriptum

irrisores affuit, que illis usum auditus et loquere ademit: qui postea Gneznam ad illum venientes et scelus suum publice confitentes, restitutionem utriusque sensus eius meritis et oracione receperunt. Contigit autem pro illo tempore <sup>a</sup>⟨ut in superioribus premisimus⟩<sup>a</sup> Robertum<sup>b</sup> Gneznensem archiepiscopum mori, cuius locum beatus Adalbertus maximis ducis Myeczslawii<sup>c</sup> filii que eius Boleslai et tocius cleri et populi instanciis devictus suscepit: ubi desides gentis animos et parum de spe futura sollicitos stimulare verbis et predicacione succendere callumque ab hiis longe negligencie cepit abolere.

*Dono papa mortuo Bonifacius succedit  
et ecclesiam sancti Petri spoliat, tandem in tyrannidem versus obiit;  
cui Benedictus septimus succedit*

<sup>d</sup>A]nnum unum<sup>d</sup>, menses sex, Donus papa in pontificatu exigens Rome moritur et in ecclesia sancti Petri sepelitur cessavitque episcopatus duobus diebus. Cui succedit Bonifacius, Romanorum potencia intrusus, cuius nomen et patria ignota, ipseque sede Petri indignus. Hic in urbe Romana pluribus molestatus et percussus adversis, ecclesia beati Petri notabilioribus clenodiis gemmisque spoliata, in Constantinopolim fugit; deinde Romam cum pecunia ingenti reversus, cum in pontificatu tenendo se profecturum non speraret, in tyrannidem versus, Johanni dyacono cardinali oculos eruit, et ipse } tandem colera confectus et melancolia extinctus est, cum uno tantummodo mense et diebus duodecim sedisset. Quo mortuo Benedictus septimus Szutriensis episcopus, sanctitate et probitate insignis, Romanum pontificium accepit et plerosque Romanos rebus novis aut tyrannidi studentes, favore et assistencia Otthonis tercii captivavit et digna mulcta cohercuit.

<sup>e</sup>⟨Vacacione Gneznensis ecclesie per mortem Roberthi secuta vir celebris Adalbertus, nacione Bohemus, genere nobilis de domo Rosze ex patre Slawniko et matre Strzeszislawa, Pragensis episcopus, opera Boleslai Chabri ducis et monarche Polonie in sedem Gneznensem suffectus est⟩<sup>e</sup>.

<sup>a-a</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>b</sup> bertum in rasura, alio atramento    <sup>c</sup> et Ed. Crac.    <sup>d-d</sup> l. o.    <sup>e-e</sup> manu Dlugossii sub textum adscriptum

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS NONAGESIMUS SEPTIMUS.

*Origo Lithuanorum et Pruthenorum moresque,  
et quomodo beatus Adalbertus in Prussis martyrium passus sit*

Estuans vir Dei Adalbertus Gneznensis archiepiscopus ignito et flagranti desiderio lauream martirii suscipere, de qua percipienda visione sibi monstrata certificatus erat: viderat | enim duplicem beatarum animarum, celesti fulgore radiancium, aut. | 100\*\* ordinem, purpuratorum videlicet et candidatorum, cumque stupens, quid huiusmodi visio portenderet, secum tacitus quereret, celesti illi voce nunciatum est, martirum et virginum duos sacerrimos cetus, iam beata immortalitate vestitos, quos viderat, ordines esse, et in utroque eum consorcium premii sui recepturum. Hac itaque visione vehementer instigatus, non sine ducis Myeczslawi Polonie et filii sui ducis Boleslai molestia et dolore, Gnezesem sedem deserit et fratre suo Gaudencio pro se archiepiscopo Gneznensi ordinato, comitantibus illum ducis Polonie Myeczslawi <triginta><sup>a</sup> militibus et familiaribus, versus Prutenorum regionem, Polonorum regionibus confrontatam, a flumine Ossa, qui et ipse in Wyslam decidit terrasque Polonorum a Pruthenis disterminat, usque ad Mare Septemtrionale protensam pergit. Fuit autem pro ea tempestate Pruthenorum gens seva et crudelis ydolatrie et cultui demonum et tam ceco patienti<sup>b</sup> et caliginoso dedita errori, ut solem lunam, stellas, bestias, aves, ignem et cetera creata pro diis coleret et quasdam silvas, lacus et aquas, quas neque piscatu, venatu aut incisione contingere liceret, sacratas putarent, speciale habens } ydioma, a Latino tamen aliquantulum derivatum et HPR 152 quod cum Lythwanico habet concordanciam aliquam et paritatem, eosdemque pene deos, ritus et sacra eadem, unum verum et eundem summum sacrorum pontificem aput civitatem eorum pro metropoli habitam, Romowe<sup>1</sup> vocatam, residentem, a Roma intitulatam, cuius iussa a singulis non obedienter impleri capitale erat, et qui Criwe<sup>2</sup> eorum lingua appellatus est. Unius enim et moris et lingue cognacionisque Prutheni, Lythwani et Samogitte fuisse dinoscuntur et bellis civilibus in Italia inter Cesarem et Pompeium exortis, flagrante<sup>c</sup> Italia, veteribus sedibus

<sup>a</sup> manu Dlugossii superscriptum    <sup>b</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>c</sup> in aut. sequuntur verba civilibus bellis punctis deleta

desertis, in has, quas modo incolunt, oras venisse, sedesque suas in nemoribus et desertis locis, fluminibus, stagnis et paludibus obsitis posuisse, ad instar quoque Rome civitatem principalem Romove condidisse et summum sacrorum suorum antistitem illic locasse. Et quamvis gentes ipse in verborum prolacione differunt, quemadmodum Poloni, Bohemi et<sup>a</sup> Ruteni, nichilominus in multis conveniunt. Non unius tamen stirpis et lingue fuisse estimantur: sed Prutenis alia fertur fuisse quam Lythwanis et Samagittis origo. Dum enim Prussias<sup>1</sup> Bithynie rex, apud quem Hanibal<sup>2</sup> Penorum dux a populo Romano victus et fugatus exulavit, suasu Hanibalis temere contra populum Romanum bellum suscepisset, publicam pugnam, non respondentibus fibris dum exta conspiceret, inire est ausus, dum in hunc modum ab Hanibale increparetur<sup>b</sup>: „An tu“, inquit, „o Prussias, vituline caruncule credere mavis, quam imperatori probato?“<sup>c</sup> Conflictus<sup>c</sup> ergo et superatus Prussias cum Bithiniis gente sua in aquilonarem oram Romanos fugiens venit et ex suo titulo Prussie nomen fecit. Bithinici autem populi eciam in hactenus manent vestigia, quoniam nonnulli Prutheni prisce lingue retinentes oracula ab Eolicis, Doricis, Vadicis<sup>d</sup> et Jonicis populis competenter intelliguntur. Coniuges hiis venales erant, servilia eciam opera agere coacte, defunctorum cadavera cum equis, armis et vestibus ceterisque rebus, que vivis cordi erant, incendere soliti. In Pruthenorum itaque provinciam vir Dei Adalbertus ingressus cepit per interpretem, a duce Polonie Myeczslawo ad id sibi singulariter prebitum, Prutenico populo ewangelizare Christum et illos a cultura demonum avertere, docens: ea que colerent, solem, lunam, stellas, bestias, ignem, quem perpetuum vocabant, et silvas, creaturas veri Dei esse et in illis permissione divina spiritus demonum consistere et cultores suos ludificare. Hiis et aliis pluribus vir Dei sermonibus usus loca magis habitata girabat,

HPD153 continuo } plantacioni fidei sancte et predicacioni insistens. Superanti fluvium Ossa<sup>5</sup> et remitti sibi naulum et sociis ob egestatem deprecanti a remige gravem in caput ictum per remum excepit et in glorificacionem Domini, qui sibi aliquid pro suo nomine pati tribuisset, ora solvit, ostendens exemplo, quia nil terribile est, ubi diligitur Deus, nil grave et acerbum, quando ab errore ad fidem reducitur proximus. Et licet videret Pruthenicum populum ad ea, que annunciabat, obstinatum

aut. | 101\*\* difficulterque | domabilem esse, de Dei tamen pietate, que sibi predicandi gentibus nomen suum donum concesserat, non desperans pluresque iniurias et opprobria

<sup>a</sup> superscriptum in aut.    <sup>b</sup> increpabatur Ed. Crac.    <sup>c</sup> ctus in rasura    <sup>d</sup> Atticis Ed. Crac.

perferens, adeo ut sepe domo et tectis exclusus, sub divo pluvia et frigore lacesitus, cogeretur hospitari, mira perseverancia pacienciaque ceptum predicacionis officium diligentissime prosequabatur. Prutheni autem moleste ferentes deorum suorum contaminacionem et vituperium, quorum cultum et ritum a maioribus susceptum iniquo animo dolebant confutari et rescindi, summo sacrorum antistite Criwe dicto et aliis sacerdotibus ydolorum primores Pruthenorum animantibus in necem suam conspirant. Cum<sup>1</sup> itaque vir Dei, universa fere Prussia disseminando verbum vite peragrata, ad vicum in littore Oceani prope opidum, cui hactenus nomen Ffeszhausch<sup>2</sup>, situm pervenisset, et in colle petrino vico impendenti, die Veneris, que fuit nonas kalendas maii, missarum ageret solennia et supplicibus precibus pro conversione Pruthenica pietatem divinam obsecratione<sup>a</sup> et sacrificio imploraret, Pruteni conveniunt et credentes illum incantacionibus in deorum suorum perniciem uti, in ipsum insiliunt et pluribus quassatum scissumque ictibus et sepcies confossum caput a corpore abscidunt<sup>b</sup>, et in quadam vicina arbore, ut ampliori pateret contumelie, suspendunt, quod per tres dies, quibus habebatur ostentui, diligenti ab aquila servabatur tutabaturque custodia. Sic anima illa beata, carnificinis excruciatu percussioneibus, ad superne Maiestatis thronum, geminatam lauream perceptura et sempiterno evo fruitura, angelico obsequio comitata conscendit et sanctus ipse, carnis vinculis absolutus, ad frugem transiit superne et immarciscibilis voluptatis. Corpus sacrum, quod in plures partes scissum, hospes viri beati in sportam recollectum servaverat, Pruteni, ne post mortem aliquibus per illud afficiantur incommodis, sub diligenti et secreta custodia in terra aput eundem, in quo mactabatur, vicum abscondunt. Comites vero beati Adalberti, videlicet Benedictum<sup>3</sup>, Matheum<sup>4</sup>, Johannem<sup>5</sup>, } Isaac<sup>6</sup>, Cristinum<sup>7</sup> et Barnabam<sup>8</sup>, iniuriis et plagis variis affectos, HPQ154 denunciantes eis mortem, si redire auderent, de regione sua eiciunt et educunt.

H]abebant<sup>c</sup> autem Prutheni barbari in suis ritibus et observanciis hanc legem, ut mortuos suos igne cremarent, adiungendo cremando funeri magis splendidas vestes, equos, arma et queque meliora, existimantes mortuum his omnibus, quibus una cremaretur, in vita altera usurum; homicidia crudeli ulcione dampnando, reum aut suum affinem capite expiabant. In hospites liberales et humani, ebrietati et Bacho dediti, equino lacte, quod multipliciter inebriare consuevit, utebantur; vini usus aput illos ignotus. Adeo ebrietatis sectatores, ut nullum se officium in

<sup>a</sup> observatione *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> abscondunt *Ed. Crac.*    <sup>c</sup> *l.o.*

amicum vel hospitem crediderint contulisse, si ebrium illum non viderint<sup>a</sup>, mulieres iuxta ac viri in ebrietatem assiduam proclive. Uxoribus nullus illis finitus numerus, sed quantas quisque poterat emere, tantis fruitur: propter quod nec in honore habebantur, sed ancillarum et servarum coguntur explere officia. Balneorum quotidianus tam viris, quam mulieribus usus, quibus hesterne diei ebrietatem astruunt ex corporibus depelli et vitam produci. Nemo mendicare permittitur, affatim unicuique esurienti, in quamcunque se domum contulerit, cibus ministratur.

*Myeczslaus dux Polonorum Romam mittit pro corona ;  
quam cum ipsi papa praeparasset,  
admonitus visione, illam Stephano Hungariae duci tradit  
et spe bona Polonos esse iubet,  
eandem ipsos brevi consecuturos asserens*

M]yeczslauus<sup>b</sup> interim Polonorum dux prelatorum et baronum Poloniae sedula admonicione et consilio persuasus, ut ad summum pontificem Benedictum<sup>1</sup> septimum nuncios mittat et coronam sibi et Polonorum regionibus dari petat: ea enim tunc opulencia<sup>c</sup> frequentiaque tam hominum, quam diviciarum in Polonia providencia et iusticia ducis | Myeczslawi habebatur, ut digna Polonia visa est, que ad numerum catholicorum regnorum accederet ad hanc autem tam arduam rem obeundam expediendamque pontifex Cracoviensis Lampertus<sup>2</sup>, vir et doctrina et eloquentia spectabilis, electus est; qui cum ad summum pontificem Benedictum papam pervenisset et diserte graviterque ducis Myeczslawi et Polonorum mandata exponens peciisset, duci Myeczslawo et Poloniae regionibus pro maiori fidei sancte catholice per eos susceptae et quam mirum in modum per fundacionem novem katedralium } ecclesiarum aliorumque sacrorum locorum deducebat germinasse, corroboracionem, pro infidelium quoque et scismaticarum nacionum Poloniae vicinarum reduccione et exterminio dari coronam, deducens Myeczslawm Polonorum principem, virum catholicum religionisque Christiane ferventissimum zelatorem, attestantibus id operibus, existere, in armis actibusque militaribus strenuum et in gencium multarum copia gloriosum. Cum autem summus pontifex Benedictus septimus, communicato

<sup>a</sup> viderent *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> l.o.    <sup>c</sup> primo spulencia in *aut.*

cardinalium consilio, coronam Polonorum Myeczslawo duci pro incremento et dilatacione fidei catholice et gloria gentis Polonorum se paterna benignitate daturum Cracoviensi episcopo Lamperto respondisset, ducis Hungarorum Stephani, germani ex sorore Adleyda ducis Polonorum Myeczslavi<sup>a</sup> nepotis, qui eodem anno genitore suo Yesse mortuo Hungarie ducatum regendum susceperat, nuncius Astericus<sup>1</sup> cenobii ordinis sancti Benedicti ad radicem Montis Ferrei abbas, ex post in Strigoniensem archiepiscopum promotus (licet per anticipationem Strigoniensis archiepiscopus inscribatur in annalibus) Romam advenit et pro duce suo Stephano Hungarie coronam petere a summo pontifice cepit. Et licet Benedictus papa dispositus fuerit utrique duci, Hungarorum videlicet et Polonorum, dare coronam, intelligens largicionem corone pro utroque nulli esse preiudicalem et magnum rebus fidei religionisque Cristiane profectum posse afferre; interim tamen fertur Benedictus papa angelica visione admonitus esse, quatenus promissum pro duce Polonorum Myeczslawo episcopo Cracoviensi Lamperto factum rescinderet et duci tantummodo Hungarie Stephano eiusque nuncio Asterico coronam conferret, subinferens: Polonos magis sanguinee cedi in venacionibus, quam devocioni et misericordie operibus, magis oppressioni subditorum et rapinis, quam quieti, magis mendacio et dolis, quam veritati deditos intentosque esse, maiorem illos agere belluarum et canum, quam hominum curam, in effusionemque sanguinis humani proclivos, nondum dignos existere, quibus corona hactenus debeat<sup>b</sup> conferri. In proximo tamen, inquit sermo divinus, genti illi placatus<sup>2</sup> miserebor<sup>c</sup> et corona, quam ei nunc denego, glorificabo exaltaboque illam. Extant enim in ea gente plura hominum milia in lege mea incedentes sine offensa, quorum merito et supplicacione ceteris miserebor<sup>d</sup>, sed neque multorum bonorum operum in plurimarum erectione, dotacione ecclesiarum ceteroque, quibus ab ea veneror, cultu potero oblivisci. Huiusmodi itaque visione Benedictus papa permotus coronam, quam Polonorum duci Myeczslawo preparaverat, duci Stephano Hungarie tradendam Asterico nuncio suo<sup>e</sup> largitur; Lampertum autem } Cracoviensem episcopum, licet tristem et lugubrem, Poloniam remittens, bene sperare iussit, asserens non longo decurso tempore ducem Polonosque<sup>f</sup> postquam sordes spurciasque scelerum quibus hactenus displicuerant Deo, abiecerint et exercitari virtutibus, colendo iusticiam et equitatem, studuerint, Dei benignitatem pro votis suis largissime consecuturos<sup>g</sup>.

HPR156

<sup>a</sup> cf. p. 177 adn. e    <sup>b</sup> debeatur Ed. Crac.    <sup>c</sup> Ed. Crac., miserebar aut.    <sup>d</sup> cf. adn. c    <sup>e</sup> eius, Ed. Crac.    <sup>f</sup> se, et in aut., et omisum in Ed. Crac.    <sup>g</sup> intervallum in aut., in Ed. Crac. textus sine intervallo



<sup>a</sup>V]eritus autem<sup>a</sup> apostolicus Benedictus, ne occasione corone duci Stephano Hungarie date, duci vero Polonorum Myeczslawo negate, inter awnculum et nepotem, duces Hungarorum et Polonorum predictos, execranda bella et guerrarum motus consurgerent, vocato utroque nuncio hortatur, commonet et mandat, ut pacem, caritatemque et affinitatis et vicinitatis iure contractam indissolubiliter observent, *aut.*|103\*\* custodiant et nullo respectu aut occasione | labefactari permittant; per utrum stetisset, quo minus pax servaretur, eum se anatematis censura censuraturum. Habet insuper nonnullorum assercio, quod summus pontifex non ex<sup>b</sup> angelica visione [permotus<sup>c</sup>], sed ex certitudine, qua doctus erat, Myeczslawm Polonie ducem diem obiisse, coronam illi non dederit: quod et ego in aliquibus Polonorum annalibus<sup>d</sup> recolo me legisse, <sup>d</sup><sed apparicionem angelicam ab Hungaris, quo missio corone eis a Benedicto papa facta foret celebrior, confictam et sompniatam esse, quam eciam in hanc diem parum iusta appellacione sanctam vocant, cum nullum metallum potest in se includere sanctitatem, nisi usurpatam vel ementitam><sup>d</sup>.

*Dum unus de Wlodimiri Russiae ducis et alter de Polowczonum,  
 terras Russiae ingressorum  
 exercitu conventum utrinque duellum ineunt pro omnibus,  
 Rutheno pusillo de ingenti Pyeczenyego victoria provenit*

V]astatis eo<sup>e</sup> anno Wlodimirus Russie dux Karwatis<sup>2</sup>, infertur illi a Polowczis<sup>3</sup> bellum; contra quos egressus ad fluvium Thrubyesza<sup>4</sup> eos offendit. Cumque fluvio impediante periculosam sibi uterque exercitus dimicacionem censeret, vir altus et rare fortitudinis de castris Pyeczenyegorum egressus provocabat Rutenos, ut alium darent ad pugnam, tribus annis, si vincerentur, vastacionem sue terre perpressuri. Unus itaque ex Ruthenis, qui domi remanserat, adductus id munus suscepit, quem prodeuntem, utroque exercitu inspectante, eo quod stature mediocris esset, *HPIQ157* Pyeczenyegus despexit. Inito tandem certamine vicit Ruthenus Pyeczenyegum } et continuo exercitus Pyeczenyegorum fugit, quem Rutenus persecutus multos occidit aut cepit. Wlodimirus illic castrum Pereaslaw<sup>5</sup> erexit, eo quod vir, qui vicerat, ex Pereaslaw ortus esset.

<sup>a-a</sup> l. o.    <sup>b</sup> omisum in Ed. Crac.    <sup>c</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>d-d</sup> manu Dlugossii sub textu    <sup>e</sup> primo Vastitatis, l. o.

[A]NNUS DOMINI NONINGENTESIMUS NONAGESIMUS OCTAVUS.

*Myeczslaus Polonorum dux Bohemiam et Pragam capit  
et res nepotis dirigit in bono regimine.  
Wlodimirus Russiae dux a Pyeczenyedzis vincitur*

Septimo idus februarii Boleslaus Bohemie dux vocatus Pius, germanus Dambrowcze ducisse Polonie, moritur: unicum filium Boleslaum<sup>1</sup> (alter enim Wenczeslaus<sup>2</sup> immatura morte absumptus erat) reliquit, qui patri in ducatu Bohemie successit.

<sup>a</sup>⟨Graviter<sup>b</sup> et molesto animo ferens Myeczslaus Polonorum dux Bohemie ducatum post mortem Boleslai Pii ducis avaricia baronum distractum et usurpatum iri, Boleslao<sup>3</sup> consanguineo suo solo nomine principanti compaciens, congesto forti exercitu, habens in sua comitiva Boleslaum filium suum Polonie ducem, Bohemiam ingreditur, et dum ceteris civitatibus cum honore ⟨illum⟩<sup>c</sup> excipientibus eiusque ordinationibus et iussionibus parentibus, sola Praga portas clausisset imperium eius abnuitura, Myeczslaus illam aggressus expugnat et in suam redigit dicionem impositoque tam arcis quam civitati presidio et ordinato Bohemicarum rerum statu, alacer, victor et incolumis Poloniam revertitur⟩<sup>a</sup>.

<sup>d</sup>[I]rruentibus<sup>4</sup> eo anno<sup>d</sup> Pyeczenyedzis in terras Russie et eas vehementer cede et igne vastantibus, Wladimirus Russie dux cum suarum gentium copiis occurrit illis et ingenti cede utrinque edita contritus est Wladimirus et exercitus eius a Pyeczynyedzis. Et cadentibus plurimis effugit Wladimirus, prosequentibusque illum Pyeczynyadzis, ne in illorum manus virus veniret, sub pontem, qui fugienti occurrerat, se recondidit. Cuius beneficio usus, hostes se insequentes fefellit; Pyeczynyadzi autem spoliis et castris Ruthenorum potiti, predata Russie terra in regiones suas captivos et pecora ceteramque predam deducunt. Post quorum discessum Wladimirus Russie dux in signum sue evasionis ecclesiam Transfigurationis in Kyow edificat et dotat, eo quod in festo Transfiguracionis<sup>5</sup> iuxta Grecorum ritum clades illa et sua evasio contigerat. } }

<sup>a-a</sup> *textus sine intervallo in Ed. Crac., eadem manu sed alio atramento adscriptum*    <sup>b</sup> l.o.    <sup>c</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>d-d</sup> cf. adn. b

HPR158

*Vita honesta et mors Swiradi confessoris  
et Benedicti martyris*

aut. |104\*\*     <sup>a</sup>D]uo viri<sup>a</sup> ea tempestate insignes vita et exemplo ac conversacione<sup>b</sup>: Swiradus<sup>1</sup>, qui ad fluvium Dunayecz prope opidum Czchow in Cracoviensi diocesi heremitorium sub rupe, quod et in hanc diem cernimuse, habitaret<sup>d</sup>, et in quo per annos<sup>e</sup> plures<sup>f</sup> Christo militaverat, et Benedictus<sup>2</sup>, ambo anachoriticam ducentes vitam, ex Polonia egressi intraverunt Pannonias et in cenobio sancti Benedicti ad radicem Montis Ferrei<sup>3</sup>, sub abbate Asterico militantes, Swiradus, qui et Zorardus, confessionis decus asperitate vite promeruit; Benedictus sanguine fuso laureola martirii coronatus.

[A]NNUS<sup>6</sup> DOMINI NONINGENTESIMUS NONAGESIMUS NONUS.

*Myeczslaus Polonorum dux moritur ;  
cui omnium consensu filius eius Boleslaus, omnibus virtutibus praeditus,  
succedit in principatum*

Myeczslaws Polonorum princeps<sup>h</sup>, cum annos plures in principatu exegisset et fidem Christianam cum Dambrowka consorte sua, filia ducis Bohemie, primus [...<sup>1</sup>] in Polonia plantavit<sup>1</sup> multarumque ecclesiarum katedralium et parochialium fundator, ceterorum vero piorum actuum devotus patrator existeret<sup>k</sup>, religiose et catholice perceptis ritu Christiano sacramentis mortuus<sup>4</sup> et in ecclesia Pōznaniensi katedrali sepultus. Cuius funeri tam a filio suo illustri Boleslao<sup>5</sup>, quam a prelatis et baronibus, eius discessum magnopere deplangentibus, iusto debitoque honore singula persoluta sunt. Mox autem post expletas funebrias Boleslauus filius unicus triginta de duobus agens annos, cuius optima indoles iam dudum in multis militaribus et heroicis actibus resplenduerat, et qui in ea etate vigiisse tam insigni modestia notatus est, ut iam appareret plura illum experimentis reservasse, quam tempore

<sup>a-b</sup> l.o.    <sup>b</sup> floruerunt adiectum in Ed. Crac.    <sup>c</sup> nimus in rasura    <sup>d</sup> habitaverat Ed. Crac.    <sup>e</sup> ann cf. adn. c    <sup>f</sup> res cf. adn. c    <sup>g</sup> cf. adn. c    <sup>h</sup> dux Ed. Crac.    <sup>i</sup> rasura ꝛ litteris scribendis apta    <sup>j</sup> plantavisset Ed. Crac.    <sup>k</sup> extitisset Ed. Crac.

transacto prestitisse; favore prelatorum et baronum Polonie et miranda omnium vociferacione, acclamacione et consensu in patris locum sufficitur et principatus regionum Polonie sibi queque gubernacula commituntur.} Erat enim corporis HPD159 elegancia venustissimus, mentis industria prudentissimus, animi magnanimitate fortissimus, ad disponendum negocia tam privata quam publica discretissimus, eo nimirum pollens profectu, ut suam populique sui gloriam continuis diffunderet augetque decoris, in ecclesias et ministros Dei munificus, in milites beneficus et in ceteros ordines liberalis. Quibus rebus tanta singulos devinxerat erga se caritate, ut vite illius iuxta ac sue timerent. Curiam suam denique non solum militum et baronum precipuorum, sed et libertorum, quos a servitute dissolverat, [numero<sup>a</sup>], habebat stipatam et ornatam, tanta refertam frequentia, ut a specie iusti exercitus parum differet: cuius fretus robore, facile quosque hostiles insultus exprimebat<sup>b</sup>. Acri<sup>c</sup> vir ingenii, consilio et virtute preclarus, iussionum suarum severitatem liberalitate<sup>d</sup> et blandiciis, quasi quodam validissimo temperamento indulcorans, non ad fortune nutum sed ad virtutum normam singula reipublice negocia administrans, cui natura magnificam prestantemque personam, ceteros mortales excellentem donaverat, benignissime fovens virtutes, vicia vero severissime vindicans. Erat autem Boleslao Polonorum duci prefato ingenium<sup>1</sup> facile et ad omnia, quecunque agere vellet, accommodatum et versatile, loco, tempori, persone congruens, quo didicerat omnem conveniencie simulare rationem, ut ad omne, quod sive bello sive <pace><sup>e</sup> agendum emergeret, artibus optimis affectus instructusque censeretur, robore, sanitate, integritate sensuum, aut.]105\*\* facundia, opibus, liberalitate, claritudine, gloria vicens et ceteris id genus ornamentis, glorie avidus<sup>f</sup> et notari ignominia [..g] metuens<sup>h</sup>. <sup>1</sup>-<Morte autem Myeczslawi Polonorum ducis in regionibus, que sibi parebant, wlgata omnes novem kathedrales ecclesie ab ipso fundate et dotate certatim illi funerias pompa solenni peregerunt agendasque a se et suis successoribus pontificibus ipsarum ecclesiarum quotannis instituerunt, rectissime quidem, ut michi videtur, et digne, utpote principi et primario suo fundatori, a quo illis et cuilibet earum per liberalem dotacionem perpetuus in hanc diem vicens ingeneratus est spiritus.

Beato viro Adalberto Gneznensi archiepiscopo ad predicandam fidem Christi gentibus in Prussiam profecto beatus Gawdencius, qui alio nomine Radzim vocabatur,

<sup>a</sup> additum in Ed. Crac. adn. 2    <sup>b</sup> reprimebat Ed. Crac.    <sup>c</sup> acris Ed. Crac.    <sup>d</sup> Ed. Crac., liberalitatem aut.    <sup>e</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>f</sup> avidum aut.    <sup>g</sup> rasura duabus litteris inscribendis apta    <sup>h</sup> Ed. Crac., metuentem aut.    <sup>1-1</sup> manu Dlugossii sub textu aliquo spatio interposito

HPI 160 frater germanus b[eati] Adalberti secundum carnem, { Gneznensem kathedram, a beato viro Adalberto suffectus, suscepit, genere Bohemus et nobilitate clarus, eisdem parentibus, quibus et b[eatus] Adalbertus, Slawniko et Strzeszislawa ortus, nobilis de domo Rosze et ea familia, que se Poray nuncupat, roszam rubeam pro insigni deferens }<sup>-1</sup>.

[A]NNUS DOMINI MILLESIMUS<sup>a</sup>.

*Prutheni audientes devotionem  
ducis Poloniae Boleslai erga corpus beati Adalberti,  
missis ad eum legatis, corpus offerunt pro aequalis ponderis argenti qualitate;  
quam cum missiset Boleslaus, corpore levissimo se reddente,  
parva impensa redemptum est et deportatum in Trzemesznam primum  
tandemque per Boleslaum Gnesnam translatum miraculis splenduit*

S]encientes<sup>b</sup> Prutheni gloriosum Christi martirem Adalbertum illustrissimo Polonorum principi Boleslao tam in vita quam post mortem carissimum fuisse, et pro eius habendo corpore et in Poloniam transferendo sollicitum esse (tanta enim ipse princeps Boleslaus erga sanctum Dei estuabat affectione, ut, nisi Prutheni corpus suum pacto aliquo vel quietis via redderent<sup>1</sup>, decreverat illos indicto bello gravius quo posset, donec suum corpus redderent, lacessere) mittunt ad Boleslaum Polonorum principem nuncios, qui superba legacione usi hec verba faciunt: „Deum tuum Adalbertum, quem interfecimus, tibi cordi audimus esse, et pro<sup>c</sup> habendo suo corpore sollicitum, ut eciam armis nos impetere et bellum nobis inferre coneris. Armis quidem dei tui corpus obtinere non poteris, ignoto tibi<sup>d</sup> et pluribus invio obrutum loco; verum si illud habere desideras, argento opus est non ferro: dare tibi illud offerimus, si vicem argenti, quod appenderit, te consenseris soluturum“. Boleslaus autem Polonorum princeps etsi molesto acerboque animo legatorum arrogantem

<sup>a</sup> caput Graviter-revertitur insertum et deletum, eadem manu ad verbum sub anno 988 descriptum, cf. p. 221 adn. a-a; postea sequitur spatium 4 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>b</sup> l. o. <sup>c</sup> pre aut. <sup>d</sup> ferre dare tibi illud offerimus deletum in aut.

denunciacionem audiret, ingentis tamen spiritus sui compresso fervore, in tempus aliud fastum Pruthenicum castigandum reservans, modestius quam ferebat natura sua, quo facilius in possessionem corporis sancti pervenire posset, legatis Pruthenorum pro tempore respondet, offerens se condicionem per eos allatam impleturum. Ex pacto inter Boleslaum Polonorum ducem et nuncios Pruthenorum inito mittuntur per ducem Boleslaum ecclesiastici et militares in Prussiam viri sufficientemque copiam argenti ex thesauro ducis magna liberalitate prestitam secum ferunt. } Quo<sup>1</sup> *HPD*161 cum pervenissent et iuxta compactata primores Pruthenorum, qui ad rem huiusmodi expendendam | convenerant, corpus sanctum miram spirantem odoris fragrantiam *aut.*|106\*\* de loco abdito protulissent, primum an illud sit, per Polonos recognoscitur, deinde ex vlnneribus recentem testantibus cedem aliisque evidentibus signis recognitum collocatur in statera, argento per ducem Polonorum<sup>a</sup> Boleslaum misso appendendum. Verum cum e regione corporis sacri in altera tabula statere argentum, iudicio Polonorum corpus sacrum appensurum, aut pondere suo stateram excessurum, aput urbem Romove, Pruthenorum metropolim, positum fuisset, in tale levitatis impendulum operante Divinitate corpus illud sacrum, quod dum viveret, Spiritus sancti organum habitaculumque censebatur, versum est, ut nullum pene pondus habens, exiguissimo argenti responderet articulo. Omnibus autem tam Polonis quam Prutenis magno stupore repletis, in laudem mayestatis Divine pro prestito miraculo et beneficio Poloni ora resolvunt et cum omni devocione honoreque ecclesiastici viri corpus beati Adalberti de statera levant et in capsam pulcerrimi operis pro huiusmodi usu et necessitate secum allatam recondunt, ac fere universum argentum, quod pro appendendo sacro corpore attulerant, in scrinia sua referunt, non sine Prutenorum magno cruciatu, et qui tesauo viso et allato se frustratos mentis anxietate et ingeminacione verborum querebantur. Non audebant autem Prutheni conclusa pacta, quamvis id aliquorum ex illis suaderet improbitas, retractare, ne et a superna maiestate Dei, cuius mirandam potenciam in appendendo sancto corpore experti habuerant, punitum, et ne iusto bello pro temeratis pactis ultro oblatis per ducem Boleslaum et gentem Polonorum vexatum eos iri contigeret<sup>b</sup>.

<sup>c</sup>A]cepto itaque<sup>c</sup> Polonorum nuncii in Prussia sancti Dei corpore Adalberti illud cum debita solennitate, reverencia atque honore in Poloniam deferunt, plauden-

<sup>a</sup> omissum in *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> spatium 5 versibus scribendis aptum vacuum relictum in *aut.*    <sup>c-c</sup> l. o.

tibus et exultantibus populis Polonorum et gregatim<sup>a</sup> cum cereis accensis sancto corpori occurrentibus, per quorum possessiones et rura atque vicinia ferri illud contingebat. Dum autem Boleslaus Polonorum dux denunciatis nunciis in Prussiam missis cognovisset omnem ordinem et modum, qui in appendendo corpore beati martyris Adalberti divino munere habitus est, et qualiter videlicet corpus beatum modicum, ymo pene nullum causasset pondus in statera, et quod nuncii sui iam illud intra fines regni sui cum omni securitate detulissent, vehementi exhilaratus gaudio in laudacionem Salvatoris, qui sibi et Polonis tam mirifica prestitisset beneficia, prorupit: deinde vicinioribus pontificibus, ecclesiasticis quoque et secularibus viris accersitis in gravi et numerosa multitudine omnium statuum et ordinum obviam sancto corpori processit et, dum illud offendisset, prostratus cum clero et populo et universo comitatu, Dei laudes concinendo corde et ore excepit, et illud in cenobium Trzemeszno<sup>b1</sup> ordinis Canonicorum Regularium beati Augustini, quod pater suus Myeczslauus Polonorum princeps in primordio assumpte fidei fundaverat et mirifica largitate dotaverat, deferens, illic collocavit. Verum modici temporis intervallo elapso volens sanctum Adalberti corpus amplius honorare, congregata magna pontificum, ecclesiasticorumque et secularium virorum multitudine corpus sacrum ex Trzemeszna in Gneznensem civitatem, ea tunc tempestate florentem et populosam, cum magna solennitate et pompa tredecimo kalendas aut.<sup>107\*\*</sup> novembris<sup>2</sup> deduxit, et in ecclesia metropolitana Gneznensi, cuius | sanctus ipse aliquanto tempore erat archiepiscopus, honore excellenti collocavit pluribusque exposit diebus sequentibus Gnezne in memoriam tanti beneficii festos dies egit, largissimas eleemosinas egenis distribuens et universis pro necessitatibus suis illum interpellantibus munificum et graciosum se demonstrans. Corpore autem sancti Dei Adalberti Gneznam translato, frequenti et assidua cepit vir Dei miraculorum operatione clarescere et in variis languoribus supplicibus suis magnificus adiutor existere: propter quod non solum ex Polonia, sed ex remotissimis Germaniarum Pannoniorumque finibus ad tumbam corporis sancti populorum catervatim eam adeuncium, sanitatis quoque solacia recipiendum cepit esse frequentia et concursus. Miraculorum autem ab ipso patratum seriem huic operi non inseruimus, quod in pluribus libris habentur descripta et ne volumini presenti excessivus modus succresceret.

<sup>a</sup> gregatim aut.    <sup>b</sup> me eadem manu superscriptum    <sup>c</sup> eo additum in Ed. Crac

*Motus terrae in Polonia et ingens cometes*

<sup>a</sup>M]ulta prodigia<sup>a</sup> is annus habuit et inprimis terre motum, apud Polonos in religionem<sup>b</sup> versum. Cometes<sup>1</sup> decimo nono kalendas ianuarii apparuit, qui<sup>c</sup> celo aperto quasi facula ardens et facem in longum protendens } adeo splendore suo HPI\163 cunctos perterruit, ut non hi tantum, qui in agris, sed etiam qui in tectis erant, quasi quodam fulmine ferirentur.

*Pontificum aliquot Romanorum mors et varii casus*

<sup>d</sup>M]ortuo Benedicto<sup>d2</sup>, qui sedit annis quinque, mensibus sex et <sup>e</sup><secundum alios annis decem><sup>e</sup>, cessavit episcopatus diebus quinque, et apud ecclesiam sancti Petri sepulto, Johannes quartus decimus<sup>3</sup>, qui et Petrus Papiensis episcopus, succedens, tenuit kathedram mensibus octo et in castro sancti Angeli per quatuor menses fame afflictus, mortuus et in Vaticano sepultus, Johannem<sup>4</sup> natione Romanum virum eruditissimum et qui nonnullos libros composuit, habuit successorem, <sup>f</sup><qui parvo tempore, videlicet mensibus quatuor supervixit, et alium eiusdem nominis Johannem XV habuit successorem, natione Romanum. Hunc Crescencius patricius in tantum afflixit, quod ex Urbe egressus, pro imperatore Otthone secundo, ut Urbem veniret, nuncios misit; quod audientes Romani ipsum revocant usque ad terram prostrati veniam petunt et obtinent. Sedit annis decem, mensibus decem, diebus septem et Rome moritur><sup>f</sup>.

*Gregorius papa quintus in solium assumptus  
cum imperatore Ottone tertio electores imperii instituit*

<sup>g</sup><Johanne papa XVI<sup>h5</sup> assumpto Gregorius<sup>6</sup> quintus, natione Saxo, ad instantiam Otthonis tercii imperatoris, cuius fuerat consanguineus, in papam assumitur, qui ante Bruno dicebatur, vir venerabilis et spectate virtutis. Imperatore autem

<sup>a-a</sup> l. o.    <sup>b</sup> Ed. Crac., regionem aut.    <sup>c</sup> primo que    <sup>d-d</sup> cf. adn. a-a    <sup>e-e</sup> manu Dlugossii in margine  
<sup>f-f</sup> manu Dlugossii sub textum adscriptum    <sup>g-g</sup> totum caput manu Dlugossii in intervallo vacuo et in margine adscriptum    <sup>h</sup> quinto decimo Ed. Crac. cf. adn. 10, 11



Otthone tercio ab urbe discedente Placentinus intruditur a Crescencio<sup>1</sup> propter pecuniam et Johannes XVI-us<sup>2</sup> vocatur. Ob quod scisma imperator Romam reversus Crescencium capite truncat, Johannem vero antipapam exoculari et in pluribus membris mutilari fecit, nichil illum iuvantibus ducatis<sup>3</sup> suis, et reddita est pax Ecclesie.

HPQ164 Et nota, quod iste Gregorius cum Otthone tercio electores<sup>3</sup> imperii ordinavit et instituit, qui deinceps permanserunt usque nunc: nec potuerunt } Franci aut Itali infringere illam ordinationem, non propter aliquam culpam Saxonum, sed ad precavendum pericula futurorum. Unde versus:<sup>4</sup>

Maguntinensis, Treverensis, Coloniensis:  
 Quilibet imperii fit cancellarius horum,  
 Et palatinus dapifer, dux portitor ensis,  
 Marchio prepositus camere, pincerna Bohemus;  
 Hi statuunt dominum cunctis per secula summum<sup>b</sup>.

Verum, ut quidam dicunt, hac occasione aquila multas pennas amisit, et in fine totaliter denudabitur<sup>c</sup>. |

aut. | 108\*\*

ANNUS DOMINI MILLESIMUS PRIMUS.

*Otto tertius imperator votum impleturus, ad sanctum Adalbertum Gnesnam venit;  
 cui ad regni fines occurrens Boleslaus dux Poloniae  
 eum honorifice suscipit  
 et pedes supra pannum ex Posnania Gnesnam deducit*

<sup>c</sup>Miraculis<sup>d</sup> singularibus<sup>e</sup> et stupendis, que clemencia Salvatoris per merita sancti sui Adalberti Gneznensis archiepiscopi operari dignata [est], et in plures oras longe lateque diffundentibus, Ottho tertius imperator Romanorum egritudine gravatus et suo instinctu et aliorum familiarium suorum avisamento permotus,

<sup>a</sup> ducatus Ed. Crac. <sup>b-b</sup> in textum sine intervallo insertum, versus litteris grandioribus incipiunt  
<sup>c-c</sup> l. o. <sup>d</sup> primo Miraculis

sanctum Dei Adalbertum pro sua liberacione cepit sollicite invocare vovensque votum Domino, promisit [eius] personaliter adire sepulcrum, si ipsum contingeret priori restitui sanitati; mirum in modum facto voto ab ea, qua detinebatur, infirmitate sensit se perfecte ad invocacionem beati Adalberti liberatum. Voto<sup>1</sup> itaque suo satisfacturus et ad corpus sacrum digna sancto et se munera oblaturus, in Poloniam versus stipatus multitudine principum et militum procedebat, simul ut et votum suum persolveret et ducis Polonorum Boleslai personam, quam universorum fama magnis celebrabat laudibus, videret; constabatque<sup>a</sup> illum non solum pro visitando corpore beati Adalberti Gnezne quiescente Poloniam profectum, quantum Boleslai Polonorum ducis fama percitum. Cuius adventum Boleslaus Polonorum dux plurimorum denunciacione presenciens, singularum rerum, quibus tam magnificus hospes et eius exercitus <excipi><sup>b</sup> procurarique posset, instituit apparatus et venienti imperatori ad fines Polonie cum magna militum suorum curiensium caterva occurrit eumque cum omni excipit reverencia et honore; in finibus autem suis exceptum omnibus necessariis, tam ipsum quam omnes suos milites abunde et liberaliter procurat et per loca directoria usque in Poznania deducit. Et quoniam Otto imperator in condicione voti sui habebat septem milliaribus ad corpus sancti Adalberti pedestre iter conficere, ex Poznania (tanto enim spacio iter intermedium versus Gneznam protenditur) ire decrevit. Qua re ad noticiam Boleslai perlata, quo omnem possibilem sibi honorem imperatori exhiberet, omne iter a Poznania usque Gneznam variorum pannorum coloribus, per quod imperator Ottho transiturus erat, consterni disposuit, ut in gradiendo imperator cum militibus nullibi terram contingeret. Verum etsi imperator Ottho huiusmodi officio se aliquatenus non indigere, et magis sibi [..<sup>c</sup>] oneri quam honori esse significasset<sup>d</sup>, Boleslai tamen precibus devictus et ne devocionem affectionemque suam repudiatum iri queri posset, tandem uti illo acquievit et Boleslao eum pedestri similiter itinere cum suis militibus associante, Gneznam perveniunt<sup>e</sup>, ubi ab archiepiscopo Gaudencio ceterisque episcopis, prelatis et baronibus, matronisque nobilibus et virginibus, filiabus<sup>f</sup> earum, quos dux Polonorum Boleslaus pro festivando et excipiendo imperatore convenire mandaverat, cum magna suscipitur reverencia, devocione et honore, quos etiam imperator ipse pro sua benignitate affabiliter suscipiebat. Iamque tunc varios apparatus et cultus diversorum ordinum matronarumque et feminarum nobilium,

HPR165

<sup>a</sup> quoque *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> manu *Dlugossii in margine*    <sup>c</sup> rasura 2 litteris scribendis apta    <sup>d</sup> signi in rasura  
<sup>e</sup> pervenit *Ed. Crac.*    <sup>f</sup> que in *Ed. Crac.* additum

variā et auro gemmisque et lapidibus unionibusque preciosis supellectilem superbam, quibus in occursum eius ornate onusteque descenderant, cepit animo et cogitatione non sine quadam admiratione metiri singula, et regias in Boleslao Polonorum duce dudum aput se fama vlgatas recognoscere virtutes, quanta videlicet ille celeritate conficeret negocia, qua polleret industria, quem laborem accomodaret negociis, quam fortitudinem periculis, et quale consilium in providendo universis; rara insuper et singularis dexteritas et humanitas, quam de se tunc vlgacius, quam alias monstraverat, faciebant illum tam cesari quam suis omnibus cariorem. Tantos insuper apparatus, tantam auri, gemmarum, purpure et unionum supellectilem, tot militum ordines et catervas offendens, quantos et quantam nunquam fuerat arbitratus, videns insuper Boleslai egregia et magnifica facinora, non iam auribus, sed vltu, fronte et oculis perspecta, maiore<sup>a</sup> admiratione ex conspectu } et presencia (magnis nominibus inimica) quam ex fama, quod<sup>b</sup> princeps solertissimus atque industrius ad faciendum, quodcunque niteretur, manu promptus et lingua, percellebatur. ||

*Considerans Otto tertius*

*imperator Boleslai ducis Polonorum magnificentiam et opulentiam,  
illum in regem coronat et suo diademate ornat,  
ab omni subiectione imperii illum et successores illius liberans;  
qui maximis conviviis celebratis per triduum omnia vasa aurea  
et argentea Caesari et suis dedit*

aut. V, (IV) ||  
VI | 109\*

<sup>c</sup>Imperator itaque<sup>c</sup> Romanorum Otto tertius in civitatem Gneznensem perveniens, ecclesiam maiorem ingressus, ad corpus sancti Adalberti se prosternens, cum magna devocione gracias Deo egit et sancto Adalberto de sua ad bonam valitudinem restitutione. Ad sepulcrum quoque suum digna imperatore munera in auro et argento obtulit per diesque aliquot Gnezne devocionem suam, quam ad sanctum Dei habuit, explendo permansit. Curam autem Boleslaus Polonorum dux ad hoc unum verterat intenderatque, ut tam imperatorem Ottonem quam omnes, qui cum illo advenerant, optimates, barones et milites non solum uberrima victualium

<sup>a</sup> maiori Ed. Crac.    <sup>b</sup> quoniam Ed. Crac.    <sup>c</sup> = l. o.

omnium procuraret administracione, sed insuper excellencium donorum (ceterisque<sup>a</sup> humanitatis officiis)<sup>b</sup> honoraret largicione. Proferebantur itaque singulis diebus imperatori et baronibus suis nova munera diversis gradibus et ministrorum ordinibus variata: et hi quidem ferebant vasa aurea, hi argentea, alii gemmas, alii monilia, ceteri aut equos insignes, aut peregrinas nobilesque pelles, aut auro argentoque, ostro et purpura superbas vestes. Imperator itaque Otto, aput quem nomen Boleslai Polonorum ducis dudum fama prodente percelebre erat, et cuius rei experiente gracia Poloniam adire aliquanto tempore estuaverat, tot honoribus, tot donis, tot officiis a Boleslao se victum magis quam tractatum aput se et suorum conscios secretorum querebatur, <sup>c</sup>⟨presenciaque Boleslay<sup>d</sup>, quod rariuscule contigit, maior aput illum habebatur quam fama<sup>e</sup>, propter quod imperator et optimates sui, [in eum<sup>f</sup>] de fortibus factis, de prudencia, industria, factivitate, liberalitate, ceterisque imperatoriis artibus celebratum, oculos converterant⟩<sup>e</sup>. Videns insuper Boleslai <sup>g</sup>⟨virtutes diffusas fama<sup>e</sup>que ampliores, naturalem quoque sapienciam cum industria concretam, videns⟩<sup>g</sup> singularem prudenciam et ingenium ad res diversissimas parandas et imperandum admiranda tam factivitate quam providencia refer<sup>h</sup>tum, militum quoque et populorum suorum numerosam frequentiam, et qui illi inestimabili obediencia et metu parebant, considerans insuper singulorum militum et ministrorum suorum ordinem uniformi in execucione eorum, que mandabantur, prouencium tenore, <sup>h</sup>⟨et cum indolem animi ingeniique eius maiorem multo, quam fama detulerat, rareque inter principes gerere virtutis specimen deprehendisset, ad incrementa glorie sue, decus dyadematis regi illi addicere in animum inducit⟩<sup>h</sup>. Convocatisque optimatibus et consiliariis suis fertur stuporem animi sui super operibus Boleslai tam insignibus conceptum, quem diu celatum animo gestaverat, publicasse. „Nichil“, inquit, „fama, quam de Polonorum principe Boleslao ad nos usque detulerant<sup>i</sup>, mentita est, quimino maiora subtraxerat, plura sepelierat, quam prodiderat, neque ea, que experimur queque coram metimur et videmus, ad liquidum produxerat, singula operum suorum et virtutum preconia tenaciter, invide et rauce diffundens, <sup>j</sup>⟨multo minor, quam in presencia conspi[cio<sup>k</sup>]: quem<sup>l</sup> adeo [cum<sup>l</sup>] prudencia, fortitudine, magnanimitate, iusticia, clemencia,

HPR167

<sup>a</sup> ceterorumque *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> officiorum *Ed. Crac.*    <sup>c-c</sup> manu *Dlugossii in margine*    <sup>d</sup> Boleslaus *Ed. Crac.*    <sup>e</sup> hinc alio atramento    <sup>f</sup> additum in *Ed. Crac.*    <sup>g-g</sup> cf. *adn. c-c*    <sup>h-h</sup> cf. *adn. c-c*  
<sup>i</sup> *Ed. Crac.*, detulerat aut.    <sup>j-j</sup> cf. *adn. c-c*    <sup>k</sup> amputatum in margine    <sup>l</sup> deest in *Ed. Crac.*    <sup>l</sup> additum in *Ed. Crac.*

liberalitate, fide, integritate ceterisque regii animi virtutibus experimur in dies relucere, ut in sublimioribus posteris clarissimum exemplar merito omnibus proponi possit>—<sup>1</sup>. Turpe itaque, imo scelus grande reor, si vir tantus et tam nostre persone quam imperii nostri amicissimus sub sola ducalis tituli modestia delitescat et non potius in regalis culminis evehatur fastigium, cui superiorem ignoramus inter duces, et quem potencia regibus parem facit. Hunc itaque nos, si et vobis id bonum utileque videtur, pro Dei honore, fidei sante exaltacione et incremento, et barbararum nacionum, que Polonorum regioni confinantur, exterminio, regio dignamur honore; hunc in plenitudinem potestatis nostre assumere et scepra regalis excellencie illi deliberavimus conferre: ut tot immensis honoribus et donis, quibus et nos et vos dietim ab eo obruimur, saltem hac vicissitudine, dum hactenus alia non licet, respondeamus“. Universis autem principibus, optimatibus et baronibus imperialibus deliberacionem et decretum imperatoris certatim laudantibus, approbantibus et extollentibus et miris laudibus sermonibusque in Boleslai ducis commendacionem ora solventibus constanterque asserentibus omnium bonatrum arcium omniumque excellencium virtutum in Boleslao specimen consedissee, imperator Otto ex talamo egressus cum duce Boleslao in Gneznensem ecclesiam pergit, utrumque comitante  
 HPQ163 frequencia } militum et populorum<sup>a</sup> utriusque sexus multitudine infinita. Ubi dum perventum esset, mandat imperator Otto secundus<sup>b</sup> Gaudencio Gneznensi archiepiscopo ceterisque episcopis Polonie Boleslaum in regem Polonorum sacro crismate inungi et singula, que in regum coronacionibus<sup>1</sup> et unccionibus fieri solita sunt, cum oracionibus et obsecracionibus consuetis iusto ordine persolvi. Quo expleto<sup>c</sup>, in sellem eminentiorem, ex qua ab omni circumstante turba videri posset, productum, imperator Otto dyadema nobile, quod tunc in capite gestabat, |  
 aut.110\* vertici suo deponens, tempora Boleslai ducis illo coronat et insignit, constituens et decernens eum et eius quemlibet posterum et successorem Polonorum regem et imperii Romanorum socium et amicum, subiciens sibi et regno suo omnes Polonorum regiones nacionesque donans vero singulos principatus, terras et districtus per eum et successores suos reges Polonie sub barbaris infidelibus et scismaticis nacionibus acquisitos et in posterum munere et suffragio divino acquirendos. Aquilam<sup>2</sup> quoque candidam sibi et universo regno Polonie pro perpetuo largitur insigni, ut quemadmodum Romanum imperium simile insigne<sup>3</sup> in atro colore

<sup>a</sup> omissum in Ed. Crac.    <sup>b</sup> deest in Ed. Crac., cf. adn. 1    <sup>c</sup> Qua expleta aut.

deferens nationes omnes Teutonicas habet subiectas, ita et ipse eodem insigni in niveo campo de cetero usurus, subiectas sibi facere non desistat singulas Slavorum et barbarorum nationes, hortans et monens illum, quatenus pro fidei sancte catholice augmento et dilatactione barbarorumque exterminio, quam maiorem posset, navet<sup>a</sup> operam, subditos in equitate et iusticia dirigat, Ecclesie Dei sua iura suamque honestatem ministrisque illius observet, et in fide ac amicitia sua et imperii perseveret, ampliora Dei et imperii beneficia pro suis operibus et virtutibus, tempore succedente, in se aut filiis et nepotibus ac successoribus suis propicio Deo accepturus. Et quo donacio ipsa diuturnior consisteret, privilegio imperiali auream bullam habente, roborat et communit, reges Regnumque Polonie singularibus privilegiis, libertatibus et prerogativis eximens, libertans et extollens, et a sua suorumque successorum imperatorum Romanorum obediencia et subiectione perpetuo remittens et absolvens. Boleslaus autem rex Polonorum novellus, modesta oracione super hiis, quibus eum admonuerat, respondens et de hiis, que sibi prestiterat, gracias ingentes agens, impletum se omnia pro posse cum Dei assistencia repromisit. In hunc itaque modum Polonorum respublica in regum iura redacta est <sup>b</sup><et Boleslaus Polonorum princeps supra<sup>c</sup> omnes generis Slawonici atque lingue duces magnificatus (ad cuius cumulatam omni ex parte felicitatem cum nichil preter regium diadema deesse videretur, eciam sibi illud sup<sup>er</sup>na providencia est largita) HPR169 propter hec et plurima alia decora aput genus suum et linguam aurea statua et arcu triumphali in omne eum glorificandus, primus aput Polonos regis insigniis<sup>d</sup> iniciatus. Dies quoque ille aput Polonos habitus est celeberrimus, nec minus sequentes, variis apparatibus in magnificenciam, honorem et presenciam duorum regum, et conferentis et accipientis coronam, insignis, ludorum quoque magnificencia et spectaculo mirificus, in quo Boleslaume<sup>e</sup> regem predictum summus Deus favore suo largissimo ad culmen Regni Polonie evexit, et in quo preclaro inicio salutarem et optabilem Polonis universis dyadematis principatum auspicatus est<sup>b</sup>.

<sup>f</sup>C]laritatem regii nominis et decoris [Boleslaus<sup>g</sup>] videns sibi et suis regionibus atque Polonorum populis, Divinitate propicia et favore imperatorio accessisse, intellexit sermonem <sup>h</sup><Benedicti septimi<sup>h</sup>><sup>h</sup> pape ad patris sui Myeczslavi<sup>i</sup> nuncium Lampertum Cracoviensem pontificem expressum in omnibus adimpletum fuisse,

<sup>a</sup> novet aut.    <sup>b-b</sup> manu Dlugossii sub textu    <sup>c</sup> super Ed. Crac.    <sup>d</sup> Ed. Crac. insignibus    <sup>e</sup> hinc a Dlugossio in inferiore margine    <sup>f</sup> textus sine intervallo in Ed. Crac., in aut. vero tria vocabula priora litteris oblongis scripta    <sup>g</sup> Ed. Crac., deest in aut.    <sup>h-h</sup> in rasura manu Dlugossii    <sup>i</sup> cf. p. 177 adn. e

et magno exhilaratus gaudio tribus subsequenti diebus delicatissimum convivium pro cesare Ottone et universis principibus, prelati et baronibus suis mirifico apparatu instruxit, in quo gloriam sui nobilissimi generosissimique animi et divitiarum suarum magnitudinem monstravit. In illo siquidem triduo omnium ante se principum liberalitatem adeo supergressus est et cesaris suorumque optimatum animos effusione magis donorum quam largitione in cunctos devicit, ut et presenti etati, ipsi presertim cesari et suis, quendam stuporem induceret, future vero posteritati incredibilitatem. Omni siquidem die illius tridui nova vasa aurea et argentea, gemmis lapidibusque diversis nitentia, convivantium mensis inferebantur, que statim epulacione prima die exacta, in unum acerwum congesta cesari pro dono presentabantur, quod et in secunda die, deinde in tertia<sup>a</sup> fuit per nova et ponderis preciique alcioris vasa repetitum. Cesare vero tam munificis honorato muneribus ad principes, prelatos, barones et familiares cesareos processit et iuxta cuiuslibet condicionem, ordinem et gradum unicuique munera distribuit, beneficium in coronacione motu proprio per imperatorem prestitum admiranda cunctis liberalitate repensans<sup>b</sup>. Edebantur autem per singulos dies in cesaris honorem hastarum, corea-  
aut.[111]• rum plausuumque et aliorum variorum generum ludi et universa regia nocte | et interdiu musicorum concentu et ludorum instauracione concrepabat. <sup>c</sup>⟨Quibus officiis tantum sui amoris infudit cesarianis omnibus, ut plus videretur meruisse, quam accepisse, minorque regni collata potestas, quam profusa in omnes comitas et largitas existimaretur⟩<sup>e</sup>. }

HPR170

*Imperator Otto tertius neptem suam Richszam,  
filiam comitis palatini Rheni,  
filio Boleslai regis Poloniae Myeczslao in uxorem promittit  
et pro magnis muneribus donat clavum Domini  
et lanceam sancti Mauricii,  
Boleslaus vero dat ipsi brachium sancti Adalberti*

<sup>d</sup>C]esar Ottho <sup>d</sup>⟨tercius⟩<sup>e</sup>, ut erat vir nobilis et illustris ingenii, turpe sibi et suis ratus, si pro tot iteratis beneficiis, que in se et suos Boleslaus Polonorum rex effuderat,

<sup>a</sup> Ed. Crac. tercio aut.    <sup>b</sup> recompensans Ed. Crac.    <sup>c-e</sup> Dlugossii manu adscriptum    <sup>d-d</sup> l. o.    <sup>e</sup> manu Dlugossii superscriptum

novo benivolencie genere non responderet, cum suis aliquanto tempore deliberans, cum Boleslao rege affinitatem iungit et filio regis Polonorum Boleslai<sup>a</sup>, cui nomen erat avitum Myeczslaus<sup>b</sup> et qui patri unicus erat, neptem suam Richszam<sup>1</sup> filiam primogenitam Ezzonis<sup>2</sup> alias Herenfridi comitis palatini Reni, ex sorore sua germana Machtilde susceptam, principis pro ea tempestate in sanguinis nobilitate, prudentie claritate excellentissimi, sollemniter desponsat in uxorem,<sup>c</sup> <et ad illustrandum amplius famam, nomen et gloriam Regni Polonici prefato Myeczslao duci, caro et unico Boleslai regis pignori, consociat, ut, qui iam regium decus contraxerat, claritate imperialis sanguinis amplius longiusque fulgeret><sup>e</sup>; stipulacionesque et promissiones publice inter cesarem et regem vice natorum contrahuntur et literarum inscripcione firmantur. Maximum enim id, prout erat, censebat sui imperii Ottho stabilimentum, si affinitate huiusmodi Almaniam Polonorum regionibus glutinasset. Nec hiis cesar contentus donat Boleslao regi unum clawm de cruce, perforacione corporis Dominici nobilitatum, et lanceam sancti Mauricii<sup>3</sup> cum hac adieccione verborum: „Hunc“ inquit „clawm, quo nichil preciosius, nichil carius, nichil iocundius, graciosus in omni mea supellectili me habuisse, sed nec habiturum esse rebar, tibi amicissimo meo affini pro vexillo triumphali dono, designans te tam excellenti munere omnium in circuitu hostium, sed barbararum precipue nacionum, magnificum triumphatorem. Neque enim amplissima dona tua, michi et meis tributa, auro et argento, in quo te video satis opulentum esse, sed quod omnes gazas terrenas superat, clavo Domini rependo. Lanceam insuper sancti Mauricii Thebane legionis principis addo, qua in bellis contra barbaras naciones tuo regno vicinas tantummodo te uti volo, propicio Deo et sancto Mauricio patrocinate, barbaricam potenciam contrituro“. Boleslaus autem Polonorum rex et de affinitate tam splendida et illustri et de muneribus excellentibus et raris graciaram condignam accionem Cesari effundens, }  
 beati Adalberti brachium cesari redonat, cum magna gratitudine et devocione HPR171  
 a cesares susceptum, simulque tale<sup>d</sup> edit cesari responsum. „Quando“, inquit, „deditim exerior personam meam, populum quoque meum, deinde prolem meam tibi cure esse, cum glorificacione<sup>e</sup> mea et populi mei non contentus, eciam filium meum in generum adoptasti, clavo insuper Dominico et beati Mauricii lancea regium solium meum, in quod a te evector sum, triumphalibus insignis<sup>f</sup>, velut firmissimo robore, sanxisti: enitar pro viribus, ut tot a te nobilitatus decoris, factis

<sup>a</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>b</sup> cf. p. 171 adn. c    <sup>c-c</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>d</sup> talem aut.    <sup>e</sup> conglorificacione Ed. Crac.    <sup>f</sup> insignibus Ed. Crac.



pocius quam verbis respondeam et pro te tuoque imperio bella, ad que me per te accersitum iri continget, prono fidelique animo geram, ne a quoquam vinci possim officio certaturus“. Acta est autem hec primi regis Boleslai Polonorum coronacio et in regem super Polonorum regiones unccio, presidente in kathedra Petri <sup>a</sup>⟨Johanne<sup>1</sup> papa sextodecimo⟩<sup>a</sup>.

*Boleslaus imperatorem comitatur ad fines suos cum apparatu regio,  
et oratores cum eo mittit pro sponsa filii sui,  
quae brevi adducitur*

C]oronacione<sup>b</sup> primi regis Polonorum Boleslai Ottho imperator peracta et affinitate ⟨per⟩<sup>c</sup> neptem suam Richszam contracta onustus auro et argento donisque multiplicibus ex Gnezna egreditur, magna leticia exultans et intrinseca exhilaracione ovans, quod in principem tam liberalem et munificum coronacionis et affinitatis officia contulisset et ipsum suum et imperii amicum effecisset. Comitabatur autem imperatorem ad propria redeuntem Boleslaus Polonorum rex usque ad terminos regni, in singulis locis sue dicioni subiectis imperatorem et exercitum splendide procurans et pertractans. In finibus autem regni sui imperatori graciis actis, federe <sup>aut.</sup>[112\* perpetue amicie percusso | et variis pollicitacionibus firmato, valedicens in Poloniam revertitur; imperator quoque Ottho in Almaniam suam divertens, sospes et incolumis in Magdberg (ibi enim erat familiarior<sup>d</sup> sua mansio) pervenit et illustrem virginem Richszam, neptem suam, nunciis Boleslai Polonorum regis, qui eum ex Polonia comitabantur quique patri virginis Ezzoni comiti palatino magni precii attulerant per Boleslaum regem missa munera, cum dote tradit Poloniam deducendam. <sup>HPR172</sup> <sup>e-</sup>⟨Qui illam cum plerisque Almanie militibus, per imperatorem et patrem virginis comitem palatinum Ezzonem⟩ <sup>f</sup>adiunctis, in regiam ad Gneznam afferunt, virginem doctam literis, moribus conspicuam, non secus forma et genere, quantum feminea prestantem gravitate, dotisque representant munera et aulice domus ornamenta. Rogant ⟨awnculi⟩<sup>f</sup> patris et ⟨parentum⟩<sup>g</sup> nomine, ut illam in solacium fidelitatis, societatis et thori Myeczslawus dux filius regius assumat et dulcedine pertractet

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in rasura; octodecimo Ed. Crac.    <sup>b</sup> l.o.    <sup>c</sup> manu Dlugossii superscriptum    <sup>d</sup> Ed. Crac., familiar aut.    <sup>e-e</sup> manu Dlugossii sub textu et in superiore margine    <sup>f</sup> manu Dlugossii adscriptum    <sup>g</sup> in rasura a Dlugossio correctum

suavissima maritali, habiturus consortem modestam, tractabilem et morigeram. Boleslaus autem rex prudenter attendens favore divino et humano consensu assecutum se culmen regni et <sup>a</sup>dyadematis solium, multisque principibus orbis dignitatis regie excellencia et multiphariis aliis donis se prelatum, iudicium miscendo clemenciam iusticie dilexit, communivit et stabilivit suum imperium et statu pacifico letabatur principatus<sup>e</sup>.

*Foedus percutitur inter Boleslaum Poloniae regem  
et Wlodimirum Russiae ducem*

P]otenciam<sup>b</sup> Boleslai Polonorum regis latissime se diffundentem Wladimirus Ruthenorum dux perhorrescens et veritus, ne quandoque in se et terrarum suarum periculum recideret, mittit ad Boleslaum Polonorum regem nuncios insignes, petens secum et terris suis iungi fedus<sup>1</sup>. Boleslaus autem Polonorum rex amicicium Ruthenicam intelligens reipublice Polonorum plurimum convenire, fedus Wladimiro Russiae duci concessit et sub equis condicionibus illud secum iure iurando firmavit ex quo utraque terra maxima quiete annis pluribus floruit.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS SECUNDUS.

*Bohemi invidia moti  
ducem suum Boleslaum ad bellum contra Polonos incitant,  
praesertim vero illi, qui erant de domo Rawitarum,  
et Stratiqwasz monachus, dum in episcopum Pragensem consecratur  
a daemone occulto omnipotentis Dei iudicio suffocatur*

Excellenciam, qua cesareo favore Boleslaus Polonorum rex et dominia sua in donacione regii diadematis, clavi Dominici et lancee sancti Mauricii fuerant illus-

<sup>a</sup> hinc in superiore margine    <sup>b</sup> l. o.

HPR173 trata et insignita, vicinarum regionum mox invidie livor exceptit. } Bohemorum tamen pectora, labe illa ultra ceteras naciones abundancia, alcior de Boleslai et Polonorum felicibus successibus cruciatus pervasit, qui permolestē ferebant sublimitatem regii culminis perprius regioni Polonice quam sue Bohemice accessisse. Regebat pro eo tempore Bohemicum Boleslaus tercius principatum. Sevus etenim Boleslaus, sancti Wenczeslai germanus et occisor, filia cuius Dambrowka, femina nobilis et devota, Boleslaum regem primum Polonorum Myeczslawo<sup>a</sup> (ut in superioribus narravimus) ediderat, duos filios moriens reliquit: unum Boleslaum, qui annis pluribus ducatum Bohemie modeste et clementer regens, Pii Boleslai adeptus est cognomen; alterum Stratqwasch,<sup>1</sup> in cuius baptisterii convivio occisio beati Wenczeslai fuit secuta et ex eventu tam improbe necis nomen illi aptatum Stratqwasz, quod sonat perdens fermentum, qui in Ratispona in monasterio sancti Emerani ordinis sancti Benedicti ordinem ingressus, paternum<sup>b</sup> scelus monachico habitu expiabat. Quem etsi sanctus Adalbertus quodam tempore Prage offensum rogasset, ut ei in kathedram Pragensem succederet, faciliter eum, germani fratris suffragio, impia enormiaque Bohemorum scelera rescissurum, et ille tunc abnueret, expost tamen, quod et vir Dei sanctus Adalbertus ei abnueret et hostio in ovile ingredi <detrectanti><sup>c</sup> futurum evenire predixerat, ambitione, quam alias detestari videbatur, incensus, exulante beato Adalberto, Pragensem ecclesiam sibi per fratris sui Boleslai intercessionem ab imperatore Ottone <tercio><sup>d</sup> dari obtinuit<sup>2</sup>. Qui cum de mandato cesareo per Maguntinensem archiepiscopum<sup>3</sup> in Pragensem archiepiscopum<sup>e4</sup> consecraretur et in ipso consecracionis processu iaceret in faciem de more prostratus, †<sacris de more imbuendus<sup>g</sup> pontificalibus>†, occulto Dei iudicio, in secundam, terciam et quartam generacionem facinora vindicante, a demone invasus, tam terribiliter et impetuose vexatus est, quosque cunctis, qui aderant, videntibus aut. |115\* stupentibusque vitam miserabiliter finiret. Boleslaus Pius<sup>a</sup> | et secundus moriens unicum filium Boleslaum reliquit. Illum Bohemi multis verbis perliciunt, ut Poloniam invadat et eam aut aliquam partem sibi tributariam efficiat, clarius nomen, si Regis Polonie dux ipse terras ipsas vastaverit expugnaveritque, aput imperatorem ceterosque principes habiturus. Nec deerant inter Bohemie barones, et presertim nobiles Vrszowiczenses<sup>5</sup> et fere tota Rawitarum<sup>6</sup> domus, viri callidi et vafri et ea

<sup>a</sup> cf. p. 171 adn. e <sup>b</sup> patrium Ed. Crac. <sup>c</sup> manu Dlugossii in rasura <sup>d</sup> cf. adn. c <sup>e</sup> episcopum Ed. Crac. <sup>f</sup> Dlugossii manu in margine <sup>g</sup> induendus Ed. Crac. <sup>h</sup> Boleslaus manu XVI s. in superiore margine

tempestate in Bohemia potentes, qui inter fratres, ex fratre et sorore genitos, discordie et belli malum ea mente insererent, quatenus ipsi pondus veneracionis sue et fortunarum } suarum suppellectilem, quod stante pace sperare non poterant, *HPD*174 in guerra auferent.

*Jordanus episcopus Poznaniensis moritur*

<sup>a</sup>⟨J⟩ordanus primus Poznaniensis episcopus, cum annis viginti sex sedisset, ⟨mori-  
tur⟩<sup>b1</sup> et in Brandenburg sepelitur. <sup>c</sup>(Alii<sup>d</sup> asserunt illum in Poznaniensi ecclesia sepul-  
tum)<sup>e</sup>. In cuius locum Thimoteus<sup>o</sup> in Poznaniensem episcopum ordinatur. Fuit autem  
Thimoteus ipse nacione Romanus, nobilis genere, per Benedictum papam septimum  
provisus⟩<sup>a</sup>.

*Otto tertius imperator Gregorium quintum papam constituit  
et Crescentium Romanum,  
Iohannis sextidecimi papae et imperii invasorem,  
in ponte super Tiberim obtruncat;  
cuius uxori illato stupro, ab ea veneno infectus moritur;  
tandem opera Heriberti Coloniensis episcopi morte eius celata,  
ac si vivus esset, Roma equo insidens effertur.  
Henricum secundum Bavariae ducem habuit successorem*

<sup>f</sup>E]x Polonia<sup>f</sup> Ottho tercius reversus, audiens ⟨Johannem⟩<sup>g</sup> papam sextum<sup>b</sup>  
decimum a Crescencio Romano strangulatum, ipsum eciam Crescencium assumpta  
tirannide Romam oppressisse et Italia invasa universi imperii occupationem  
facile sibi in animo destinasse, insolenciam eius, iuxta ac dignum erat, indigne  
ferens, constructo in honorem sancti Adalberti episcopi et martiris Canonorum  
Regularium monasterio, Romam cum frequenti optimatum suorum numero conten-  
dit: ubi vacillanti turbateque plurimum Romane reipublice succurrens, Ecclesie  
sancte Dei, simul et imperii statum, indefesso labore et cura ingenti instaurat et  
reparat et Brunonem quidem archicancellarium suum, qui Gregorius appellatus

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu adscriptum    <sup>b</sup> Dlugossii manu superscriptum    <sup>c-e</sup> In aut. inepte post ordinatur insertum  
<sup>d</sup> licet alii Ed. Crac.    <sup>e</sup> in rasura    <sup>f-l. o.</sup> postea autem adiectum in Ed. Crac.    <sup>g</sup> in rasura manu  
Dlugossii    <sup>h</sup> septimum primo

est quintus, in Sedem apostolicam surrogat, virum vita, moribus et sciencia insignem et cognitum<sup>a</sup>. Crescencium vero Romane civitatis et imperii invasorem in validissima imperatoris Adriani, que et Theodrici opinatur fuisse tyranni, fabrica, quam sibi in arcis modum munierat<sup>b</sup>, se continentem, robore militum oppugnatum et inde extractum super Tiberis pontem capite obtruncat et tam Urbi quam Italie pacem reddit, habiturus pro tam festino succursu perpetuam laudem, si iuxta de vicis ac hostibus sibi triumphare contigisset. Cernens { siquidem Crescencii tyranni a se devicti et dampnati mire pulcritudinis uxorem in eius exciabilem incidit amorem; quam nocte sequenti constuprans ab eadem veneno inficitur et augescente grassantis per venas veneni peste non multo post gravissimo languore corripitur, <sup>c</sup> et quinto kalendas februarii<sup>1</sup> rebus absunitur humanis, cum annis XVIII imperasset }<sup>e</sup>. Heriberto<sup>2</sup> autem Coloniensium episcopo<sup>d</sup>, cuius tota imperialis curia parebat consilio, familiarius eum observante ibidem moritur et mox eodem Heriberto episcopo ordinante, ac si vius esset, purpura indutus super equum, velut expeditionem acturus, arte extruitur et in hunc modum, morte eius Romanis celata, cuorum nonnullos occiso Crescencio graviter sibi sciebat infensos, cis Alpes in Sweviam defertur; sepultis eius intestinis in civitate Augusta<sup>3</sup>, corpus in Aquisgranum<sup>e4</sup> delatum, in medio ecclesie beate Marie honorifice ab eodem venerando Heriberto Coloniensi archiepiscopo ceterisque Almanie principibus extitit tumulatum. Et quoniam idem Ottho imperator [..<sup>f</sup>] nullos liberos reliquerat, Henricus<sup>5</sup> secundus dux Bawarie LXXXIII-to loco ab Augusto in Romanum imperium succedit, <sup>g</sup> a Viligisto Maguntino archiepiscopo coronatus, filius<sup>h</sup> Henrici, fratris primi Otthonis }<sup>g</sup>.

*Promotio et mors  
miserabilis Udonis Maydeburgensis archiepiscopi*

1- < Huius autem Otthonis imperatoris tercii tempore ecclesia metropolitana<sup>6</sup> Maydenburgensis, ab avo suo Otthone primo fundata et dotata, habuit archiepiscopum Vdonem<sup>7</sup> nomine, qui per beatissimam Virginem promotus mirabiliter fuit, sed post propter detestabilem et fetore plenam vitam per solius Dei iudicium,

<sup>a</sup> cognatum aut.    <sup>b</sup> muniverat Ed. Crac.    <sup>c-c</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>d</sup> archiepiscopo Ed. Crac.  
<sup>e</sup> Aquisgrani aut.    <sup>f</sup> duae litterae erasae    <sup>g-g</sup> manu Dlugossii infra textum    <sup>h</sup> hinc a Dlugossio atro correctum atramento    <sup>1-1</sup> manu Dlugossii in spatio vacuo

quod in ecclesia Maydenburgensi publice et visibiliter actum est, sentencialiter dampnatus et decollatus est. Cui adhuc viventi, ut se corrigeret, angelus illud ingeminabat: „Hudo cessa a ludo, iam satis lusisti Hudo“<sup>a</sup>—1.

*Boleslaus dux Bohemiae rupto cum Boleslao rege Poloniae foedere  
terras eius depopulatur ;  
quem rex secutus et non inveniens ad eius dominia iter parat*

P]ernicioso<sup>a</sup> dux Boleslaus tercius Bohemie consilio seductus guerram, causa non precedente aut demerito, regi Polonorum Boleslao movens, in { terras Polonorum HPQ176  
versus Cloczsko<sup>1</sup> armatus descendens, cepit illas hostiliter vastare igne, | populacione aut. |114\*  
et gladio et subicere sue dicioni et tributo. Qua novitate ad Boleslaum Polonorum regem perlata, magna percellitur admiracione, quod ab eo, quem fratrem et amicum in suis opportunitatibus experiri crediderat, bello iniusto, provocacione nulla interveniente, premeretur. Legatis ad illum transmissis, qui et per sanguinis et pacis hactenus observate iura restitutionem ablatorum et deformatorum solucionem repeterent, et ut pacem servaret, hortarentur, hiis dux Boleslaus Bohemie auditis respondit: se iniuriis prioribus provocatum, bellum sumpsisse<sup>b</sup>, coactumque et invitum bellum Polonis fines suos incursantibus intulisse, non abnuiturum tamen se omnem possibilem equitatem. Consencientibus itaque Polonorum regis Boleslai legatis treuga interponitur et firmatur; cuius condicione Boleslaus Polonorum rex bellum suspensum aut finitum credens, animum ab expedicione averterat. Verum Boleslaus Bohemie<sup>c</sup> dux eodem consiliorum tenore, quo perprius, persuasus, maiori potencia adunata, ruptis treugis, Poloniam ingreditur illamque forcius, quo potest, devastat, suggerentibus sibi Bohemis Boleslaum Polonorum regem sibi, suisque viribus et copiis resistere nullatenus ausurum. Quibus verbis princeps parum sensatus credens bellum eo fervencius promovebat. Quo malo Boleslaus Polonorum rex comperto, leonino rugitu fremens, ex universo regno suo celerius, quo potest, convocat fortissimos quosque milites et bellatores et contra Boleslaum Bohemie ducem cursu celeri acies producit. Verum Bohemie dux referencium sibi exploratorum denunciacione cercior effectus Boleslaum Polonorum regem cum magno exercitu et suo plurimum superiore adventasse, vastacione Polonie ommissa in Bohe-

<sup>a</sup> l.o.    <sup>b</sup> suscepisse *Ed. Crac.*    <sup>c</sup> Bohemorum *Ed. Crac.*

miam se recepit. Quem dum Boleslaus rex in locis, que vastaverat, non reperit, alcius fremere cepit, quod et illi subductus esset hostis et calamitates fletusque illum quam maxime eorum, qui a Bohemis bello vexati oppressique erant, commoverent. Ingenti itaque spiritu, calamitate suorum coram conspecta incensus, fertur Boleslaus Polonorum rex dixisse: „Quando“ inquit „nec sanguinis communitio, neque modestia mea, neque ius federum Boleslaum ducem Bohemie a clade meo regno inferenda potuerunt avertere, de cetero michi usque ad internicionem proseguendus est: non tamquam iustus hostis, sed ut insidiator veneficus“.

HPQ177 <sup>a</sup><Comperiens Boleslaus Chabri Polonie rex imperatorem illustrissimum Otthonem tertium miserabili et indigna morte peremptum esse, cum omni } regno suo pluribus diebus, omni leticia interdicta, in atra veste illum luxit et inferias illi aput Gneznesem ecclesiam omni cultu sumptuosas et honorificas persolvit; cui eciam anniversarium usque ad diem mortis sue quotannis solebat pia gratificatione accepti beneficii peragere><sup>a</sup>.

#### A]NNUS DOMINI MILLESSIMUS TERCIVS.

*Boleslaus rex Poloniae Bohemiam ingressus cum adhaerentia Rawitarum,  
qui tunc in ea potentissimi erant, illam occupat;  
tandem Pragam biennio obsessam ac castrum Wishegrad cum duce  
et eius filio capit,  
singulisque baronibus iuramenta praestantibus fidelitatis  
duci eruere oculos iussit,  
filium vero ipsius Rawitis dedit ad custodiendum  
et ipse in Poloniam triumphans reversus est*

Dolorem, anxietatemque mentis, quam super vastacionem Regni sui Polonie<sup>b</sup> per ducem Boleslaum Bohemie factam, Boleslaus Polonorum rex hactenus et ex bonis respectibus, aeris veritus intemperiem et cetera incommoda, remiserat, amplius differre et tolerare non valens, expeditionem in Bohemiam, ultum iri cupiens suas iniurias, indicit, magnasque tam equestrium quam pedestrium ad

<sup>a-a</sup> manu Dlugossii infra textum    <sup>b</sup> omissum in Ed. Crac.

id bellum feliciter gerendum copias instaurat<sup>1</sup>. Et cum exercitu potenti Bohemiam ingressus, et singulas Bohemie urbes resistentes expugnat, cetera vero ignobilia opida et colonias vastat et exurit, sperans Boleslaum Bohemie ducem sui ducatus spoliacione, vastacione et incensione motum ad campestre posse elici certamen. Erat pro ea tempestate in Bohemia maior Vrsowicensium domus, que ceteris genere, familiis, possessionibus, fama et valore prestabat (Vrsowicenses autem ideo appellabantur, quod pro insigni<sup>2</sup> ursum virginem coronatam gestantem deferebant). Huius<sup>a</sup> maior et senior baro | Kochan<sup>3</sup> vocatus, <sup>b</sup>⟨opibus et auctoritate aut. | 115\* inter suos maior⟩<sup>b</sup> familiaris Boleslao Polonorum regi erat liberalitatemque regis in transacto tempore expertus suisque multiplicibus beneficiis obligatus, omnes de armis et parentela sua ad favendum ceptis et accionibus regis Boleslai conduit, quem et cognatos fratresque suos rex Boleslaus indita liberalitate, plurimis et crebris largicionibus inescatos in suam fidem, devocionem<sup>c</sup> et culturam magnopere incendit illorumque fideli opera et avisamentis usus, conficiende feliciter sue expeditionis accomodos ad res bene gerendas cooperatores habuit, ipsorum ductu IIPR 178 et assistencia maximas Bohemorum regioni inferens continuas cedes et perniciem vastacionemque calamitosam, <sup>a</sup>⟨longe lateque Bohemicum est populatus agrum⟩<sup>a</sup>.

<sup>e</sup>C]um itaque<sup>e</sup> Boleslaus Polonorum rex universam Bohemiam preter Vrsowicensium possessiones, quibus parci mandavit, cedibus, igne et spoliis contrivisset, Boleslaus vero Bohemie dux eius potencie resistere non valens, in castro Wyschegrad se cum filio suo Jaromir<sup>4</sup> contineret, ad ipsam Bohemorum metropolim Pragam et Wischegrad castrum Boleslaus Polonorum rex copias sui exercitus admovit, ipsamque obsidione cingens et arietibus ceterisque propugnaculis quaciens <sup>g</sup>⟨et biennio fame affligens, obtinuit⟩<sup>g</sup> magnifice ⟨et⟩<sup>h</sup> expugnavit et militibus suis dedit in direpcionem et in predam. Pragensi autem urbe capta, non multo post tempore etiam Wischegrado strenue conquistavit, in quo ducem Bohemie Boleslaum cum filio Jaromir (alter enim filius Odalricus<sup>5</sup>, serviciis cesareis applicatus, absens erat) reperiens captivat et universam Bohemiam in suam redigit obedienciam et dicionem prefectosque tam in Wischegrado et Praga quam in ceteris municipiis suo nomine preficit et ordinat sedemque suam ducalem Prage collocat et universos barones et nobiles Bohemie, qui Pragensis civitatis et castri Wischegradensis triumphali

<sup>a</sup> autem familiae additum in Ed. Crac. <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in margine <sup>c</sup> Ed. Crac., devoconem aut. <sup>a-a</sup> Dlugossii manu adscriptum <sup>e-e</sup> l. o. <sup>1</sup> Jaromiro Ed. Crac. <sup>g-g</sup> cf. adn. <sup>b-b</sup> <sup>h</sup> manu Dlugossii adscriptum



conquisicione audita ad se venerant, benigne excipit, tractat et honorat, qui eciam nullo cogente fidelitatis et obediencie sibi prestabant iuramenta. Cuius liberalissimam largicionem pluribus et assiduis donacionibus experti, devoti et fideles in eius obediencia permanebant.

Redacto<sup>a</sup> Bohemie ducatu Polonorum rex Boleslaus in suam dicionem et potestatem in singulis civitatibus et castris sue dicionis et iuris prefectos et capitaneos aut ex Polonis aut ex Bohemis, quos sciebat sibi et sue parti esse magis puros<sup>b</sup> atque fidos<sup>c</sup> statuit et locat et omnibus bono [.....<sup>d</sup>] ordine compositis, recedere in Regnum suum Polonie reducereque victoriosum exercitum parabat. Detinebatur autem Bohemorum supplicibus precibus et obsecrabatur<sup>e</sup>, quatenus moram cum illis faceret magis diuturnam; quod cum rex Boleslaus nullatenus se facturum responderet, cum et Regnum suum Polonie presenciam suam magnopere desideraret, consultum illi a Bohemis et presertim ab hiis, qui fidiore<sup>f</sup> illi erant Vrsowicenses<sup>f</sup>, quatenus Boleslaum ducem Bohemie et filium suum Jaromirum a se captos occidi disponeret: quoniam illis viventibus Bohemiam sciret sibi quandoque recalcitratam; sed et alterum filium Boleslai ducis Bohemie Odalricum in obsequiis imperatoris Ottonis consistentem curaret extinguere, aut in suam redigere } captivitatem. Rex  
 HPQ179 aut. | 116\* etsi vera illos suggerere intelligebat, facinus tamen atrox in duce et fratre | commit-  
 tere exhorrebat. Stimulatus tandem Bohemico consilio, ducem Bohemie Boleslaum  
 excecari<sup>1</sup> precepit<sup>g</sup>, h<sup>h</sup> <et oculos ei eruendos mandavit, ne quando ulla rerum conver-  
 sione recursus illi pateret ad principatum><sup>h</sup>, filium vero eius Jaromir<sup>1</sup> in custodiam  
 et captivitatem Vrsowicensibus contradidit: eoque patrato scelere<sup>1</sup>, copioso de Polo-  
 norum militum presidio Prage et in Wischegrad relicto, Poloniam incolumis  
 rediit. Verum etsi Boleslaus Bohemie dux hostis suus fuerit et regnum suum  
 prior hostili vexacione invaserit, fratri tamen amitali et propinqua cognacione  
 iuncto oculos evellere et eum in visu perpetuo orbum facere facinore non caret  
 singularis impietatis, nisi forte iustiores intercessissent cause nobis ignote, quibus  
 gloriosissimus rex ille Boleslaus pertractus, facinus illud excecacionis admiserit;  
 k<sup>k</sup> <quod tamen non ab eo, sed a genitore suo duce Polonorum Myeczslavo annales<sup>2</sup>  
 Bohemici attestantur (licet [s.] id temporum ordini non videtur congruere)  
 patratum><sup>k</sup>.

<sup>a</sup> l. o.    <sup>b</sup> pronos Ed. Crac.    <sup>c</sup> fides Ed. Crac.    <sup>d</sup> rasura 5 litteris scribendis apta    <sup>e</sup> obsecrationibus  
 Ed. Crac.    <sup>f</sup> Vrsowicensibus Ed. Crac.    <sup>g</sup> precipit Ed. Crac.    <sup>h-h</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>1</sup> Jaro-  
 mirum Ed. Crac.    <sup>1</sup> facinore Ed. Crac.    <sup>k-k</sup> manu Dlugossii infra textum

*Pestis magna in Polonia*

<sup>a</sup><Duplex malum grandem perniciem mortalibus afferens, pestis videlicet et famis<sup>1</sup>, invaluit et epidimie morbus non Polonorum tantummodo regiones, sed universum fere orbem tam infesto languore pervaserat, ut sepeliencium tedio, vivi adhuc spiritum trahentes obruerentur una simul cum mortuis et sepeliendis)<sup>a</sup>.

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS QUARTUS.

*Boleslaus rex Polonorum Moraviam ingressus  
illam brevi suae ditionis facit*

Parum autem visum est clarissimo principi Boleslao Polonorum regi Bohemiam habere tributariam et subiugalem, nisi illi eciam Moraviam adiecisset. Quapropter habito ex regni sui terris delectu, cum militum suorum forti et expedita manu Moraviam ingreditur et tam civitates quam castra Morawie, que principatum suum abnuebant, potenter invadit, circumvallat et expugnat. Erat siquidem Boleslaus Polonorum rex ea animi a natura } insiti fretus constancia et magnanimitate, ut *HPI*180 nichil sibi aggrediendum assumeret, a cuius ceptis temere resiliret. Quapropter obsidionem civitatum tam in Bohemia quam in Moravia non aliter solvit, nisi aut spontanee in dicionem suam, aut viribus obsessa civitas veniret. Qua quidem constancia et animi robore subsecutum est, ut universa Moravia aut sponte aut armis et potencie sue viribus subacta, suo subiceret se imperio at dicioni. In cuius castris et civitatibus principalioribus [prefectos<sup>b</sup>] suos ex Polonis et aliquibus fidioribus sibi Morawis constituens, multo tempore Bohemiam et Moraviam tenuit feudalem<sup>2</sup>: singuli etenim introitus, census et redditus ad ducalem fiscum pertinentes ex utroque principatu, Bohemie scilicet et Morawie, thesauro regio ad Poloniam annuis temporibus inferebantur.

<sup>a-a</sup> manu Dlugossii in vacuo intervallo    <sup>b</sup> additum in Ed. Crac.

*Quibus permissa sit potestas eligendi imperatorem*

<sup>a</sup>⟨Henrico<sup>1</sup> per electionem ad imperium assumpto primum institutum fuit, ut in futurum non per sanguinis successionem duceretur imperium, sed archiepiscopi Maguntinensis, Coloniensis et Treverensis, item dux Bohemie, comes palatinus Reni, dux Saxonie et marchio Brandenburgensis haberent potestatem deligendi<sup>2</sup> imperatoris⟩<sup>a</sup>. <sup>b</sup>⟨Hic Henricus, vir magne sanctitatis, multa bella prospere gessit⟩<sup>b</sup>.

*Boleslaus Polonorum rex missis nuntiis  
Odalricum filium Boleslai Bohemiae ducis ab Henrico imperatore,  
cui inservierat, obtinet sibi tradi;  
quem honestae custodiae Polonorum committit*

<sup>c</sup>U]t autem<sup>c</sup> tam Bohemie quam Morawie possessio Boleslao Polonorum regi firma et diuturna esse posset et populi regionum illarum fluxe et ambigue fidei resque novare soliti in fide continerentur, mittit Boleslaus Polonorum rex ad imperatorem Henricum primum, consobrinum et affinem suum, nuncios solennes, liberalissima et magnifica dona variarum manerierum transmittens per eosdem. Qui inprimis sibi felices Boleslai Polonorum regis successus, quos in conquiendis duabus vicinis terris, Bohemia videlicet et Morawia, et quas Regno suo Polonie subiecit et quantas quotve expugnaverit ⟨civitates⟩<sup>d</sup>, et quanta spolia ex devictis in Regnum suum Polonie}retulerit, ex ordine patefaciunt et declarant, ultimo precantur et deprecant, quatenus Odalricum filium Boleslai ducis Bohemie in curia sua imperiali commorantem sibi tradat et remittat, stabilimentum maximi momenti terris Bohemie et Morawie per eum subactis adiecturus. Cesar autem Henricus, qui intenso et ferventissimo amore Boleslaum Polonie regem propter eius heroica opera | et ingenuas virtutes diligebat, cum esset Bohemis plurimum iratus et infestus, Odalricum nunciis Boleslai Polonie<sup>e</sup> regis tradit: qui per illos in Poloniam ad Boleslaum Polonie regem deductus et honeste custodie traditus per annos plures asservabatur. Cuius captivitate Bohemi et Morawi cognita sincerius Boleslao Polonorum regi parebant nec unquam ausi sunt quicquam adversi moliri, aut eius dicioni adversari.

<sup>a-a</sup> *infrascriptum manu scribae Dlugossii*    <sup>b-b</sup> *manu Dlugossii adscriptum*    <sup>c-c</sup> *l. o.*    <sup>d</sup> *manu Dlugossii in margine*    <sup>e</sup> *Polonorum Ed. Crac.*

<sup>a</sup><Gregorio quinto, qui sedit annis duobus, mensibus sex, <sup>b</sup>(et cessavit episcopatus diebus quindecim) obeunte<sup>b</sup>, Johannes decimus septimus<sup>1</sup>, nacione Grecus, in papatum successit, <sup>c</sup>et iuxta aliquarum cronicarum assercionem intrusus est. Nec computatur inter summos pontifices et nonnisi decem mensibus sedit><sup>a</sup>.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS QUINTUS.

*Ad Romualdum virum sanctum anachoritam mittit  
Boleslaus Polonorum rex pro aliquibus fratribus,  
qui duos ad preces Henrici imperatoris misit;  
quibus quatuor rex adiungens, locum, ubi nunc Kazimirz oppidum est dedit,  
illosque visitans et honorans,  
dum semel magnam auri massam eis donasset ipsique eam remisissent,  
latrones illud noctu auferre volentes,  
dum per supplicia aurum extorquere conantur ab eis,  
illos in tormentis necant et martyres Deo efficiunt*

Floruerunt<sup>2</sup> ea tempestate in Polonie Regno sex viri<sup>3</sup> religione et vita insignes, videlicet Benedictus, Matheus, Johannes, Ysaac, Cristinus et Barnabas. Boleslaus siquidem Polonie rex beati Romualdi celeberrimam famam audiens missit ad illum magna rogans instancia, quatenus sibi aliquos sui cenobii fratres in Poloniam remitteret, Polonorum gentem primicias fidei favore divino consecutam vite sue exemplo atque doctrina edificaturos. Hanc quoque petitionem Boleslai regis Henricus imperator presencia personali aput virum Dei Romualdum<sup>4</sup>, tunc in Pereo<sup>5</sup> agentem, promovebat. Romualdus autem nulli suorum id precipere auctoritate sue prelacionis volens, transeundi in Poloniam aut in monasterio subsistendi in cuiuslibet arbitrio HPJ,182 reliquit. Ignorabat siquidem in re huiusmodi beneplacitum Dei, propter quod voluntati fratrum illam relinquebat. Henrico tamen rege<sup>d</sup> obsecrante roganteque duo tantummodo ex omnibus reperti sunt, qui se ultro ad eundem in Poloniam

<sup>a-a</sup> manu Dlugossii sub textu    <sup>b-b</sup> obeunte, cessavit Episcopatus diebus quindecim. Cui Johannes Ed. Crac.    <sup>c</sup> hinc Dlugossius nitidiora atramento    <sup>d</sup> imperatore cf. Ed. Crac. adn. 1

promptos obtulerunt, quorum unus Johannes, alter Benedictus vocabatur. Quos ad se per nuncios suos perductos Boleslaus Polonie rex velut Dei angelos magna iocunditate excepit atque illis et quatuor aliis, Matheo, Isaac, Cristino et Barnabe genere Polonis, qui se illis coniunxerant linguam Polonicam ab illis percepturi, locum, ubi nunc opidum Kazimirz<sup>1</sup> in Maiori Polonia situm est, tunc quidem silvis et nemoribus ubique obsitum, pro suo incolatu consignavit: et illic pro numero habitacionibus constructis in abstinentia arctissima anachoriticam vitam ducentes, rege illos sustentante, morabantur et tam vite sanctimonia quam verbo sane doctrine magnum in Polonie Regno facientes profectum, opinione et re celebres habebantur. Nulla illis fuit possessio, nulla faculciuncula; largicione fidelium, nichil habentes, in communi aut privato alebantur. Vestis grossa et hispida, cibus villis et inconditus, qui duntaxat famem excluderet; per singulos dies oracionibus devotis et ieiuniis intenti, carnem non solum macerabant inedia, sed insuper verbere mutuo ceterisque disciplinacionibus atterebant et spiritui servire cogebant. Ad hos non solum viri ecclesiastici et seculares, vlgusque promiscuum accedebant, sed et ipse excellentissimus omnium virorum princeps Boleslaus Polonorum rex illorum domicilia et heremitoria frequentabat maximaque ex illorum conversacione, vita, merito et doctrina Polonos edificacio habebat. Supernus et largifluus remunerator Deus illorum volens premiare labores, martirii palmam et lauream, quam quesiverant, illos donavit adipisci. Boleslaus siquidem Polonorum rex, devocionis sue morem gerens, cum comitatu regio ad viros Dei venit, et aliquanto tempore in heremitoriis eorum pausans, expletis obsecracionibus suis discessurus, viris Dei pro levanda eorum inopia et necessitate massam notabilam auri, spectante et vidente comitatu suo, optulit et donavit. Qua etsi viri Dei se aliquatenus <non><sup>a</sup> indigere denunciassent regemque, ut illam exciperet<sup>b</sup> et aliis applicaret usibus, precarentur, } Boleslaus tamen rex aurum semel Deo oblatum humanis applicari usibus ineptum et scelestum esse respondens, auro relicto, commendans se et rem publicam Regni sui |  
 HPR183 aut.118\* Polonie virorum sanctorum oracionibus, discedebat. Insolitam autem auri possessionem viri sancti abhorrentes, vehementem concipiunt turbacionem et dolorem, turpe sibi odibileque Deo existimantes, qui mundum et omnia eius delectabilia in etate viridi reliquerant, cuiusque concupiscencias in eam usque diem calcatas pervicerant, auri porcione in senio et tempore decrepito inquinari. „Quo pacto“

<sup>a</sup> manu Dlugossii superscriptum    <sup>b</sup> reciperet Ed. Crac.

inquiunt „tanto subsarcinati auro poterimus pauperem Christum sequi et sub elemosine pretextu illius [...<sup>a</sup>] occupabimur <usu><sup>b</sup>, nobis quidem in dampnationem, ceteris perniciosum scandalum et ruinam“?

<sup>c</sup>C]onsultacione<sup>d</sup> itaque super hiis, quid facto expediens foret, habita, placuit tam Benedicto, qui senior pater inter eos habebatur, quam residuis fratribus, quam celeriter et nulla mora interposita ad regem Boleslaum Polonie illud referri et sibi illud quamprimum presentari. Decreto itaque ceterorum Barnabe, velut ordine et etate iuniori, qui exteriores solitus erat tractare causas, onus illud imponunt; qui fratrum parendo iussioni, sumpta auri massa, cepit ad regiam properare, aurum Polonorum regi Boleslao redditurus. Eo autem necdum medium itineris emenso, nocte exitum suum ab heremitico loco subsequenti, nonnulli ex Polonis filii Belial<sup>1</sup>, ardore auri, quod per regem fratribus illis oblatum viderant, capti, adscitis sibi aliis in heremum clandestine sub intempeste noctis tempore perveniunt, aurum per regem prebitum recepturi. Rabie itaque furiosa exagitati, velut furentes habitacula servorum Dei ante mediam noctem pridie idus novembris<sup>2</sup> irrumpunt et massam auri per regem Boleslaum pridie<sup>e</sup> oblatam sibi dari viros Dei in cantu et psalmodia occupatos incunctanter precipiunt, diram mortem, ni reddatur, unicuique ex servis Dei interminantes. Nec verbis contenti, sollicita curiosaque indagine omnes angulos et loca habitacionum servorum Dei rimantur et perquirunt. Hiis cum a servis Dei responsum fidele et verax crebro editum fuisset: auro eos non indigentes aurum regi remisisse, eo maiori furia insaniaque concitati, existimantes servos Dei falsa responsione et excusacione uti et aurum illos in zabulo abdidisse, in viros Dei iam non probris aut contumeliis, sed ipsis verberibus deseviunt et unoquoque comprehenso et vario ligamine constricto illos abinvicem segregant et per tormenta varia, cuilibet singillatim vario genere cruciatus adhibito, elicere se posse credunt auri celati confessionem. Tantam autem Dominus prestitit sanctis suis paciendi constanciam atque virtutem, ut } omnes uno pene ore et conformi responsione HPQ184 profiterentur: aurum eis prestitum <sup>f</sup><regi integrum><sup>f</sup> remisisse neque illatis penis aut inferendis posse adduci, ut in offensam Dei scienter mendacii reatu se polluerent. „Testis“ inquiunt, „nobis est Deus, non eo respectu nos negare, ne aurum nobis, quo nunquam eguimus, remaneat, sed ideo, ne falsa et mendax confessio credulitate<sup>g</sup>

<sup>a</sup> rasura 4 litteris scribendis apta    <sup>b</sup> adscriptum manu Dlugossii in margine    <sup>c</sup> spatium 6 versibus scribendis aptum, vacuum relictum, in Ed. Crac. sine intervallo    <sup>d</sup> l. o.    <sup>e</sup> postridie aut. cf. Ed. Crac. adn. 3  
<sup>f</sup> manu Dlugossii superscriptum    <sup>g</sup> crudelitate Ed. Crac.

vos, mendacii reatu nos conficiat“. Latrones impii in unum illos existimantes conspi-  
 rasse responsum, forcioribus tormentacionibus in viros Dei tamdiu debacchati  
 sunt, quousque inter ipsos cruciatus vario modo verberibus et flammis torti, deficientes  
 spiritus suos Christo redderent, catervis angelicis in aulas celestes et in trophea  
 martirum pro Christo passorum<sup>a</sup> ab evo preparata, inferendos<sup>b</sup>. Thesaurum post  
 hec accurate perquirunt et cuncta, que celle virorum Dei habebant, evertunt, sed  
 postquam nullus labori et facinori responderet profectus, ad obtegendum tanti  
 reatus crimen, utque humana presumpcio non malignitate, sed casuali flamma id  
 gestum estimaret<sup>c</sup>, habitaciones sanctorum Dei incendere et ipsa pariter martirum  
 cadavera conati sunt conflagrare. Sed admoti ignes perditis nature viribus neque  
 aut. | 119\* cellis neque corporibus aliquem poterant | inferre contactum: ita enim suppositos  
 ignes parietum, quamvis ligneorum, materies repellebat, iuxta ac si silices durissimi  
 haberentur. Quo miraculo latrones exterriti in fugam convertuntur.

*Wlodimiro Russiae duci, partito inter filios principatu,  
 filius Jaroslaus rebellat, qui ex dolore moritur,  
 filius autem rebellis per fratres Borzysch et Swatopelkum profligatur;  
 postea Swatopelkus duos fratres causa dominandi occidere iussit<sup>d</sup>*

D]uodecim<sup>d</sup> filiis<sup>2</sup>, quorum quatuor, videlicet Visoslaum, Szoslaum, Swanthopelk  
 et Jaroslaum ex prima uxore, et octo, videlicet Wszewoldum, Swantoslaum, Msczisl-  
 laum, Borzysch, Hleb, Stanislaum, Poszwyd<sup>e</sup> et Sudislaum, quos ex Anna<sup>3</sup> sorore  
 germana Basili et Constantini imperatorum Grecie, †(Bulgara et Bohema et aliis)†  
 suscepit, Wladimirus Russie dux abunde beatus et felix, dum annis aliquot  
 Russie terras tam castris quam opidis et villis vehementer auxisset, veritus, ne se  
 HPR185 obeunte inter filios dira } certamina super Russie principatibus consurgant<sup>g</sup>, filiis  
 regnum dividit: et Wisoslao quidem natu maiori dat Nowogrod<sup>4</sup>, Isoslao Poloczsko<sup>5</sup>,  
 Swantopelkoni<sup>h</sup> Turow<sup>6</sup>, Jaroslao Rosztow<sup>7</sup>; sed Wisoslao fati raptio, Jaroslao Nowo-  
 grod, Borzysch Rostow, Hleb Moronye<sup>8</sup>, Swanthoslao Drewyany<sup>9</sup>, Wszewoldo Wladi-  
 miriam<sup>10</sup>, Msczislao Thimvtukany<sup>11</sup>; ceteris vero filiis tribus natu minoribus, videlicet  
 Stanislao, Poszwyd et Sudislao, Kyowiensem et Berestow<sup>12</sup> principatus non nisi

<sup>a</sup> orum Dlugossii manu superscriptum    <sup>b</sup> inferendas aut.    <sup>c</sup> existimaret Ed. Crac.    <sup>d</sup> l. o.    <sup>e</sup> Poszwyszdz  
 Ed. Crac.    <sup>f</sup>-† Dlugossii manu in margine    <sup>g</sup> consurgerent Ed. Crac.    <sup>h</sup> Swathopelko Ed. Crac.

morte sua in eos devolvendos reservat. Verum Jaroslaus, cui Rostow cesserat, unus ex filiis, moleste ferens se a Kyowiensi principatu, quem ambiverat, sequestratum esse, venit in dolo cum gentibus suis et aliis precio conductis contra Kyow, et creditus in pace venisse castrum Kyowiense occupat et thesauros paternos in suam redigit dicionem. Quod pater Wladimirus acerbissime ferens copias ex omnibus principatibus, quos inter filios diverserat, contrahit, cum Jaroslao filio pugnaturus. Quo Jaroslaus comperto mittit et conducit Pyeczenyagos et Waraii, patri resistenciam factururus. Interim Wladimirus dux et pater ex dolore, propter filii Jaroslai rebellionem et hostilitatem proveniente, gravi languore correptus, filium Borzisch exercitui preficiens, contra Jaroslam mittit; ipse morbo invalescente paucis post in castro Berestow moritur et in Kyow adductus in ecclesiam beate Virginis, quam ipse vivens edificaverat, sub marmoreo lapide sepelitur. Confluxit autem ad honestandum funerias suas magna Ruthenorum multitudo, que in sepultura sua planctum magnum edens, vociferabatur se patrem et liberatorem patrie et fidei Christiane in Russia plantatorem immature perdidisse. Ignari patrem suum, ducem Wladimirum, biduo filii Borzysch et Swantopelk e vita excessisse, certamen cum Jaroslao et gente sua ineunt et victus Jaroslaus cum Pyeczenyadzis et Waraiis adiutoribus suis fugit; Swantopelkus vero occupat Kyowiam et rapit principatum, altero fratre Borzysch paterne mortis luctu invacante. Et licet dux prefatus Borzisch magna militum<sup>a</sup>, quatenus Swantopelko fratre pulso principatum Kyowiensem ipse possideat, urgeretur, militum tamen instancias abnuens respondit: Swantopelkonem<sup>b</sup> fratrem patre absumpto patris se culturum loco nec quicquam adversi illi se unquam moliturum. Verum Swantopelkus disparem gratiam Borzisch fratri referens, subornat Novogrodenses viros Belial, qui Borzisch ducem in cubili suo orantem lanceis transfodiunt, sed et armigerum eius Gregorium<sup>1</sup>, Hungarum nacione, dominum suum protegentem, secum una necant. Mittit deinde Swantopelkus ad alterum fratrem Hleb in dolo, invitans eum ad se; sed a fratre Jaroslao nuper conflictu avisatus ad occisionem se vocari, presso gradu subsistit, et magno eiulatu et patris mortem et fratris necem plangit. Veniunt tandem alii viri a Swantopelkone<sup>c</sup> missi et Hleb ducem, abscisso capite interficiunt. | Corpora autem tam Borzisch quam Hleb aut.120\* in Kyow deducta in ecclesia sancti Basilii in uno sepulcro tumulantur. Colit hos duos fratres Rutenica Ecclesia Rutenicusque populus pro martiribus et sanctis,

HPR186

<sup>a</sup> vox quaedam deest, in agmine militum Ed. Crac.    <sup>b</sup> Swathopelkum Ed. Crac.    <sup>c</sup> Swathopelko Ed. Crac.



astruens illos nonnullis corruscare miraculis. Swantopelkus vero dux, parricidio duorum fratrum insignitus, in magnam erigitur superbiam, estimans se et ceteros fratres facile deleturum et universum Russie principatum occupaturum. <sup>a</sup>⟨Principium autem virorum, qui duces Borzisz et Hleb occiderunt, hec sunt nomina<sup>1</sup> Puthsza, Talicz, Yelyovicz et Lyaszko⟩<sup>a</sup>.

*Martialis episcopus Ploczensis moritur*

<sup>b</sup>⟨Martialis<sup>2</sup> Ploczensis ecclesie episcopus, <sup>c</sup>⟨cum annis duobus et viginti in Ploczensi ecclesia sedisset⟩<sup>c</sup>, diem obiens, <sup>d</sup>⟨in Ploczensi⟩<sup>d</sup> quoque<sup>e</sup> ecclesia sepultus, Martinum primum<sup>3</sup>, ad petitionem Boleslai Polonie regis per Benedictum septimum provisum, habuit successorem, virum conspicuum nobilitate, natione Romanum⟩<sup>b</sup>.

*Boleslaus rex Polonorum*

*magna cura inventos sanctorum occisores ligatos*

*ad sanctorum corpora mittit;*

*a quibus in continenti vincula cecidere*

*et corpora sanctorum Gnesnam transferuntur, uno sancto superstite*

[C]elerrima<sup>f</sup> denunciacione [de<sup>g</sup>] sanctorum Dei martirum, Benedicti, Mathei, Johannis et Ysaac et Cristini occisione ad Boleslaum Polonie regem qui tunc in regia sua Gnezne agebat, in crastinum perlata (ea enim providencia eoque ordine Boleslaus rex regnum suum stabiliverat ordinaveratque, ut singuli casus singule- [que<sup>h</sup>] contingencie et novitates propinque et remote, civiles et forinsece, ad eius, nocti non parcendo, perferrentur nocio<sup>nem</sup>) plurimum itaque de virorum Dei, quorum intercessione et merito regnum suum dirigi feliciter et prosperari credebat, de crudeli nece ingemiscens, mox cum omnibus militibus et familiaribus<sup>i</sup> suis equos, quam ocius potest, conscendit et peditum numero ex rure vicino in magna copia accersito nemus, in quo sancti Dei habebant domicilia, in girum et ab omni parte corona circumdat et constringit: intelligens latrones post scelus in sanctos Dei

HPI 187

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu infra textum    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in vacuo intervallo    <sup>c-c</sup> manu Dlugossii in margine posterius adscriptum    <sup>d-d</sup> cf. adn. b-b et terminatio si correcta    <sup>e</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>f</sup> l.o.    <sup>g</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>h</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>i</sup> terminatio correctata in aut.

perpetratum in nemore illo, quod tunc ad miliaria<sup>a</sup> aliquot tendebatur, ad latitandum locum delegisse. Obsesso autem nemore equites et pedestres frequentes ad perscrutandum absconsos immittit, sollicito studio per se ipsum interim, ne quoquo<sup>b</sup> effugerent, cautela adhibita. Verum etsi locus vastus in longumque (ut premisimus) protensus difficilem malefactorum comprehensionem pollicebatur, tantam tamen rex curam pro eorum invencione intenderat, ut scrutatores cuneis inseparabilibus iuncti incedentes uno passu nichil inscrutatum relinquerent et facile ad eorum cubilia pervenirent. Tota siquidem nocte per frutecta nemoris, per latitudinem saltuum, per opaca silvarum, viam, qua evaderent, anxii inquirebant, quam tamen nullatenus valuerunt errabundis vestigiis reperire, sed neque mucrones in necem martirum exertos, brachiis arefactis, poterant recondere in vaginas. Locus autem, in quo sanctorum corpora iacebant, copioso lumine visus est splendescere, modulata quoque angelici cantus suavitas tota nocte illa in testimonium sanctitatis servorum Dei non desiit resonare. Quibus comprehensis (neque enim, facinoris conscii, repugnare ausi, manus dare militibus coacti sunt), Boleslaus rex merorem super nece sanctorum ingestum temperavit. Angebatur autem facinore inaudito, quod si aliquo casu non vindicatum<sup>c</sup> publica ulcione transisset, indignacionem divinam et obtreccionem humanam sibi et regno suo eventuram formidabat. Quali autem pena illos mulctaret, non satis poterat providere; hoc tandem postremo decrevit, ut nequaquam eos, sicut merebantur, variis tormentis excruciatos extingueret, sed ferreis cathenis vinctos ad sepulcra martirum destinaret, quatenus illic vinculis constricti fame et inedia miserabiliter perirent, aut, si propicie Divinitati et sanctis martiribus aliter videretur, ipsi eos sua misericordia liberarent. Qui cum ex precepto regis ad sanctorum tumulum fuissent perducti, mox ineffabili Divinitatis potencia nexibus vinculorum confractis absoluti sunt. Sanctorum autem Dei corpora, quo amplior illis honos<sup>d</sup> fieret, in ecclesiam metropolitanam Gneznensem transferri et omnia quinque in una tumba ad id specialiter adornata recondi disposuit. Residuus autem et sextus virorum Dei socius Barnabas<sup>1</sup>, fratres et socios suos audiens peremptos, | inestimabili merore angustiabatur fletibusque multis infelicitatem suam lugebat, quod cum viris Dei societatem martirii non meruerat. Itaque sortem increpans suam, ad heremitorium suum plenus dolore remeabat. Quo cum pervenisset et fratres suos variis affectos tormentis vidisset,

aut. | 121\*  
HPR 188

<sup>a</sup> Ed. Crac., milia aut.    <sup>b</sup> quocumque modo Ed. Crac.    <sup>c</sup> divindicatum Ed. Crac.    <sup>d</sup> honor Ed. Crac.

tunc<sup>a</sup> quidem ampliori gravabatur cruciabaturque luctu, quod et se unum relictum et desolatum, et illos palmam laureolamque videbat iam apprehendisse triumphalem. Divino tamen iudicio et illius benignitati se et omnia committens aiebat: „Absque tuo siquidem nutu, Domine, neque alitem cadere, neque folium ex stipite in terram defluere certum habeo, quanto magis et hanc occisionem fratrum meorum, a qua me velut immeritum sequestrasti, nullatenus accidisse: supplex tamen obsecro, ut me a tuo et sanctorum tuorum consorcio non sequestres.“ Post hec in cella de novo constructa abstinenciis et oracionibus artis<sup>b</sup> intentus, vitam in operibus bonis finiens iussu et ordinacione regis Boleslai fratribus et sociis suis appositus est. Extant nunc quinque ecclesie in cuiuslibet cella et oratorio, in veneracionem et memoriam singulorum devocione fidelium edificate, quem quisque sanctorum locum pro oratorio et cella in vita habuerat, protestantes.

◁Excedente de vita Johanne decimo septimo, quoniam tantummodo mensibus decem Ecclesie Romane prefuit, Gilbertus<sup>1</sup> natione Gallicus, et qui Silvester secundus appellatus est, in summum promovetur pontificem▷<sup>c</sup>.

### *Urbanus episcopus Wratislaviensis moritur*

◁Szomogorzoviensis ecclesie<sup>e</sup> seu Wratislaviensis pontifex Vrbanus<sup>2</sup> vita eo anno excessit, et Boleslao Polonie rege petente a clero Wratislaviensi electus Clemens primus<sup>3</sup>, Italus genere et nobilis, a Benedicto septimo confirmatur. Et Vrbanus episcopus in villa Smegczszow<sup>4</sup> sepelitur, aut, ut aliquibus placet, in villa Ryczow▷<sup>d</sup>.

### [A]NNUS DOMINI MILLESIMUS SEXTUS.

#### §◁Fundacio monasterii Calvi Montis Sancte Crucis▷§

HPR189 Nepos ex sorore germana Adleyda Myeczslavi<sup>h</sup> olim Polonorum ducis, et } frater amitalis Boleslai regis, rex Stephanus<sup>5</sup> in Hungaria principabatur, vir mire in Deum

<sup>a</sup> tum *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> arctis *Ed. Crac.*    <sup>c-c</sup> *Dlugossii manu infra textum*    <sup>d-d</sup> *manu Dlugossii in vacuo intervallo*    <sup>e</sup> *deest in Ed. Crac.*    <sup>f</sup> *in rasura, Smogorszow Ed. Crac.*    <sup>g-g</sup> *manu Dlugossii in margine*  
<sup>h</sup> cf. p. 177 adn. e

devocionis et religionis, cuius quoque sanctitas multis et evidentibus prodigiis atque operibus illustrata. Hic cum ex consorte legitima Gilla<sup>a1</sup>, Henrici primi<sup>2</sup> imperatoris sorore germana, filium procreasset, Emericus<sup>3</sup> illi nomen dedit. Quo ad virilem etatem traducto, uxorem<sup>4</sup> illi, ne successio sui sanguinis absumeretur, coniunxit; sed is miro in Deum amore succensus, non audens paternis calcitrare<sup>b</sup> imperiis, uxorem quidem suscepit, sed celibem virgineamque vitam et corpus ab omni carnali et libidinosa corruptela purum servare decrevit. Unde uxorem suam pro sorore ducens et nunquam illam attractacione<sup>c</sup> maritali contingens, non solum in virginitate ipse permansit, sed et consortem suam virginitatem custodire usque in diem mortis obtinuit, ut (mirum dictu) duo ingenua corpora, delicias diviciasque mundanas et omnia, que prima mortales ducunt, habencia, difficillimo religionis genere, nichil a martirio distante, celum stupeas rapuisse. Vir igitur Dei Emericus ad patruum et cognatum suum Boleslaum Polonie regem, deserta regia, solitus erat crebris vicibus frequentare et plura tempora in Polonia absumere, ut a visione communionisque parentum et uxoris sequestratus facilius suggestiones dyabolicas et carnis stimulos extingueret et devocioni sue operam daret. Boleslaus autem Polonie<sup>d</sup> rex singulari ducem Emericum nepotem suum prosequabatur caritate et amore, cum non solum nexus sanguinis, sed et ipsa virtutum clara probitas faciebat illum tam regi quam suis militibus amabilem et graciosum. Quodam itaque tempore, Boleslao venacionibus in silvis circa opidum Kelcze sitis insistente et secum ducem Emericum in societate habente, contigit illos in iugum alpium, que Calvarie<sup>e</sup> vocantur et quibus Polonie Regnum alciores non habet, cervum fugando devenire. Ubi cervo omisso, ruinas veterum habitacionum, que <sup>e</sup><et diluvio universali et><sup>e</sup> temporum antiquitate in saxorum molem qualem et hodie cernimus, | defluerant, ceperunt mirari; locum enim illum ferunt quondam habitacionem et aut. | 122\* arcem Gigantum<sup>f</sup> seu Ciclopum et virorum forcium fuisse et illic incolatum suum aliquanto tempore tenuisse. Vir itaque Dei Emericus spiritu divino instinctus et, ut aliquorum habet credulitas et assercio, visionis noctis precedentis doctus admonicione, loci singularitate et vetustate delectatus, convenientissimum illum pro servis Dei solitariam vitam professis astruit et indignum, ut sine { hominum HPI 190 incolatu debeat putescere. Rogat deinde patruum et affinem suum Boleslaum Polonie regem, quatenus pro Dei honore et fidei sancte augmento animarumque

<sup>a</sup> Gissella *Ed. Crac. adn. 3*    <sup>b</sup> recalcitrare *Ed. Crac.*    <sup>c</sup> attractacione *Ed. Crac.*    <sup>d</sup> Polonorum *Ed. Crac.*    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu sub textu

remedio et salute cenobium illic monachorum et monasterium erigat et constituat, stabilius, feliciusque regnum, postquam illum a terreno solvi contingeret, in celestibus pro huiusmodi<sup>a</sup> sancto opere habiturus. Cumque ad id Boleslaus Polonie rex facilem et ultroneum liberali et regio animo prebuisset consensum, dux Emericus sua se petitione et desiderio videns potitum, in magnam exultacionem erupit et primum Deo, deinde Boleslao regi gratias agens, mox crucem bifurcatam, porcionem notabilem Dominici ligni<sup>b</sup> continentem, modico argento obductam, parenti suo Stephano Hungarorum regi a Grecorum cesare ex Constantinopoli pro magno munere transmissam, quam vir Dei Emericus in pectore ex patris largicione gestare consueverat, exemit illique loco (ita enim in visione monitus fertur fuisse) donat. „Hoc“ inquit „preciosissimum lignum Salvatoris nostri cruore complutum et quo carius nichil habui, sed nec sum habiturus, huic loco dono, propicia divinitate, virtute sua omnibus in necessitatibus, pressuris, angustiis et egritudinibus constitutis, plurima beneficia largiturum“. Boleslaus itaque Polonorum rex sponsioni sue satisfaciens, anno eodem monasterium<sup>1</sup> ordinis sancti Benedicti illic erigit et regali munificencia dotem illi congruam et sufficientem consignat<sup>c</sup>, fratres Deo sub habitu et regula sancti Benedicti militaturos inducit, ecclesiam quoque sub honore et titulo Sancte Crucis a fundamentis inicians, Grecorum more ex lapidibus construit et consumat, locans et recondens lignum preciosissimum Dominicum, per beatum virum Emericum largitum in eadem. Cuius condicio et qualitas in hanc diem perdurans longevam eius testatur annositatem.

*Gaudentius archiepiscopus Gnesnensis moritur*

<sup>a</sup>—< Gawdencius, qui et alio nomine Radzim, germanus b(eati) Adalberti, archiepiscopus Gneznensis, cum annos septem in vita sanctimonia in pontificatu Gneznensi exegisset, apud Gneznam moritur<sup>2</sup> et in Gneznensi ecclesia sepelitur. Fertur hic moribundus in Gneznensem civitatem ob multitudinem immanium scelerum, quibus se coinquinaverat<sup>e</sup>, nec eo monente penitere voluerat, anathema protulisse.

HPQ191 Nec cassum transiit, quod vir Dei } predixerat: a Brzetislao<sup>3</sup> siquidem Bohemie

<sup>a</sup> eiusmodi *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> lignum Salvatoris nostri per Emericum ducem Calvo Monti donantur *atramento rubro manu XVI s. in margine*    <sup>c</sup> consignavit *Ed. Crac.*    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in vacuo intervallo  
<sup>e</sup> coinquinaverat *aut. corr. Ed. Crac.*

duce et suo exercitu (ut in sequentibus narrabimus) Kazimiro<sup>1</sup> Polonie rege in Almania exulante, invasa calamitatem et cladem ingentem pertulit et nobilissima sua clenodia opesque plurimas, quibus ad invidiam usque abundaverat, amisit. Huic Ypolitus<sup>2</sup> genere Italus successit><sup>d</sup>.

ANNUS DOMINI MILLESIMUS SEPTIMUS.

*Boleslaus rex Poloniae  
illustris Odalricum Bohemiae ducem captivum liberat  
et in Bohemiam remittit; qui fratrem excaecat  
et in Polonos atque in Rawitas<sup>3</sup> amicos regis saevit.  
Fames et pestis generalis*

Captivitati calamitatisque Odalrici<sup>4</sup>, filii Boleslai Bohemie ducis, quam aliquanto iam tempore in Polonia pertulerat, Boleslaus Polonie rex pia miseracione compassus, tum quod illi sanguine et affinitate propinqua iunctus esset, tum quod pluribus sponsonibus a fide et devocione atque officio Boleslai regis se nunquam discessurum a<lacrimis et iureiurando interpositis><sup>a</sup> asseverabat, a captivitate solvit et equis, familiaribus, <sup>b</sup>vestimentis et<sup>b</sup> plurima regali supellectili exornatum vestitumque in Bohemiam remittit. Qui <sup>c</sup><ex carceribus beneficio [.....<sup>d</sup>] Boleslai regis Polonie in libertatem vindicatus><sup>e</sup>, omnium, que Boleslao regi Polonie sponponderat, et beneficii, quod illi prestiterat, oblitus, Bohemiam reversus et presidia, que a Polonis tenebantur, exturbat, et plerosque barones regi Boleslao Polonie<sup>e</sup> fidem temerare nolentes, et signanter Vrszowiczenses, quorum genus Boleslao Polonie regi fide sincera adhesisse noscebat, perimit, bonorum ablacione mulctat et proscribit, <sup>f</sup><adeoque in Polonie regem et suos sevirere cepit, ut lacrimas, quas in conspectu regis profuderat, gaudio videretur proiecisse><sup>f</sup>. Nec his contentus, suspectam habens germani fratris Jaromiri societatem, nimio principandi flagrans desiderio, fratrem eundem Jaromir captivat captumque inoncenter et nullo precedente excessu aut demerito, quo firma ducatus Bohemie in eum solum recideret successio, utroque oculo

<sup>a-a</sup> manu Dlugossii in margine    <sup>b-b</sup> vestimentisque et aut.    <sup>c-c</sup> cf. adn. a-a    <sup>d</sup> ducis deletum in aut.    <sup>e</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>f-f</sup> cf. adn. a-a

execat et privat, crudelitatis sue monita in fratrem germanum et innoxium deprompta  
*aut.* | 123\* presenti et future | etati non sine suo et sue posteritatis dedecore relinquens.

<sup>a</sup> < Fames<sup>b</sup> et pestis<sup>c</sup> atque lues miserabilis non in Regno tantummodo Polonie,  
 sed pene per universum orbem fuit, quarum clades multos mortales absumens,  
 multas urbes et colonias desertavit <sup>a</sup>. >

HPR192

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS OCTAVUS.

*Jaroslauus Russiae dux  
 fratrem Swatopelkonem fratricidam profligat et Kyow accipit,  
 Swatopelkone in Poloniam fugiente*

Forti frequentique exercitu ex Ruthenis et Waraiis Jaroslauus<sup>1</sup> Russiae dux comparato contra Swanthopelkonem fratrem hostiliter procedit, duorum germanorum coniunctim, videlicet Hleb et Borzisch, indigna nece ab eo peremptorum, mortem ulturus. Cui cum Rutenis et Pyeczyenyadzis Swantopelkus circa castrum Lubyecz<sup>2</sup> et flumen<sup>d</sup> Dnyepr<sup>e</sup> occurrit. Et flumine Dnyepr<sup>f</sup> utrumque exercitum dividente, trimestri spacio stativa illic, uno alterum propter mediantes undas invadere non audente, habita sunt. Jaroslauus tandem flumine Dnyepr<sup>g</sup> cum omni suo exercitu superato Swantopelkonem et exercitum eius inter duos lacus consistentem subito et insperate invadit. Exercitus autem Swanthopelkonis hostium armatorum <sup>h</sup> et expeditorum<sup>h</sup>, inermis ipse, adventu percussus, in lacus frigore hyemali congelatos ex tabernaculis diffugit; ubi glacie fragili violata plures numero sorbentur ab undis, reliqui a Jaroslao et exercitu eius aut trucidantur, aut captivantur<sup>i</sup>. Swantopelkus vero vix manus hostiles evadens prepeti cursu in Poloniam effugit et ad Boleslaum Polonorum regem se conferens, supplex ferri sibi contra fratrem Jaroslaum solacia, plurima offerens, maiora policens, expeciit. Capit autem Jaroslauus Russiae dux Swantopelkone<sup>j</sup> et exercitu eius conflictu, castrum Kyow, tradentibus se illi Kyowiensibus, et sedit in principatu Kyowiensi habens annum vicesimum octawm.

<sup>a-a</sup> manu eiusdem temporis sub textu    <sup>b</sup> litteris grandioribus    <sup>c</sup> postis Ed. Crac.    <sup>d</sup> fluvium Ed. Crac.  
<sup>e</sup> Nyepr primo in aut.    <sup>f</sup> cf. adn. e    <sup>g</sup> cf. adn. e    <sup>h-h</sup> in rasura aut.    <sup>i</sup> capiuntur Ed. Crac.    <sup>j</sup> Swatopelkonem Ed. Crac.

*Boleslaus rex Poloniae Swatopelkonem restituens  
breui omnem Russiam conquirit,  
Iaroslaum bis profligat et Kyoviam acceptam Swatopelkoni restituit,  
Iaroslaos ad Nowogrod fugiente;  
Swatopelkone autem imperium regis non ferente  
et milites Polonos clam necante, rex id resciciens  
civitatem diripit et cum duabus sororibus Swatopelkonis ac multis Ruthenis  
in Poloniam triumphans revertitur,  
erectis tribus columnis aereis pro gadibus in flumine Dnyepr<sup>1</sup>*

P]recipuis <sup>a</sup>bellatoribus et militibus ex Polonie Regno Boleslaus Polonoꝝrum rex HPD<sup>193</sup>  
in grandem exercitum coactis, prefectisque, qui ordines ducerent, et millenariis,  
centurionibus, quinquagenariis et decanis ceterisque, qui agminibus preessent,  
<sup>b</sup>legitimo iure<sup>b</sup> ordinatis, Sethegio<sup>2</sup> vero, Cracowiensi palatino, principe milicie  
constituto, terram Russie Swatopelkonem ducem expulsam restitutus, potenti  
brachio ingreditur, plures facciones, predas, spolia et iniurias, quibus Regnum  
Polonie Rutheni crebrius vexabant, vindicaturus. Agmen autem universi exercitus  
Boleslai regis et prefectorum precipua cura adeo instructum regulatumque erat,  
ut et stare et sequi et in ordines coire et, quicquid posceret necessitas, agere primum  
esset. Russiam itaque Boleslaus Polonie rex ingressus, universas eorum civitates  
et opida sine resistens aliqua capit et conquirit. Neque enim pro ea tempestate  
aliquae civitates munite habebantur rarusque murorum usus apud Ruthenos erat,  
sed etsi civitates aliquae principales frequentiam habebant domorum et civium,  
hec tamen solo nature situ aut lignorum struibus, pro muris et menis<sup>c</sup> edificatis,  
erant debiliter stabilite. Omnes itaque civitates Russie Boleslaus Polonie rex com-  
prehendens et militibus tribuens in predam, arces dimittebat inconquisitas, | videns aut. | 124\*  
illas pro sui conquisicione non modicum temporis, cuius apud eum erat magna  
caritas et estimacio, absumpturum. Celerrimo igitur cursu Russiam spoliis et  
incendiis, nullo resistente, conficiens, ad Ruthenorum terram Wolhinensem, que  
Luczensis nunc appellatur, pervenit. Postquam autem duci Russie Jaroslao, qui  
tunc voluptati et solaciis deditus, hamo pisces in fluvio Dnyepr<sup>d</sup>, quorum<sup>e</sup> fluvius  
ipse magnam edit abundanciam, piscaretur, adventus Boleslai Polonorum regis citus

<sup>a</sup> l. o.   <sup>b-b</sup> legitime Ed. Crac.   <sup>c</sup> moenibus Ed. Crac.   <sup>d</sup> cf. p. 258 adn. e   <sup>e</sup> Ed. Crac., quarum aut.



et velox denunciatus fuisset, tunc quidem subito pavore percussus, hamo quem manu gestaverat in terram proiecto: „Nichil“ inquit „hoc hamo hactenus opus est, neque, ut pisces comprehendamus, sed qualiter hosti occurramus, curandum, ne hostis infesti et potentis, effusionem sanguinis nostri sicientis, hamo involvamur“<sup>a</sup>.

C]ongregatis<sup>b</sup> itaque multiplicibus ex Ruthenis, Waraiis et Pyeczenyadzis copiis, Boleslao Polonorum regi ad flumen Bug occurrit, transitum illius, si posset, prohibiturus, si minus, decertaturus. Absumptis itaque ad ripas fluminis Bug ab utroque exercitu diebus aliquot, fiebant inter exercitus excursiones et <sup>c</sup><certaminis mutua><sup>c</sup> preludea; tandem ad universe dimicacionis discrimen, <sup>d</sup><primum glebis et improperiis acta re, eo disceptacionem ex parwo, ut fit, momento excanduisse, ut iam a multis per saxa, iacula et sudes res agi cepta sedari nequiret><sup>d</sup>. Erat Ja{ros}lao Russie duci suus alumpnus nomine Budy<sup>1</sup> plurium carus et omnium consiliorum et negociorum Jaroslai consultor, moderator et director, qui in altera ripa consistens, multis impropriis Boleslaum Polonorum regem et suum exercitum irritabat, nunc meticulosum, nunc crassum Boleslaum Polonorum regem appellans, astruens se illius crassum viscus, si in aciem prodire auderet, confossurum. Quibus contumeliis Boleslaus Polonorum rex provocatus, concione advocata militum, prudenti usus oracione, ne suam et regis sui ignominiam equo animo tolerant<sup>e</sup>, sed armis expeditis illico in prelium prodeant, hortatur. Universo itaque exercitu velocissime armato Boleslaus Polonorum rex primus Bug fluvium insilit, quo superato Ruthenos trepidantes et suos in arma vocantes invadit. <sup>f</sup><Mirificum hinc inde accensum est certamen, adeo ut in omnem fortune experigenciam veniretur><sup>f</sup>; et quamvis aliquantis horis fuisset hinc inde pugnatum, ad extremum<sup>g</sup> tamen Jaroslaus Russie dux cum universis suis copiis contritus et conflictus est et cum quatuor tantummodo<sup>h</sup> comitibus in Kyowiam effugit. Ingens cedes tunc a iusta ira edita est, sed et multi ex Ruthenis, Pyeczenyedzis et Waraiis capti, castris eciam hostilibus magne opulencie Polonus potitus. Jaroslaus dux in Kyowia consistere, ne a suis proderetur, non ausus, in paludiosa loca divertit, <sup>i</sup><futurum ut erat, ratus Boleslaum Polonorum regem se persequuturum et locum, quo se reponeret, obsessurum><sup>i</sup>.

<sup>1</sup>A]b exploratoribus<sup>1</sup> autem et fugitivis Boleslaus Polonie rex Jaroslaum Russie

<sup>a</sup> in aut. spatium 5 versibus scribendis aptum vacuum relictum; in Ed. Crac. textus continuus <sup>b</sup> l. o.  
<sup>c-c</sup> Dlugossii manu in margine <sup>d-d</sup> cf. adn. c-c, in textu sequuntur verba cancellata ex parwo ut fit momento perventum est deleta in aut. sunt <sup>e</sup> tolerarent Ed. Crac., ra primo superscriptum deinde erasum <sup>f-f</sup> cf. adn. c-c <sup>g</sup> ultimum Ed. Crac. <sup>h</sup> taptum Ed. Crac. <sup>i-i</sup> Dlugossii manu infra textum, deinde intervallum relictum 5 versibus scribendis aptum, in Ed. Crac. textus continuus <sup>i-i</sup> l. o.

ducem ex ipsa principatus sui arce Kyowia doctus diffugisse, tanto velocius ad Kyowiam promovet exercitum et aliquot stativis illic applicans, urbem ad vada fluminis famosi Dnyepr<sup>a</sup> sitam, situ et populo diffusam et amplissimam eaque tempestate famosam (cuius magnitudinem, opulenciamque eciam nunc ruine et tricentarum<sup>b</sup> vel citra<sup>b</sup> ecclesiarum semidiruti muri protestantur) undique cingit et tam terrestri quam navali loco eam obsidione coarctat, providens omni studio et cautela, ne quid ad illam posset importari, sciens tante multitudini, que illic erat inclusa et que ex pluribus Russie oris, se illic tutam consistere putans, defllexerat, alimenta propediem deesse. Impugnacionem itaque urbis levibus | quibusdam infestacionibus *aut.*|125\* ostendens magis quam exequens, finalem eius conquisicionem in aliquantum tempus differebat, sperans se illam vel sola fame absque periculo et interitu militum confecturum. Nec eum opinio fefellit: pluribus enim in urbe obsessa vel fame { extinctis, vel inedia maceratis, traditur Boleslao Polonorum regi civitas, quam in *HPD*195 splendore armorum eques et ense nudato cum expeditis militibus, aliquot agminibus eum precedentibus et subsequentibus, ingressurus in portam, per quam primum intrabat, et que aurea<sup>1</sup> ab incolis vocabatur, in forti brachio mucronem vibrans impegit et illam in sui medio dividens et perscindens signum triumphale sue capcionis et victorie illic reliquit; ac deinde ad arcem ducalem divertens eam comprehendit et universam supellectilem et thesauros ducales adeptus, militibus pleraque in solacium dedit et Swantopelkonem ducem Russie in sedem Kyowiensem, a qua pulsus erat, restituit. Prestancioribus autem militibus circa se Boleslaus Polonorum rex relictis, ceteram omnem multitudinem (iam enim hiemps appetebat), in hiberna distribuit, Swantopelkone duce Russie Polonorum militibus affatim providente et de commeatu et de vestitu. Cognoscens autem Jaroslaus Russie dux Polonorum exercitum ex Kyow in hiberna deductum esse et Boleslaum Polonorum regem cum paucis in Kyow remansisse, congesto exercitu clandestine versus Kyow transit, Boleslaum Polonie regem quacunquē arte aut ingenio occisurus. Boleslaus autem Polonorum rex, denunciato sibi Jaroslai et hostium adventu, armis correptis equum illico conscendit militesque se sequi et in ordines ire iubet ordinatoque exercitu flumineque Dnyepr<sup>e</sup> superato, Jaroslaum et exercitum eius in altera parte fluminis agentem stativa invadit; fitque acerrima pugna et vincitur Jaroslaus a Boleslao Polonorum rege et omnis milicia Jaroslai aut tunc cecidit, aut in potes-

<sup>a</sup> Ed. Crac., primo Nyestr correctum in Dnyestr aut.    <sup>b-b</sup> in rasura    <sup>c</sup> pr in rasura correctum

tatem Boleslai Polonie regis viva venit. Jaroslaus cum paucis, equos mutando, in Nowogrod fugiens pervenit, ubi ex nimio pavore et dolore consternatus, non audens consistere (Boleslaum enim Polonorum regem ad se expugnandum illuc verebatur venturum) ultra mare fugere disponebat; quem Nowogrodenses non solum retinent, sed paventem ac dubium rebus suis et spe alciori reficiunt, et ut nowns ac<sup>a</sup> recens exercitus contra Boleslaum Polonorum regem instaurari posset, ut quilibet agrestis quatuor mardures, nobilis quinquaginta<sup>b</sup> marcas, capitaneus decem marcarum<sup>c</sup> solvere debeat, decernunt. Certatim itaque magna pecunia congesta Warahos in sui solacium conducunt, Boleslao Polonorum regi nowm bellum illaturi.

<sup>d</sup><Totus tamen ille apparatus bellicus Jaroslai ex pavore recentis cladis in auras evanuit. Boleslaus deinde Polonorum rex Herculem illum fortissimum, qui in finibus Hesperie<sup>1</sup> tres turres fabricaverat, expressurus, tres et ipse in flumine Dnyepr<sup>e</sup> <in eo { loco, ubi fluvius Szula<sup>2</sup> miscet se fluvio Dnyepr<sup>f</sup> }<sup>e</sup>, ex solido ferro columpnas, que et in eam diem permanere asseruntur, pro gadibus perpetuis locat, qui in flumine Szolawa<sup>3</sup> in occidente tres postea<sup>g</sup> locavit, triumphales suas victorias et Polonorum terminos aput [...<sup>h</sup>] posteros testaturas<sup>d</sup>.

<sup>1</sup>S]edit autem<sup>1</sup> Boleslaus Polonorum rex in Kyow multo tempore, et parebant Ruthenorum<sup>1</sup> nobiles proceres et universe Rutenice gentes eius imperio atque dicioni. Verum Swantopelkus Russie dux, vir parum sensatus, Boleslai Polonorum regis diuturnam moram moleste ferens, aliquos Polonorum milites <sup>k</sup><in hibernis commorantes><sup>k</sup> clam aut ipse interficit, aut interfici a suis disponit. Qua iniuria Boleslaus Polonorum rex iuste permotus, militibus suis et universo Polonorum exercitu ex hibernis revocato, civitatem Kyowiensem, Swantopelkone diffugiente, dat militibus in predam; <sup>1</sup><castra quoque Russie in suam redigens dicionem, rapinis non prius temperatum, donec omnes Ruthenorum, Kyowiensiumque fortune, felicitate diuturna cumulate, per Polonos fuissent egeste. Ex eo autem tempore Kyovia, etsi per varios principes reparata sit, urbis quoque ducalis dignitatem obtineat, accepte tamen tunc ruine posteris signa prefert><sup>1</sup>. Duas deinde sorores Swantopelkonis et Jaroslai ducum Russie, videlicet Przeczslawam<sup>4</sup> et Mszczislawam<sup>5</sup>, item boyaros et proceres Russie magis insignes captivat et vinctos, ut obsidum

<sup>a</sup> et Ed. Crac. <sup>b</sup> quinque Ed. Crac. <sup>c</sup> marcas Ed. Crac. <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in spatio vacuo  
<sup>e-e</sup> Dlugossii manu in margine <sup>f</sup> Nyeptr a Dlugossio primo <sup>g</sup> Dlugossii manu in rasura correctum <sup>h</sup> in  
 textu rasura 4 litteris scribendis apta <sup>1-1</sup> l. o. in Ed. Crac. sine intervallo <sup>1</sup> primo Pruthenorum  
 Dlugossii manu correctum <sup>k-k</sup> cf. adn. <sup>e-e</sup> <sup>1-1</sup> cf. adn. <sup>e-e</sup>

essent loco, onustus Ruthenorum spoliis pluresque ordines captivorum ex Ruthenis secum ducens, in Poloniam, pluribus castris Russie forti militum Polonorum presidio imposito <locatis><sup>a</sup>, remeabat<sup>b</sup>,<sup>c</sup> <preficiens thesauris suis Anastasium<sup>1</sup> Ruthenum, qui se illi in dolo gratum et fidelem insinuaverat, thesaurarium et servitorem><sup>e</sup>.

*Ex pacto cum daemone inito Silvester papa secundus multa alia ad votum tandem et papatum assecutus, moriturus quaedam membra corporis sui poenitens praecidi iubet; Johannem decimum octavum habuit successorem<sup>2</sup>*

<sup>a</sup><Silvester<sup>3</sup> papa secundus cum annis quatuor, mense uno, diebus octo sedisset, rebus eximitur humanis. Qui primum iuvenis<sup>4</sup> Floriacensis<sup>4</sup> cenobii in Aurelianensi diocesi monachus fuit, sed relicto monasterio, dyabolo repromittente, ut sibi cuncta ad votum fluerent, homagium fecit. Cum demone autem super suis desideriis frequenter colloquens, in tantum apud Hispalim {civitatem Hispanie studendo HPI 197 profecit, ut maximus in doctrina habitus, Otthonem imperatorem et Robertum<sup>5</sup> regem Francie pluresque alios haberet auditores. Ambiciones deinde suas demone implente, primum in Remensem<sup>6</sup>, deinde in Ravennatem<sup>f</sup>, postremo in Romanum pontificem promovetur. Dum autem a demone querens, quanto tempore viveret in papatu, et responsum accepisset: „Quam diu non celebraret in Jheruzalem“ aut. | 126\* [et<sup>h</sup>] primum gavisus est, sperans se longe esse a fine, sicut longe fuit a peregrinationis in Jheruzalem ultra mare voluntate. Et cum in Quadragesima ad ecclesiam sancte Crucis in Jheruzalem in Laterano celebraret, ex strepitu demonum sensit sibi mortem adesse, [et<sup>h</sup>] suspirans ingemuit. Et licet sceleratissimus esset, de misericordia Dei non desperans, revelando coram omnibus scelus suum, membra omnia, quibus dyabolo servierant, iussit praecidi et truncum exanime<sup>1</sup> super bigam poni et ubicumque animalia perducerent et sisterent, illic sepeliri<sup>1</sup>, quod et factum est. Sepultusque est in ecclesia Lateranensi, et in signum misericordie consecute sepulcrum eius tam ex tumultu ossium quam ex sudore, presagium est pape morituri. Johannes decimus octavus<sup>7</sup> illi successit <sup>k</sup>nacione Tuscus><sup>d</sup>.

<sup>a</sup> Dlugossii manu superscriptum    <sup>b</sup> remeavit Ed. Crac.    <sup>c-e</sup> Dlugossii manu infra textum    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in inferiore margine    <sup>e</sup> deest in Ed. Crac., inveniens aut.    <sup>f</sup> Ravennatensem Ed. Crac.    <sup>g</sup> hinc in superiore margine    <sup>h</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>1</sup> exanimem Ed. Crac.    <sup>1</sup> Ed. Crac., sepeliretur aut.    <sup>k</sup> hinc Dlugossius alio atramento

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS NONUS.

*Jaroslaum Russiae ducem  
cum omni potentia Regnum Poloniae ingressum Boleslaus rex  
per remissum exercitum strenue pugnantem profligat  
et onustus praeda ac spoliis revertitur  
illisque ecclesiam Gnesnensem et alias ornat*

HPQ198 Ex Russia Boleslao Polonorum rege cum gravibus et insignibus spoliis in Poloniam remeante Jaroslaus Ruthenorum dux, quem armis et virtute superare desperaverat, astu et dolis vincendum credebat. Notabili enim ex Ruthenis, Plaucis, Pyeczenyadzis et Warahis ceterisque nacionibus exercitu collecto, egressum Boleslai regis cautissime observabat suaque et sui exercitus egredientis pedetentim et latenter insequabatur vestigia, in finibus terrarum exercitu Boleslai<sup>a</sup> in diversas oras distracto irrupcionem facturus: arbitrabatur siquidem Polonos more condicionis humane, quod et auro, argento ceterisque spoliis quam maxime ditati et subsarcinati erant et<sup>b</sup> coniuges, liberos ceteraque pignora longo tempore non viderant, celeri passu domos petituros et regem cum paucis relicturos. Calido<sup>c</sup> autem satis suo ingenio eciam eventus <sup>d</sup><ad spem><sup>d</sup> respondit. Boleslaus enim Polonie rex victorem se, Jaroslaum<sup>e</sup> vero Ruthenorum ducem, qui sub tanto tempore ignaviter se in latibulis absconderat, pro victo reputans, ad fluvium Bug perveniens, exercitum, ut sua quisque loca peteret, licenciavit. Iamque amplissima pars sui exercitus defluserat, cum Jaroslaus Ruthenorum princeps a speculatoribus cum numero et copioso exercitu nunciatur adesse; illic enim Boleslaum regem consecutus erat, doctus a suis exploratoribus exercitum Boleslai defluxisse et defluxurum amplius fore. Boleslaus autem Polonorum rex, ut erat vir animositatis et fortitudinis insignis et rare, nichil hostium adventu percussus, plerosque milites, qui parum recessus confecerant, revocat et cum hostibus quantacunque potencia peditis decernere statuit; urgebatur enim Ruthenorum impetuosa invasione, fugam autem turpem sibi, turpem exercitui suo magis quam mortem execrabatur, intelligens Ruthenos

<sup>a</sup> terminatio in rasura correcta    <sup>b</sup> ac Ed. Crac.    <sup>c</sup> in rasura    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu superscriptum  
<sup>e</sup> Ed. Crac., Jaroslaus aut.

fuga sua animatos, interiora regni sui penetraturos et hostiliter in universos sevituros, sed et per Ruthenorum irrupcionem, claritatem et titulos superiorum suarum victoriarum aput gentes et naciones subactas et subigendas amarius morte ducebat fuscari et preberi illis occasionem et audaciam contra suum imperium calcitrandi; sed et in eo se loco a Jaroslao duce Russie occupatum videbat, ex quo exercitus suus residuus non nisi victor recipi posset. Prius tamen, quam ad congressum cum Rutheno veniret, alloquendos sibi milites et ad pugnam incendendos ratus, hec aput illos facit verba:<sup>1</sup> „Probitatem vestram, o milites, in pluribus bellis et periculis retroactis frequencius expertus, ad certamen cum hostibus, qui nobis multo plures numero sunt, ineundum, quoniam aliud agere honestas disuadet, vos duco, verbis meis nichil quidem vestre virtuti adiecturus, verum ea, que imminent, queque verisimiliter contingere possunt commemoraturus. Hostem enim cernitis et suapte et nostris provocatum armis infestissimum, dissoluzione defluxioneque exercitus nostri<sup>a</sup>, qui neque colligi neque revocari absque evidenti nostra clade et periculo potest, cervicibus nostris, et de victoria gloriabundum, imminentem. Is, si vivere honeste et in libertate volumus, si penates nostros, si coniuges et liberos servare, si partis victoriis gloriari { et subactas naciones sub iugo et tributo detinere, si HPQ199 denique Russiam ipsam tributariam nobis facere et opima spolia atque captivorum mancipia ex ea relata possidere libet, ferro armisque hostis, numero quidem magnus, sed animo imbellis et ignaws, summovendus est et inanis spes potiunde victorie, qua iam inflatus superbit | et tumet, vestris dextris eripienda. Quid enim proderit aut. | 127\* Bohemos vicisse illosque et Morawos dicionis nostre fecisse ceterasque naciones in circuitu debellatas humiliasse, si Ruthenorum armis victi, et ab hoste fugaci et pavoroso debellati singulis, que virtute quesivimus, exuemur? Fines regni nostri propagaturi bellum Ruthenis intulimus; nisi tamen hinc victores evadamus, amittimus propagatos. Ego in celestium confisus auxilio, spero me vestra virtute die hodierna insignem victoriam ex hac hostium multitudine relaturum meisque superioribus victoriis famosum et clarissimum titulum huius victorie eventu adiecturum. Spe optima plenus, optime vos sperare iubeo; que si non subesset, necessitas tamen, <sup>b</sup>⟨que maximum ac ultimum est telum⟩<sup>b</sup>, stimulare deberet. Quocunque enim nos vertamus, o milites, ad extrema perventum est: fuge enim preda nobis presertim hostiles vehentibus nulla facultas, circumfuisis<sup>c</sup> hostium

<sup>a</sup> in rasura    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>c</sup> undique additum in Ed. Crac.

HPR200

copiis et nos impigre observantibus; dedi vero hostibus perpetuam vilitatem, turpitudinem nomini nostro atque generi inureret; auxiliares vero ex Polonia prestolari copias eorum esset, qui certaminis possent declinare discrimen. At nostra paucitate hostes conspecta prepeti in prelium armantur fervore. <sup>a</sup>⟨Dum<sup>1</sup> itaque virtute non possumus, necessitate superiores evadamus⟩<sup>a</sup>. Cura igitur mortis et vite presentis spe circumscripta, unusquisque vestrum ruat in hostem, iugulum hosti perfractus magis quam prebiturus. Paucorum annorum accessio unumquemque vestrum non moveat: cum etsi nunc servati, ex post nichilominus peste, morbo vel casu aliquo sumus morituri“. Hac cohortacione incensi militum animi gloriosam mortem subire, quam ex prelio pedem referre, clamorosis vocibus devovebant. Quos ut alacres et plenos bone spei Boleslaus rex vidit, extemplo signa canere iubens ducit in hostem et pugnam conserit, equis et hastis velocissimo cursu concitatis. Rutheni inferri sibi prelium, contra ut erant rati [viderant<sup>b</sup>], plurima admiracione percelluntur, paucitatem in multitudine circumferri, primos tamen impetus sustinentes magno et ipsi animo ex spe dudum concepta bellum gerunt. Verum tempore procedente, videntes Rutheni suorum } numerositatem diminui et Polonos ad extremum casum paratos maiorem quam pro numero cladem, Boleslao rege unumquemque ex nomine cohortante, edidisse, spe priori extincta (cadentibus enim primis, ad se quisque cedem non ambigebat perventuram) pedem referunt, quanta tamen possunt vi, abundante multitudine resistunt. <sup>e</sup>⟨Audaciores, pugnacioresque Polonos faciebat necessitas, cum nullam viderent nisi per ferrum tantis circumfusi hostibus spem evadendi⟩<sup>c</sup>; verum Boleslaus territos eos perpendens, suis, si paululum adnitantur, victoriam denunciat. Nec<sup>2</sup> regis atque ducis officio contentus, cum militibus, qui illum<sup>d</sup> observabant, prelio se infundit aciesque hostiles sensim cedentes ad extremum perforat, prosternit et dissolvit, <sup>e</sup>⟨manus et copias exhibens prelio et contra hostes fortiter pugnans, providenciam tamen boni ducis non omittebat, sed ubicumque consilio opus erat, accurrens, bellum et bellantes adiuvabat. Et cum Mars magis magisque crudesceret, nunc adhortacione, nunc, stricto gladio, nunc feriendo, nunc sauciis recentes substituendo, dubium effecit, plusne sapientis imperatoris artibus, an fortis militis opera pro consequenda victoria uteretur⟩<sup>e</sup> suisque celeriolem victoriam largitur triumphalemque et magnam viri fortis in ea pugna gloriam effectum maiori consecutus, quam voto: omnia enim erant tumultus,

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>c-c</sup> cf. adn. a-a    <sup>d</sup> eum in Ed. Crac.  
<sup>e-e</sup> Dlugossii manu alio atramento in margine

timoris, fuge plena. Dux ipse Ruthenorum Jaroslaus suos, crescente pugna, deteriori loco et in fugam versos conspiciens, insignibus ducalibus, ne proderent fugientem, abiectis equos mutando, persequencium Polonorum manus fugiendo evasit. Omnium autem illa hostilis multitudo aut prelio occubuit, aut viva in Polonorum manus venit, paucis, qui in itinera magis abdita ex communi cursu diverterant, salvatis. Tanta autem Ruthenorum cedes tunc edita fertur fuisse, ut fluvius Bug occisorum inebriatus sanguine fluorem suum per certa spacia rubrum produxerat et Rutheni ex regionibus longiquis ad reperienda suorum carorum cadavera<sup>a</sup> in certaminis locum advenientes planiciem universam stratam multitudine funerum et crebras congeries eorum contemplati, a querendis, quos sepeliendos advenerant, difficultate quesicionis arcebantur. <sup>b</sup>〈Capta aliquot signa militaria, impedimenta fere cuncta cum sarcinis, militum et equorum complura milia comprehensa et in dedicionem accepta〉<sup>b</sup>. |

<sup>c</sup>M]emorabili<sup>d</sup> prelio confecto et cede quam maxima in Ruthenis et ceteris, qui aut. | 128\* illis solacia tulerant, Boleslaus Polonie rex edita in Poloniam non iam solum cum predis et Ruthenorum spoliis, sed cum captivorum cuneis feliciter regrediebatur. Cui per loca transitum facienti, { processiones et excepciones omnium ordinum, HPR201 velut glorioso athlete et victori honor exhibebatur. Ex spoliis autem Russie primum honoravit ecclesias omnes regni sui kathedrales, dando unicuique ecclesie magni ponderis clenodia; in ecclesiam tamen Gneznensem (illic enim coronacionis sue agebantur solennia, illic et regiam magis usitatam habebat) liberalitate fuit profusior: que quidem insignia et magni precii clenodia eciam in hanc diem Gneznensis ecclesia obtinet, trophea Boleslai regis per ea succedenti etati innovans et demonstrans. Deinde ex eisdem spoliis milites, quos vidit enixius in bello meruisse, de publico honoravit et cuncta huiusmodi spolia innata liberalitate distribuit, largicione huiusmodi singulos premians et animosa corda in alciora strenuitatis opera inflammans, mirator amatorque rerum excellencium, auri vero opumque fallacium, nisi pro necessitate, contemptor.

<sup>e</sup>〈Johanne papa decimo octavo, qui sedit mensibus quinque diebus viginti quinque, <sup>f</sup>et cessavit diebus decem et novem mortuo<sup>g</sup>, Johannes decimus nonus<sup>h</sup> successit, nacione Romanus de regione, que vocatur Porta Metropolis<sup>i</sup>, qui ante Fasanus vocabatur〉<sup>e</sup>.

<sup>a</sup> corpora in Ed. Crac. <sup>b-b</sup> Dlugossii manu infra textum <sup>c</sup> in aut. novum caput a superiore margine incipit intervallo 8 versibus scribendis apto vacuo relicto <sup>d</sup> l. o.; clade et additum hic in Ed. Crac. <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in vacuo intervallo <sup>f-f</sup> mortuo, cessavit Pontificatus diebus decem et novem Ed. Crac.



## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DECIMUS.

<sup>a</sup>⟨Fundacio monasterii Szezechoviensis⟩<sup>a</sup>

<sup>b</sup>⟨Boleslaus primus Polonie rex Chrobri<sup>1</sup>, id est potens et animosus, apellatus, videns multiplicia divina beneficia in se et regnum suum excrevisse, beneficiis ipsis munificencia regali pro sua virili responsurus, aliud claustrum<sup>2</sup> monachorum nigrorum sub regula beati Benedicti degencium in predio et villagio viri nobilis Sethegii, a quo et villagium ipsum Szezechow<sup>3</sup> nomen accepit, et de consensu ipsius Sethegii<sup>4</sup> ad fluvium Visla in terra Sandomiriensi et in loco ameno et saltuoso fundat, erigit, fabricat eique in dotem certas villas regias et introitus consignat⟩<sup>b</sup>.

<sup>c</sup>⟨Locum autem ipsum et Visla dives iam aquis non longe a monasterio preterfluit et aque alique ambiunt, que stagnando lacus efficiunt. Contulit autem tunc in dotem prefati monasterii <sup>a</sup>⟨Sethegius Comes⟩<sup>a</sup> et fundum et [...<sup>e</sup>] villas duodecim, exposit  
 HPR202 vero Henricus<sup>5</sup> dux Sandomiriensis, item Jacza<sup>6</sup> dux, item Martinus<sup>7</sup> comes, } item comes Krziwoszad et alii proceres regni plures villas; nemo tamen in dote tam munificus quam Boleslaus Polonie rex, qui ratione supremi iuris maiores obvenciones ex villa qualibet percipiebat⟩<sup>c</sup>.

*Swatopelkus a Jaroslao Russiae duce bis profligatur,  
 tandem moritur; Jaroslaus vero victor  
 castra per Boleslaum Poloniae regem consecuta non audet repetere*<sup>8</sup>

S]uperioris<sup>f</sup> anni clade apud fluvium Bug Jaroslaus Russie dux accepta, anno insequenti novm congerit contra Swantopelkonem ducem Russie ex propriis et auxiliaribus exercitum et vadit contra Kyow. Cui Swantopelkus occurrens <sup>g</sup>⟨in loco, in quo suo<sup>h</sup> iussu Borzisz occisus fuerat⟩<sup>g</sup>, inito certamine vincitur et succumbit. Et non audens ad Polonorum regem Boleslaum pro sui solacio recurrere, ad Pyecze-

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b-b</sup> totum caput primo obliterated, deinde obliteratione revocata, textus Dlugossii manu correctus    <sup>c-c</sup> Dlugossii manu infra textum; in Ed. Crac. sine intervallo    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in margine posterius adscriptum    <sup>e</sup> rasura 3 litteris scribendis spatio apta    <sup>f</sup> l. o.    <sup>g-g</sup> cf. adn. a-a  
<sup>h</sup> suo Dlugossio repetitum

nyagos divertit et contractis celerrime copiis revertitur Swantopelkus Russiam in fortitudine magna. Et occurrit illi Jaroslaus dux cum exercitu suo, et positis stativis circa Olcham fluvium in loco, ubi a Swantopelkone occisus erat Borzisch, in alterius diei adventum differunt certamen. | Quo adveniente (erat autem dies Veneris) out. | 129\* sole oriente congregiuntur, et prevalet Jaroslaus et exercitus eius, et Swantopelkus victus fugit et venit in Brzescze, quod a Boleslao Polonie rege <sup>a</sup><[et su]o prefecto [at]que presidio><sup>a</sup> tenebatur. Exinde vero de clemencia Boleslai Polonorum regis plurimum fidens, Poloniam procedebat, nova solacia ad rescindendas suas calamitates a Boleslao Polonorum rege petiturus; sed in itinere a repentino correptus languore moritur<sup>1</sup> et a comitibus suis in loco deserto et ignoto sepelitur. Post cuius mortem Jaroslaus dux pacificum aput Kyowienses tenuit principatum, et inter Russie duces prestancior habebatur, <sup>b</sup><Boleslaum Polonorum regem super castris <Russie><sup>c</sup>, que in potestatem suam acceperat, nullo pacto, potenciam suam pertimescens, audens quomodolibet impetere vel molestare. Possedit autem Boleslaus Polonorum rex et successores sui reges Polonie castra, opida et fortalicia tunc sub Ruthenis conquisita et ea per prefectos suos et capitaneos administravit magnamque terrarum Russie porcionem tunc armis quesitam, prope Kyow se protendentem, in suam dicionem et regni sui Polonie perpetuam potestatem subegit><sup>b</sup>. }

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS UNDECIMUS.

HPT203

*Brzetislaus dux Poloczensis sub Iaroslao patruo suo Kyoviensi  
duce ducatum Nowogrodensem occupat, quem postea Iaroslaus recuperat,  
et singulari certamine ex pacto cum duce Koschohoriensi inito,  
eum sibi cum omnibus suis subiicit*

Uno adversario, videlicet Swatopelkone Russie duce, fugato atque extincto, alter Jaroslao Russie duci adversarius consurgit et pro fratre nepos succedit. Brzetislaus<sup>2</sup> enim dux, filius Isaslai<sup>3</sup> ducis de Poloczsko, congregato de suis Poloczensibus et Varaiis exercitu vadit contra Nowogrod et occupat illud et universo Nowogrodensi ducatu in suam dicionem et obedienciam redacto prefectis illic dimissis in Poloczsko

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine, litterae et, su, at charta corrupta evanuerunt <sup>b-b</sup> manu Dlugossii sub textu <sup>c</sup> Dlugossii manu superscriptum

ad sedem paternam regrediebatur. Cui Jaroslaus Kyowiensis dux hereditaria sorte, ducatu videlicet Nowogrodensi, se exutum moleste ferens, <sup>a</sup>〈apud flumen Sudomir〉<sup>a1</sup> occurrit. Et certamine duro inter utrumque inito prevaluit Jaroslaus et cesis plurimis Brzetislaus victus refugit in Poloczsko ducatumque Nowogrodensem Jaroslaus recuperat <sup>b</sup>〈et spolia reducit〉<sup>b</sup>. Vadit posthec Jaroslaus dux Kyowiensis contra Rededa<sup>2</sup> ducem de Koschohori, subiecturus illum sibi, et singulari certamine victum (ita enim inter duces et eorum exercitus convenerat, ut duces potius, quam exercitus congregarentur victusque pareret victori) regionem gentis Koschohori<sup>3</sup> subicit tributumque genti imponit.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DUODECIMUS.

*Boleslaus rex Poloniae, ne militum animi otio hebetarentur, Saxoniam ingressus illam populatur et vastat nemine resistente et ad fluvium Szolawa columnas ferreas pro gadibus et finibus regni sui erigit*

〈Ruthenico〉<sup>c</sup> bello Boleslaus Polonie rex perfunctus ad alia bella obeunda, ne 〈animi〉<sup>d</sup> militum ex quiete ebetarentur, animum convertit indomitisque usque ad id tempus Saxonibus bellum infert. Acturus autem in Saxones expeditionem, omnes copias ex singulis terris urbibusque regni sui, dudum et in primordio regni sui per illum delectu habito, ordinatas et conscriptas convenire iussit<sup>4</sup>. Habebat siquidem unaqueque urbs capitalis regni sui desi}gnatum numerum, quot videlicet et quantos milites in bellum generale missura foret; propter quod facile poterat rex virium suarum estimata potencia aut bellum abnuere, aut inferre. Collecto itaque exercitu numeroso Saxoniam ingressus, Saxones sibi occursuros et certamen secum presumebat inituros; eo quoque<sup>e</sup> respectu et milites ire in ordine<sup>f</sup>, et a signis nusquam discedere coegit. Postquam autem ab exploratoribus cercior factus est <sup>aut.</sup>130\* nichil contra se hostile geri | et Saxones potenciam suam veritos aut in nemorum, silvarum lustra, loca quoque invia se et pecus omnemque supellectilem abdidisse, aut in castris municionibusque forcioribus, ceteris debilioribus concrematis, ne hostibus presidio essent, se continere: milites in agros, opida et villas secedere et po-

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b-b</sup> cf. adn. a-a    <sup>c</sup> manu Dlugossii in rasura    <sup>d</sup> cf. adn. c    <sup>e</sup> eoque Ed. Crac.    <sup>f</sup> ordines aut.

pulacionem late longeque extendere, quo amplior terror hostibus accederet, iussit. <sup>a</sup>Oram autem Saxoniam<sup>a</sup> usque ad fluvium Albam, que et Labya<sup>b</sup>, perambulans vastansque et consumens universa, nullam expertus resistenciam, humiliatis Saxonibus regrediebatur. Cum autem ad fluvium Sala, alias Szolawa, qui Saxoniam medius preterfluit, pervenisset, columpnas<sup>1</sup> ferreas<sup>c</sup> in ripa<sup>d</sup> fluminis illic figens terminos gadesque Regni sui Polonie posuit Poloniamque a terris Almanorum locacione huiusmodi ferrearum columpnarum [.....<sup>e</sup>] disterminavit, quatenus et titulum victoris triumphatorisque pacifici et fines Polonicalium regionum testarentur.

†(Johanne decimo nono<sup>g2</sup> mortuo, qui annis quatuor et amplius sedit, et aput sanctum Petrum sepulto, Sergius quartus<sup>3</sup>, <sup>h</sup>(nacione Romanus)<sup>h</sup> vir caste vite et conversacionis sancte, succedit, <sup>1</sup>qui sedit annis duobus <sup>1</sup>[mortuus est]<sup>1</sup>, et aput sanctum Petrum sepulto<sup>k</sup> Benedictus octavus<sup>4</sup>, nacione Tusculanus, succedit. Iste Benedictus<sup>1</sup> penis purgatorii afflictus, rogavit per quendam episcopum, cui apparuit, ut Johannes XX-us<sup>5</sup> successor suus aperta teca quandam pecuniam inventam erogaret pauperibus, eo quod prior pecunia de rapinis collecta sibi non proderat. Quod et fecit)<sup>†</sup>. }

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS TREDECIMUS.

HPR205

*Pomeraniam, Kassubiam ac caeteras provincias olim Polonorum,  
quibus viginti duces praeerant, Boleslaus rex recuperat  
illasque tributarias et feudales facit*

Domitis humiliatisque Saxonibus Boleslaus Polonie rex turpe sibi suoque nomini ratur, si singule regiones olim a Polonis possesse et populate a quoquam alio quam a se possiderentur, revocat in animum regiones ad Mare Septemtrionale sitas, Pomeraniam<sup>6</sup> quoque Inferiorem, Kassubiam et ceteros cismarinos tractus, quos eciam nunc Slavi incolunt, propter suorum principum indignam necem per Popyel tunc Polonicalium regionum monarcham a muribus corrosum, procuratam, diuturno

<sup>a-a</sup> Omnem tamen Saxoniam oram Ed. Crac. <sup>b</sup> dicitur additum in Ed. Crac. <sup>c</sup> Columne ferree per Boleslaum regem pro limitibus in Saxonia posite manu XVI s. in margine <sup>d</sup> rippe aut. <sup>e</sup> rasura 5 litteris scribendis apta <sup>f-f</sup> Dlugossii manu infra textum <sup>g</sup> Papa additum in Ed. Crac. adn. 14 <sup>h-h</sup> post succedit insertum in aut. <sup>1</sup> hinc posterius adscriptum nitidiora atramento <sup>1-1</sup> additum in Ed. Crac. cf. adn. 17 <sup>k</sup> sepultus est Ed. Crac. <sup>1</sup> in rasura

iam tempore a corpore Regni sui Polonici et eius obediencia alienatas abstractasque fuisse<sup>a</sup>. Propter quod exercituum suorum potencias in oras illas deducens, quasdam ferro et expugnacione, quasdam benivolencia et liberalitate, ceteras metu et aliarum exemplo in suam redigit dicionem. Principabantur etenim tunc in illis viginti principum a Popyel extinctorum nepotes, quos Boleslaus Polonie rex de sanguine regio sciens cretos et illos sibi consobrinos esse innata sibi tractavit munificencia et singulis liberalitatis sue dona tribuens, nichil sibi de illorum principatibus et regionibus preter feudalem obedienciam et subieccionem reservavit, rem non contempnende honestatis, ponderisque existimans, si Regnum suum Polonie et suam integritatem resumeret et frequentiam tot principum haberet feudalem et subiectam.

*Boleslaus Poloniae rex*

*Myeczslao filio suo nuptias sumptuosas Gnesnae celebrat*

<sup>b</sup>⟨Myeczslawm<sup>c1</sup> filium suum Boleslaus Polonie et virginem Richszam neptem imperatoris Otthonis eidem dudum desponsatam videns ad annos nubilem pervenisse, solenni curia apud Gneznam indicta, vicinis principibus et proceribus ac satrapis primisque Polonie conrogatis<sup>c</sup> accersitisque nuptias <sup>d</sup>⟨in magnifico apparatu⟩<sup>d</sup> filio suo unico prefato Myeczslawo celebrat et virginem Richszam illi coniungit, que hactenus in regia a matre Myeczslawi Juditha<sup>2</sup> iuxta ac filia materna caritate fovebatur⟩<sup>b</sup>. {

HPQ206

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS QUARTUS DECIMUS.

*Schisma in Ecclesia Dei exortum.*

*Mauritio episcopo Crusviciensi succedit Marcellus*

Tercius Cracoviensis ecclesie archiepiscopus Lampertus<sup>3</sup>, cum annis decem et novem pie modesteque Cracouiensem sedem gubernasset, in etate matura in horam extremam perveniens moritur et in ecclesia Cracouiensi sepelitur. Summus autem pontifex Benedictus octavus vacanti ecclesie Cracouiensi volens de ydoneo pastore

<sup>a</sup> Boleslaus Pomeraniam subegit manu XVI s. in margine <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in vacuo intervallo <sup>c</sup> congregatis Ed Crac., corogatis aut. <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in margine additum

providere, Boleslao Polonie rege instante, virum probitatis spectate, licet in lingua Polonica parum eruditum, Poponem<sup>1</sup> nomine, in Cracouiensem ecclesiam ordinat. Mortuo siquidem Sergio papa quarto<sup>2</sup>, <sup>a</sup>⟨qui sedit annis duobus, et apud sanctum Petrum sepulto⟩<sup>a</sup>, Benedictus octavus, nacione Tusculanus, in papatum electus successit, <sup>b</sup>⟨ex patre Gregorio⟩<sup>b3</sup>. [....<sup>e</sup>] Hic fuit de papatu eiectus, et in locum suum <sup>d</sup>⟨alius quidam⟩<sup>d</sup> | intrusus: propter quod magnum scisma exortum fuit in *aut.*131\* Ecclesia Dei, <sup>e</sup>⟨aut propter malam vitam eius, aut pravam ingressum.⟩

Cruszvicziensis sive Wladislaviensis ecclesie episcopus ⟨Mauricius<sup>4</sup>⟩<sup>f</sup> anno eodem fato extinctus Marcellum, per Johannem papam tredecimum ad instanciam Boleslai Polonie regis provisum, habuit successorem⟩<sup>e</sup>.

*Henricus secundus in regem Romanorum coronatur*

H]enricus<sup>g</sup> secundus Romanorum rex et Bawarie dux collecto notabili exercitu descendit in Italiam, a civitatibus quoque Italie debito honore susceptus nullamque resistenciam aut adversitatem passus Romam pacificus et inclitus advenit; ubi post aliquos tractatus inter eum et papam Benedictum octavum interpositos in ecclesia sancti Petri coronatur<sup>5</sup> et ab eodem Benedicto imperialem accipit benedictionem. Qua perfunctus, paucis diebus in Urbe commoratus in Almanniam est reversus<sup>h</sup>. }

*Msczislau dux de Thimvthrokany bis Iaroslaum fratrem  
ducem Kyoviensem bello superat et sedem eius Kyoviensem occupat;  
quam postea fastidians eidem Iaroslao fratri restituit praeter spem singulorum*

HP1207

N]onus<sup>i</sup> filiorum Wladimiri ducis Russie Msczislau<sup>6</sup> dux de Thimvthrokany Kyoviensem sedem usurpaturus, comparato non mediocri ex Kozaris et Koschoys exercitu vadit contra Jaroslaum fratrem suum ducem Kyoviensem. Et licet Jaroslaus<sup>7</sup> Kyoviensis dux in sui solacium ducem Vorahunorum Jakvy<sup>8</sup> accivisset, duplici tamen certamine fortuna tentata conflictus succumbit et Kyovienses in Msczislai victoris dicionem concedunt. Qui post victoriam clemencior atque modestior sedem

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in rasura    <sup>c</sup> aliquot verba erasa in aut.    <sup>d-d</sup> cf. adn. b-b    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in vacuo spatio    <sup>f</sup> Dlugossius nitidiora atramento in spatio vacuo inseruit. <sup>g</sup> l. o.    <sup>h</sup> spatium 4 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>i</sup> cf. adn. g

Kyowiensem, quam quesierat, fastidire cepit missisque legatis, qui Jaroslaum fratrem promissa securitate reducerent, venientem benigne excipit et compellat. „Repete“ inquit „frater, quoniam natu maior es et tibi ex frequentiori respectu debetur, sedem Kyowiensem et ea pro tuo libito quiete utere, quam iure belli quesitam victor victo equo animo restituo“. Et pacificatione reconciliacioneque huiusmodi preter spem omnium inter fratres celebrata dux Msczislau in Czynryeow<sup>1</sup> abiit, dux vero Jaroslaus sedem Kyowiensem repeciit, <sup>a</sup><quam tamen per se administrare non ausus, per prefectos administravit. Eodem anno nascitur aput Jaroslaum Kyoviensem ducem filius et imponitur sibi nomen Iszaslaus><sup>a2</sup>.

AJNNUS DOMINI MILLESIMUS QUINTUS DECIMUS.

*Boleslaus Poloniae rex Prussiam ingressus illam tributariam  
Regno Poloniae facit et in unam provinciam redigit gadesgue ponit*

Vicinis<sup>b</sup> regionibus, quas ab origine Poloni qui<sup>c</sup> et Slawi<sup>d</sup> populaverant, in suam dicionem et in unum Regni Polonie corpus unamque monarchiam per Boleslaum Polonie regem victorioso redactis rebantur se Polonorum milites de cetero ab armis  
HPN208 et milicia quieturos. Verum Boleslai Polonie } regis pectus laudis et glorie avidum, quietis quoque impaciens, novum bellum orditur<sup>3</sup> et in Pruthenorum gentem, ad eam diem bello intactam, expeditionem indicit. Omnes autem veteranos milites in huiusmodi bellum armat, sed et magnum tironum numerum ex universo regno suo et provinciis eidem subiectis conscribit collectisque potentiis et ordinato exercitu versus Pruthenorum regionem procedit illamque per terram regni sui Chelmensem ingreditur. Est autem Pruthenorum terra (ut superioribus narravimus) ad septemtrionem sita, quam fluvii Wisla et Ossa a provinciis Regni Polonie disterminant. Oceano eciam mari in plerisque locis confrontata, duobus fluminibus, Wisla videlicet  
aut.132\* et Memel, | quorum alter ex Polonia, alter ex Russia manat, insignis, in octo regiones distincta, una quarum vocatur Pogeza<sup>4</sup>, altera Navctaga<sup>5</sup>, tertia Szama<sup>6</sup>, quarta Nadrowa<sup>7</sup>, quinta Schalowa<sup>8</sup>, sexta Sudowa<sup>9</sup>, septima Galinda<sup>10</sup>, octava Bartha<sup>11</sup>. Et quoniam pro ea tempestate pauca habebat opida et hec ipsa naturali tantummodo

<sup>a-2</sup>Dlugossii manu in vacuo intervallo    <sup>b</sup> Bellum primum Boleslai regis contra Prutenos manu XVI s. in margine    <sup>c</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>d</sup> populi additum in Ed. Crac.

situ, aquis videlicet et paludibus circumsepta, castrorum insuper omnis erat ex ligno fabrica, Boleslaus Polonie rex facile opida Prussie et nonnulla castra, in quibus se barbari abiderant, videlicet Romowam<sup>1</sup> sedem Prutenorum principalem, item Balam<sup>2</sup>, Radzim<sup>3</sup>, facta impugnatione<sup>a</sup> capit captaque iubet aut dirui aut incendi. Prutenorum autem primores, videntes suis viribus contra Boleslai regis Polonie potencias niti non posse, caduceatoribus missis parci patrie, que tota spoliis et incendiis flagrabat, petunt, se quoque dedicionem facturos et tributum pensuros ac in potestate regis futuros repromittunt. Boleslaus autem rex Polonie, ut erat animi ad compaciendum afflictorum calamitati proni, petitioni eorum annuens et precipuos Prutenorum ad se venientes comiter pertractans, dedicionem eorum suscepit tributumque singulis annis fisco regio pendendum imposuit agrumque Prutenicum vastari prohibuit. Tunc primum Prussia, in provincie formam redacta et armis Boleslai regis subacta, Regno Polonie cepit esse subiecta et tributaria. <sup>b</sup>⟨Posuit et tunc Boleslaus rex Regni sui Polonie in fluvio Ossa, quod Poloniam Prussiamque disternat, perpetuos gades, ferream videlicet columpnam in fluminis medio, quartali miliaris ab opido Rogoszno<sup>4</sup>, inter Liaszin<sup>5</sup> et Rogoszno, unde et villa ad gades huiusmodi sita Slup<sup>6</sup> a columpna vocabatur. Et licet Cruciferi temporis processu, occupata terra Chelmensi, ferream eciam columpnam, ut gades huiusmodi abolerentur, sustulissent et molendinum muro erexissent, Slup tamen in eam<sup>c</sup> diem appellatur. <sup>d</sup>Propagandi siquidem [Boleslaus<sup>e</sup>] } fines Regni sui Polonici, et ne unquam HPR209 propagati confundi possent, incensus, diuturnitatis quoque cupidine ardens, statuas ferreas et in oriente et in occidente et in septemtrione locavit, Herculis imitatus morem et ratus illarum durabilitatem et perseveranciam fore immortalem⟩<sup>b</sup>.

ANNUS DOMINI MILLESIMUS DECIMUS SEXTUS.

*Boleslaus Poloniae rex solus causas audire, iustitiam administrare,  
superbis resistere, pauperibus assistere et illis victum ministrare solebat*

Silentibus bellis externis et hostibus in circuitu Regni Polonie armis vel equis condicionibus summotis Boleslaus Polonie rex ad res urbanas et domesticas regni

<sup>a</sup> oppugnatione Ed. Crac.    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in vacuo spatio    <sup>c</sup> eandem Ed. Crac.    <sup>d</sup> hinc Dlugossius minutioribus litteris    <sup>e</sup> additum in Ed. Crac.



sui bene gerendas animum intendit. Omnis autem precipua sua cura in causis pauperum et viduarum audiendis, promovendis expediendisque, si compositio sequi non poterat, per iudicia versabatur, quibus adeo intentus erat, ut solus et per se, ne fraus in administranda iusticia aut dilacio committeretur, in illis presideret. Quamvis autem tunc rariores extarent iniurie, oppressiones et querele, quippe metus suos omnes superiores iuxta ac inferiores in equitate et observancia legum continebat: non paciebatur tamen Boleslaus Polonie rex ad audiendas tam maiores quam minores causas solos presidere iudices, sed in illis aut solus presidere solitus erat, aut, si illum alciorum negotiorum regni sui avertebat cura et expedicio, in locum suum viros integros, timoratos et iusticie zelatores surrogabat, qui summopere cavebant providebantque, ne eorum decisio sententiaque ab equitate et iusticia abhorreret, cum prudentissima sanccione Boleslai regis scirent, si qua parcium quereatur se gravatam, processum universum examinaturum et quod preter equitatem, aut contra leges pronunciatum fuisset, non sine eorum reprehensione et ignominia retracturum<sup>a</sup>. Omnibus insuper viduis, pupillis, orphanis et rusticane tenuisque sortis hominibus, presenciam suam cum querelis adeuntibus prolocutores, syndicos et procuratores ex fisco suo regio salariatos deputabat, rigide mandans et providens, ut cum solerti scrupulosaque diligencia ad curandas promovendasque viduarum, orphanorum et pauperum causas essent intenti. Interim vero, quo causas<sup>b</sup> huiusmodi coram se aut iudicibus suis tractari contingebant, tam actori quam reo et cuiuslibet condicionis homini mensam suam regiam patere voluit et unicuique iuxta qualitatem persone liberaliter victum ministrari. Qua quidem iusticie victusque administratione singulos, divites videlicet iuxta ac pauperes, adeo promeruerat, ut paterno ab omnibus magis quam regio coleretur affectu et virtutum suarum preconia longe lateque manarent. ||

HPQ210

*Myeczslao duci Polonorum filius Kazimirus nascitur*

aut.VI(V)|| Octavo<sup>e</sup> kalendas augusti Richsza Polonie ducissa, consors ducis Myeczslau<sup>d</sup>,  
VII|133\* infantem pulcerrimum enixa est<sup>1</sup>, cui mandato avi sui Boleslai regis nomen in

<sup>a-a</sup> Ed. Crac., retracturum aut.    <sup>b</sup> causam Ed. Crac.    <sup>c</sup> l. o.    <sup>d</sup> cf. p. 177 adn. e

baptismate impositum est Kazimirus, quod in ydiomate Polonico significat: iubens pacem.

<sup>a</sup>〈Sub huius autem anni tempore tremor terre in Polonie Regno accidens, prodigii loco habitus est〉<sup>a</sup>.

ANNUS DOMINI MILLESIMUS DECIMUS SEPTIMUS.

*De variis virtutibus et praesertim clementia Boleslai regis  
et Iudithae Polonorum reginae  
et exemplum de quibusdam damnatis nobilibus*

Exiguam et semiplenam virtutem iusticiam Boleslaus Polonie rex sine misericordie comitatu iudicans, tanto moderamine inter iustum severumque iudicem et misericordem principem se partitus est, ut dampnati dampnandique et rigorem eius iusticie extimescerent et clemenciam eius crebro experti, de salute sua bene sperare iuberentur. Et quamvis rex ipse, in singulos misericordie visceribus affluens, reis legumque prevaricatoribus se facilem et liberalem prestaret, illustrissima tamen consors sua 〈Juditha〉<sup>b1</sup> regina, spectate virtutis femina, clemenciam regis efficiebat sagacitate industriaque muliebri magis celebrem et illustrem. Et ut utriusque opera nociora fiant, unum, quod illo tempore gestum manavit ad posteros, memorie causa subiciemus. Nobilium nonnulli filii a patrum institutis moribusque degenerantes, dum facultatibus propriis lascivius, quam sat erat, utuntur, in paupertatis sortem fuere dilapsi; quam cum moleste ferrent, priorem fortunam resumpturi, ad spolia HPR211 rapinasque animum intendunt. Verum dum facinus eorum reiteracione aliquanta proditum wlgatumque fuisset, iussu regis capti et de scelere predociniorum facile convicti, sententia regis et consiliariorum capitalem penam excepturi, neci adiiciuntur. Quorum immature morti et viridi etati prudentissima regina compassa, rege nequicquam petito, persuaso aut consulto, in secreto abditoque loco, paucis consciis, asservari illos subministrat, opportuno tempore vitam illis restitutura. Dum autem iuxta morem Boleslaus rex cum consiliariis super reipublice negociis, regina forte

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu infra textum    <sup>b</sup> Dlugossii manu in margine

presente, sermonem diucius protraxisset, dampnatorum pridem ab eo nobilium filiorum, et quos credebat dudum extinctos, mencio incidit. Subeunte quoque penitencia animum regis, cepit rex crebra ingeminacione verborum pro desideratis affligi, asserens, dolori non parvo sibi esse, quod tam insignes et ingenuos adolescentes, ad obeunda belli munera aptos, et futura patrie ornamenta, capitali sententia dampnasset, et facinus patratum adolescencie fragilitatque eorum non tribuisset, presertim cum eorum dampnacio ceteris superstitionibus de eorum domo et familia cessisset in ignominiam et sugillationem; subinferrens se non solum dampna passis singula resarciturum, sed et largam amplamque donacionem se prestiturum, si iuvenes huiusmodi mulcta capitali et infelici cruore non dampnasset. Tum <Juditha>\* regina propositum animi executura sciscitatur a rege: „Quantum“ inquit „esset tibi gaudium et qua id appenderes statera, si quis celicolarum suo suffragio et merito representaret illos vivificatos“. Ad quam rex: „Quamvis“ inquit „id impossibile fieri reor, tamen si Divinitas, cui hec et ampliora licent, quod suggeris, concederet, nichil tam carum tamque preciosum possidere me declaro, quod pro vivificandis occisorum funeribus non largirer, ut non tam necati viverent, quam genus eorum inusta ei ex eorum dampnacione infamia careret“. Incensum ad misericordiam pectus regium questione sua et ad parcendum proclivm regina intelligens, tribunali regio cum baronibus consiliariisque universis veniam dampnatis deprecatura prosternitur dirigensque ad regem plurimum admiracionis concipientem, et quidnam post effusos sermones rogatura esset, hesitantem, verba: „Nichil“ inquit, | „clementissime rex, ad reddendam vitam dampnatis celesti opus est presidio: *HPR*212 tu ipse vitam calamitosis dampnatisque } clemencia regia prestare potes. Ex media etenim morte raptos et, ne in hanc diem iuxta pronunciacionis tue decretum cervices eorum plecterentur, servatos oculuisse me profiteor facinusque meum non temeritate aliqua, sed muliebri compassione admissum, primum michi ignosci, deinde vitam dampnatis donari supplicum cum his omnibus, qui mecum una provolvuntur scabello tuo, deosco. Eo etenim respectu id furtum egi, ut haberes, quibus parceres et quos post dampnacionem et mortem, quasi ex quodam Achironte in vitam, non sine clemencie tue admiranda diuulgacione, revocares“. Boleslaus autem rex supra modum exhilaratus et in admiracionem quandam versus, ex throno desiliens, reginam ex humo elevat et in eius ruens amplexus, pietatis furtum per eam sagaci dolo commis-

\* *Dlugossii manu superscriptum*

sum multipliciter extollit et commendat. Cunctis autem, qui aderant, in huiusce novitatis stuporem conversis, certatim reginam de pietate, sagacitate, probitate et industria laudantibus, rex iuvenes neci addictos, parum verbis regine fidens, iubet sibi celeriter presentari. Ex locis autem, in quibus conditi fuerant, adducti, primum regine, per ipsam verbali correptione admoniti, presentantur, que demum illos velut vite eorum conservatrix ad conspectum regium perducens, ignosci illis et ipsorum transgressionem aboleri supplicabat. Boleslaus autem rex, qui iam pridem ad ignoscendum se pronum optulerat, <sup>a</sup>⟨et qui non fuit ad delicti vindictam [proclivis<sup>b</sup>], coniugis precibus expugnatus, exorabilem se continuo prestitit ad indulgentiam, penamque [...<sup>c</sup>] ⟨cui⟩<sup>d</sup> ex demeritis fuerant obnoxii, remisit⟩<sup>a</sup>: non erat enim aput Boleslaum regem labor iste difficilis, ut ignosceret supplicanti. Verba primum ad illos facit, quod nobilitatis sue obliti pluribus sceleribus genus suum fedassent et claris ymaginibus suorum predecessorum, quos nomine et virtute extollebat, magnam caliginem suis operibus obduxissent, et hos quidem, qui etate provecciori erant, asperioribus verbis mulctans, adolescenciores vero in balneum deductos et in sui presencia virgis leviter cesos tandem culpa relaxata vestibus novis indutos, quo honoraciores essent, in edes proprias absque labe de cetero victuros remisit, per expressum illis interminans non se quoquo modo placari posse, si eos in eadem vel paria crimina recidivare contigisset. His et pluribus aliis munificencie et pietatis sue operibus clemenciam suam longe lateque diffundens, plus amore quam metu quosque suos subditos in iusticia et equitate legumque et legitimorum institutorum observacione continebat, <sup>e</sup>⟨circumcise ac breviter obiurgans, blande ac cum } miseracione admonens⟩<sup>e</sup>. Quemadmodum autem Abigail<sup>1</sup> eloquencia HPN213 ab irascentis Daud gladio servavit virum suum illesum, sic et huius regine prudens industria et nobilium filios, ne interirent, providit et regem Boleslaum consortem suum pluribus reddidit admirandum et generosum, <sup>f</sup>⟨et qui per libram et examen iusticie plectendi et dampnandi ultimo supplicio fuerant addicti, clemencia Boleslai regis ad preces et intercessionem ⟨Judithe⟩<sup>g</sup> regine facti sunt redivivi.

<sup>h</sup>Juditha regina, consors Boleslai Polonie regis, gravi infirmitate correpta moritur<sup>2</sup> et in Gneznensi ecclesia iusto honore tumulatur, femina religiosa, benigna et devota⟩<sup>f</sup>.

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>c</sup> rasura 3 litteris scribendis apta    <sup>d</sup> Dlugossii manu in rasura    <sup>e-e</sup> cf. adn. a-a    <sup>f-f</sup> Dlugossii manu in vacuo intervallo    <sup>g</sup> cf. adn. a-a    <sup>h</sup> hinc Dlugossius alio atramento

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS DECIMUS OCTAVUS.

*Jaroslaum Russiae ducem  
cum magno exercitu Poloniam ingredi volentem Boleslaus rex  
ad fluvium Bug profligat et fugat  
Russiamque ingressus omnia ferro atque igne vastat<sup>1</sup>*

Ruthenorum princeps Jaroslaus<sup>2</sup> moleste terre sue et metropolis civitatis Kyowien-  
sis vastacionem expugnacionemque superioribus annis per Boleslaum Polonie  
regem intemptatam ferens, se quoque et exercitum suum ad fluvium Bug grandi  
strage profligatum et humiliatum dolens, latens et tacitum coquebat bellum, tam  
proprios milites coarmans, quam alios finitimos conducens, opportuno tempore  
illud Boleslao Polonie regi ad detergendam cladis sue ignominiam apud Bug fluvium  
acceptam illaturus. Boleslaus autem, etsi iam pridem de hostili in se ducis Rutheno-  
*aut.*[135\* rum | animo et a presidibus capitaneisque suis et ab exploratoribus illuc missis  
certus erat, aliquanto tamen tempore ab armis se continuit, ducis Ruthenorum  
animum existimans posse et tempore et sua paciencia sanari. Postquam vero cognovit  
Ruthenorum principem ad invadendum Regnum suum Polonie arma induisse  
et cum forti exercitu regno suo quotidianis stativis propinquiorem fore: copias  
et ipse suas, quas in eventum hostilis et futuri belli tenebat paratas, movet celerique  
passu in Russiam contendit, inferendum sibi a duce Ruthenorum bellum repulsurus.  
Itaque sub uno eodemque tempore et Polonus Russiam et Ruthenus Poloniam adeo  
propere latenterque<sup>a</sup> ingrediuntur, ut alteri ignotus esset alterius ingressus et  
*HPQ214* invasio; ad ripam tamen fluminis Bug e regione sua<sup>b</sup> sitam uterque consedit et  
castris positus alter alterius adventum agnoscens de futuro certamine in crastinum  
ineundo consultabat. Et Boleslaum quidem Polonie regem sacratus Dominicus  
crastinus dies a pugna distinebat, nolebat enim ob illius celebritatem prelium eo  
die committere; unde et milites in castris continuit et, ne quid eo hostile gereretur,  
interdixit. Verum prohibitionem eius exigue rei eventus et occasio, ut plerumque  
in bello accidit, violavit. Media siquidem die, desuper fervente sole et milite quiescen-  
te, servi cocique Polonorum ad ripam fluminis aut equos balneantes potantesque

<sup>a</sup> latenter manu Dlugossii in rasura    <sup>b</sup> se Ed. Crac. et in aut.

aut occisorum pecorum carnes abluentes, primum verbis, deinde missilibus cum hostili exercitu, in altera ripa stante et illos provocante, se lacesunt. Temporis vero processu adeo crevit inter contententes pugna, ut clamore ab utrisque sublato uterque exercitus ad arma se concitus moveret. Boleslai itaque regis universus exercitus armis celerrime correptis equisque conscensis universa acie in prelium descendebat; et quoniam hostes propter fluminis interieccionem, nisi eo vadato, adiri <non><sup>a</sup> poterant, periculo, quod illis et ab hoste et a flumine imminebat, nec quicquam attento, ut erant armati, flumen ingrediuntur; quo Divinitate adiuvante superato in hostes nondum plene armatos neque sub ordinibus consistentes, sed vario pavore hinc illincque vagantes (subitus enim eos, visis Polonorum aciebus, pervaserat pavor) irruunt ac primas acies eorum facile dirumpunt, obtruncant et prosternunt. Suorum autem strage ad Ruthenos perlata dux ipse Ruthenorum, ne viuis in Polonorum manus veniret, a suis fugam capescere<sup>b</sup> compellitur; quo ex prelio discedente, reliquo agmini alcior metus est iniectus, propter quod iam<sup>c</sup> non prelio sed fuge intendentes Polonis victoriam concedunt. Mandante autem Boleslao rege miles suus, Ruthenos in aliquot miliaria persecutus, plures aut vivos cepit, aut gladio extinxit. Dux tamen Ruthenorum et multitudo non pauca fuga evasit: castris Ruthenicis et spoliis innumeris Polonus potitus rege Boleslao concedente ea diripuit. Tandem Boleslaus Polonie rex cum signis victricibus et infestis ad interiora Russie procedens insigniora Russie loca ferro, igne et vastacione perdomuit pluraque castra Russie aut expugnavit, aut dedicione cepit, tanto quoque discrimine Ruthenos tunc humiliavit et afflixit, ut et pacem petere a Boleslao rege et intra parietes se continere diffisi de armis cogerentur. Boleslaus autem memorabili victoria potitus, pecore plurimo ex hostili terra abacto, aliisque spoliis onustus in Regnum suum Polonie reversus, cum magna leticia excipitur et honores illi triumphatoris a singulis statibus et ordinibus impenduntur. <sup>d</sup><Asserunt et alii *HPQ215* belli Ruthenici, quod anno presenti per Boleslaum gestum est, aliam causam extitisse. Dum enim Boleslaus Polonie rex ex obitu consortis sue regine Judithe viduatus procos ad ducem Ruthenorum Jaroslaum, petendo sororem suam in consortem<sup>1</sup>, transmisisset et Jaroslaus propter diversitatem ritus nuncios vacuos remisisset; Boleslaus Polonie rex in magnam indignacionem actus bellum Jaroslao indixit et munionibus suis expugnatis eciam sorore Jaroslai capta pro concubina abutebatur><sup>d</sup>. |

<sup>a</sup> *Dlugossii manu superscriptum*    <sup>b</sup> capessere *Ed. Crac.*,    <sup>c</sup> omissum in *Ed. Crac.*    <sup>d-d</sup> *Dlugossii manu sub textu*

aut. | 156\*

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS DECIMUS NONUS.

*Tributo Ruthenis imposito Boleslaus Polonorum rex cum eis pacem facit  
utiturque erga Ruthenos captos summa gratia*

Insigni famosaque victoria Boleslaus Polonie rex ex Ruthenis relata non in aliquam insolentiam aut pompam, ut natura qualitasque victorie suggerebat, prolapsus est, sed solitum humilitatis et modestie gradum observans cunctis se exhibebat et aditu facilem et in reddenda iusticia, impendenda quoque largicione generosum et benignum. Sed et erga Ruthenos victos tunc et captos patrem<sup>1</sup> se magis quam victorem egit: nam Ruthenorum principi per plures legaciones eum interpellanti et pacem, modesto imposito tributo, restituit et singulos captivos liberaliter remisit. Qua nimirum facilitate corda Ruthenorum adeo promeruit, ut virtutem eius prohibitatemque efferendo magnis celebrarent laudibus et maximum illum principum nullique<sup>a</sup> comparandum, vocabulo linguarii<sup>b</sup> sui Chrobri<sup>2</sup>, quod etiam illi in multas successiones fuit et est perhenne, nominarent. Ab eo insuper tempore principes Russie et populi, pro ea tempestate locupletes et numerosi, modestia et virtute Boleslai Polonie regis magis quam armis victi perseverabant in fide et singula pacta cum Boleslao inita accurata custodia explebant, neque addiderunt Boleslao<sup>c</sup> superstite, de bello innovando et iugo superimposito abiciendo quicquam moliri, universas suas artes et conatus non dubitantes Boleslaum Polonie regem prestanti virtute et animo compressurum.

HPI 216

<sup>a</sup> <Richsza ducissa [consors<sup>e</sup>], Myeczslai filii Boleslai Polonie regis, iterum fecundata infantem parturit, cui nomen avitum Boleslaus<sup>3</sup> datum est, qui tandem paucio tempore vivens immatura morte diem obiit><sup>d</sup>.

*Boleslaus Poloniae rex, castris pluribus in confiniis regni erectis  
in eis excubias nocturnas per vices facere disponit*

<sup>f</sup> <[P]rohibiturus Boleslaus<sup>g</sup> Polonie rex excursiones clandestinas, a finitimis<sup>h</sup> nationibus in forma predocinii in regnum suum frequenter initas, plures arces in con-

<sup>a</sup> ullique aut. et Ed. Crac.    <sup>b</sup> linguarii Ed. Crac.    <sup>c</sup> rege posterioris temporis manu superscriptum  
<sup>d</sup> < Dlugossii manu    <sup>e</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>f</sup> < alter eiusdem temporis manu sub textu    <sup>g</sup> Boles in  
rasura    <sup>h</sup> Ed. Crac., finitivis aut.

finibus regni fabricat easque valido presidio militum firmat victualiaque pro eorum sustentacione plurimis villis in circuitu, iuxta cuiuslibet ville condicionem et qualitatem, imponit <sup>a</sup>annis singulis pendenda. Hec autem dacia a Polonis appellatur *stroza*<sup>1</sup>, quod militibus regni fines ab hostibus custodientibus solvebatur. Secrevit et plerasque villas colonisque earum et rusticis id officium demandavit, ut noctibus singulis excubias nocturnas per vices facerent et voce sonora, atque cantu fideles excubias se facere declararent. Qua quidem provisione ab eo prudenti consilio instituta, a successoribus vero suis parum prudenter abolita, effecerat, ut Regni Polonie fines et termini militibus, qui illos observabant, egregie tuentibus nunquam possent impune ab hostibus invadi<sup>></sup>-<sup>t</sup>.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS VICESIMUS.

*Liberalitas Boleslai Poloniae regis in ecclesias ob gratiam divinitus illi concessam et solutio decimarum manipularium instituta*

Multiphariis et gratuitis donis Dei solium suum et regni sui Boleslaus Polonie rex videns propicia Divinitate firmatum, animum in religionem resque divinas convertit. non ignorabat siquidem ex universis principibus Polonie eum precedentibus aliquem [s] tot quantis se fulsisse decoribus nec in quemquam alium tot honores et trophea tantasque divicias, successus felices et gloriam, talem insuper industriam prudentiamque, qualem quantasque in se unum contulisse, et principatus sui fulgorem ultra ceteros reges et naciones magnificasse. Volens itaque de amplissimis beneficiis Dei } gratum se ostendere et illis aliquantula vicissitudine respondere, ecclesiis HPQ217 tam katedralibus quam aliis inferioribus, a genitore suo duce Myeczszlavo<sup>b</sup> erectis et fundatis, opida, villas et predia pro ampliori illarum stabilimento et dote munifice et largiter tribuit et donavit pluresque parochiales ecclesias in villis vicisque, que sub suo et patris sui tempore consurrexerant, construxit et fundavit, vasis quoque aureis et argenteis in ministerium et cultum divinum necessariis ecclesias singulas sed presertim kathedrales adeo ornavit locupletavitque, ut liberalitatem suam in ecclesias Dei abunde effusam multa secula testarentur. Decimarum autem manipu-

<sup>a</sup> hinc in inferiore margine    <sup>b</sup> cf. p. 110 adn. i



larium<sup>1</sup> pro ecclesiis et ministris Dei in universis principatibus suo imperio subiectis solucionem nullatenus passus est aut varietate aliqua diminui, aut in dubium aliquatenus revocari, sed mandavit decrevitque illam esse perpetuam et perhennem, varia divine ultionis flagella filliis, nepotibus, successoribus suis interminans, si per quempiam illorum prefatarum decimarum contingeret reddicionem intercipi, transmutari vel rescindi. <sup>a</sup>〈Gladii insuper regalis potencia a Domino concessa non pro sui ambitione et in aliorum iniuriam, sed pro Dei beneplacito, molem iniquitatis assidue in quibuslibet subditis regni sui evellendo et destruendo, utebatur, 〈tetrerrima〉<sup>b</sup> nonnullorum compescendo facinora〉<sup>a</sup>.

*Timotheo episcopo Poznaniensi succedit Paulinus primus*

<sup>c</sup>〈Excessit e vita eo anno Thimotheus<sup>2</sup> episcopus Poznaniensis, et accepta in ecclesia Poznaniensi sepultura Paulinum primum, nacione Italum, a Bonifacio septimo, Boleslao rege petente, confirmatum habuit successorem. Aliis placet illum non in Poznaniensi ecclesia, sed apud Brandemburk fuisse sepultum〉<sup>c</sup>.|

aut. | 137\*

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS VICESIMUS PRIMUS.

*Boleslaus Polonorum rex*

*etsi in confiniis regni castra militum praesidiis proviserit,  
solus tamen in eis degens nocturnas excubias obibat,  
constituens pro custodibus  
castrorum de quolibet manso mensuram siliginis  
et alteram avenae per colonos illis tribuendam*

HPQ218 Divinis sacrisque rebus Boleslaus Polonie rex religiosa et provida orđinatione in Dei honorem et fidei sancte incrementum compositis, rebus eciam publicis regni sui et presertim oris et castris in confiniis regni sui positis et hostilibus terris confrontatis provisurus, qua ratione subsisterent et victualium necessariis ad singulos

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>b</sup> Dlugossii manu correctum    <sup>c-c</sup> cf. adn. a-a

emergentes casus essent provisa, plerisque vicibus deliberabat. Ordinaverat siquidem prefatus Boleslaus rex plura in confiniis castra, arces et municipia illisque exercitatorum militum presidia imposuerat, qui summo studio summaque ratione, districte id mandante rege, curas intenderant, ne hostes clam aut publice in perniciem regni sui grassarentur; nec militibus fidens frequentibus vicibus castra huiusmodi obibat illicque aliquantum tempus absolvebat sacius iudicans, quamvis parco et castigato contentum victu pro subditorum suorum tranquillitate tenere excubias, quam delicatis epulis immersum dissolvi per desidiam et prebere hosti occasionem ad invasionem. Consiliariis itaque suis probantibus generalem tunc edidit sanctionem, ut *quiliber colonus* seu *kmetho* mansum integrum colens unam siliginis, alteram avene mensuras de purgato grano absque cunctacione persolvat<sup>1</sup> et in propinquiora regalia horrea deducat, in usum, vestitum videlicet et victum militum eorum, qui castra commetanea administrabant et pro pace regni tocius militabant, convertendas. Solucio autem ipsa cum omni alacritate ab incolis rusticisque excepta est et in multa tempora extunc derivata, ab effectu impositionis sue eciam in hanc diem *strosza*, quod significat custodiam, quoniam in regni et castrorum cedebat custodiam et profectum [nomen<sup>a</sup>] est sortita.

<sup>b</sup>Quarto idus maii, alias feria sexta post Ascensionem Domini, in Italie, Francie et Hispaniarum regnis magnus terre motus<sup>2</sup> exortus nonnulla loca absorbit, quedam vero ruinavit. Incendia insuper crebra et ingencia in pluribus contigisse locis nunciata sunt, <sup>c</sup><a quibus omnibus Polonici Regni regiones fuere gracia Dei immunes><sup>c</sup>.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS VICESIMUS SECUNDUS.

*Nobilitatem molientem  
non solvere decimam Boleslaus Poloniae rex castigat*

Catholice religionis fidem cultumque sathane invida malignitas in Regno Polonie et regionibus vicinis videns in brevi temporis spacio, primum { quidem sub Myeczslawo<sup>d</sup> duce, deinde sub filio eius Boleslao primo Polonorum rege, vehementer

HPR219

<sup>a</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>b</sup> in textu sine intervallo    <sup>c-c</sup> Dlugossii manu, deinde spatium 6 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>d</sup> cf. p. 110 adn. i

germinasse et funiculos<sup>1</sup> tentorii sui latissima propagine diffudisse, turbinem et procellam in regno eodem excivit et res fidei extinguere et quietem stabilitatemque nisa<sup>a</sup> est perturbare civilem. Nonnulli siquidem nobiles Polonie, sathana suggerente, onerosam decimarum manipularium solucionem, onerosos Christiane religionis ritus ducentes, hii presertim qui, in spurciciis gentilitatis enutriti, iugum orthodoxum non facile tolerabant, ad ritus redire prophanos, et vetustam sacrilegamque vitam resumere et decimas non reddere tempore instituto nec ecclesias frequentare ministrosque et sacerdotes de eorum ecclesiis pellere frequenti conspiracione disponebant. Id cum ad Boleslai regis Polonie noticiam perductum esset, non tulit fidelissimus fidei catholice propagator gliscentem conspiracionem consurgere, sed in ipso suo ortu illam mox extinxit. Auctores enim illius missis militibus comprehendit et capita conspiracionis partim capitali supplicio extinxit, partim verberibus mulctavit, ceteris minus reis et sola contagione fedatis, aliorum suasionem secutis parcendum decrevit. |

*Beatus Emericus dux Hungariae,  
regis Stephani filius  
in virginitate cum uxore vivens tandem fatis absumitur*

aut. 138\* C]ogitanti<sup>b</sup> Stephano beato Hungarie regi et in animo suo firmanti, ut ab administratione Hungarie regni se subduceret, curam quoque rerum mundanarum a se penitus abdicaret, in oracionibus et contemplacione restantem traduceret etatem atque in ducem Emericum filium suum, qui illi unicus erat, fasces regias transferret, dux ipse Emericus continenter et in virginitate cum sponsa sua, quam in sororem commutaverat, vivens, anno eodem moritur et in ecclesia Albe regalis coruscans miraculis sepelitur, quem pater sanctus Stephanus magno planxit merore, quod et renunciacionem regni, quam in animum induxerat, interceptam et stirpem sue propaginis per eum videbat extinctam.

<sup>c</sup>—<Vislaus<sup>2</sup> miles de nobilitate et armis Zabawa, confert in monasterium Sancte Crucis Calui Montis aliquas<sup>d</sup> sui patrimonii hereditates et Sethegius, alius miles de domo Bipennium, fundato <sup>e</sup><a Boleslao Chabri Polonie rege><sup>e</sup> monasterio<sup>f</sup> ordinis

<sup>a</sup> Ed. Crac., nisus aut.    <sup>b</sup> l. o.    <sup>c-c</sup> Dlugossii manu in vacuo intervallo    <sup>d</sup> in rasura    <sup>e-e</sup> Dlugossius in margine alio atramento    <sup>f</sup> primo monasterium

sancti Benedicti sub honore decem milium martirum in Szezechow<sup>1</sup> supra Vislam in Cracoviensi diocesi, in<sup>a</sup> dotem illi ex hereditatibus<sup>b</sup> propriis consignat<sup>c</sup> plerasque possessiones et villas<sup>c</sup>. }

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS VICESIMUS TERTIUS.

HPIR220

*Popo Cracoviensis episcopus moritur,  
Gompo in locum eius sufficitur*

Cracoviensis ecclesie archiepiscopus quartus Poppo<sup>2</sup> Domino vocante infirmatus moritur et in Cracoviensi ecclesia tumulatur. Ne autem Cracoviensem ecclesiam diucius pastore carere contigisset, Boleslaus Polonie rex missis ad Benedictum papam octavum tunc Sedi Romane presidentem nunciis Gomponem<sup>3</sup>, virum literatum et expedite linguam Polonicam sonare scientem, obtinuit prefici in Cracoviensem episcopum<sup>d</sup>.

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS VICESIMUS QUARTUS.

*Boleslaus Poloniae rex filium Myeczslawm sibi successorem designat  
et ob egregias dotes Chrobri,  
vicus vero Chroberz ab eodem rege cognomen accepit*

Cum annis prope sexaginta Boleslaus Polonie rex in assiduis occupationibus et curis tempus trivisset<sup>e</sup>, sepe illi ab amicis suggestum fuit, ut tandem fesso corpori aliquantulum quietis daret curarumque tam publicarum quam privatarum molem in filium ducem Myeczslawm<sup>f</sup> refunderet. Sed dum id sibi nulla ratione persuaderi

<sup>a</sup> in rasura eadem manu correctum    <sup>b</sup> suis additum in Ed. Crac.    <sup>c</sup> hinc alio atramento    <sup>d</sup> archiepiscopum Ed. Crac. cf. adn. 3    <sup>e</sup> cf. adn. a    <sup>f</sup> cf. p. 182 adn. a

posset, animus enim ad omnia negocia obeunda vegetus et ferox sepe corpore reluctantante vincebat etatem, tunc tamen naturalem vigorem sibi professus diminutum, administracionem regni et expedicionem querelarum et causarum ad eius audienciam ex omnibus regionibus confluencium filio suo duci Myeczszlauo<sup>a</sup> mandavit<sup>1</sup>, generali quoque conventu apud Gneznam habito ducem Myeczszlaum<sup>b</sup> filium suum, probantibus et gratificantibus prelati et baronibus Polonie, sibi in Regno<sup>c</sup> successurum designavit. Non enim magis precipua quam de regni<sup>d</sup> sui stabilimento animo suo insederat cura, quod et regni gloria et diviciarum abundancia et finitimarum nacionum subieccione, variis quoque triumphis, disciplina militari et domesticis institutis adeo nobilitavit reddiditque splendidum et illustre, ut omnem splendorem, omnem ornatum, famam et gloriam, omnem denique rerum publicarum statum, disciplinam et ordinem ipse primus Polonorum genti, quasi quandam animam vivificantem infuderit. Ipse { quidem terminis, quos a patre et proavis athavisque susceperat, parum contentus Bohemiam, Morawiam, Russiam bello subactas et oppressas et cede multiplici, execacacione quoque Boleslai ducis Bohemie, ceteraque strage sanguinaria humiliatas Polonie adiecit fecitque sibi et Polonis tributarias et subiugales eaque heroica virtute<sup>e</sup> et summa animi virtute resplenduit, ut inter Polonorum reges et principes sibi succedentes neminem hactenus constare satis potuit ad suorum gestorum et virtutum arcem pertigisse, f- (aut illum gloria bellicarum domesticarumque rerum equasse, ob quam honorata nuncupacione dignus Chrobri, id est vir alte et heroice virtutis, cognomentum sortitus est, a quo et vicus ab eo amatus, ad vada fluminis Nyda non longe a Vislicia, ubi et arcem sibi extruxerat et in quem negociis publicis perfunctus pro quiete declinabat, Chroberz<sup>2</sup> denominacionem accepit. Signum mortis sue haud obscurum fuit fulgens face magna cometes, ut plane attenderent homines magni viri et regis curam fore celestibus. Fratres ordinis sancti Benedicti, qui in spiritu devocionis, humilitatis et rigoris, observancia monastice discipline Domino sedule famulantur, ceteris ordinibus specialius pretulit et amavit. Tali ad utramque fortunam comparatus natura et arte, ut nec fractus caderet, nec elatus intumesceret; qui sermones suos inter serium iocumque ita moderabatur, ut illius iocunditate, § nichil severius<sup>g</sup>, nichil severitate iocundius putaretur: magnanimus diviciarum contemptor, quas nemo sapiens

<sup>a</sup> cf. p. 171 adn. e    <sup>b</sup> cf. p. 182 adn. a    <sup>c</sup> Regnum Ed. Crac.    <sup>d</sup> Poloniae additum in Ed. Crac.  
<sup>e</sup> omissum in Ed. Crac.    <sup>f-1</sup> Dlugossii manu partim in margine inferiore p. 138, partim in superiore et  
exteriore margine atque ad initium p. 139    <sup>g-g</sup> omissum in Ed. Crac.

concupivit et plerique angusti animi sic amant principes, ut eos honoris omnis et officii | capiat oblivio. Hunc ego illum regem et principem contenderem<sup>a</sup>, cuius aut. | 159\* ope et opera res divine aput Polonos aucte sunt et Poloni ex agresti feraque vita in urbanum mitamque cultum deducti. Amplitudinis gloria in universo pervagatus orbe, ut quantus inter principes viros, tantus inter principes princeps emineret; de quo illud, quod de Nestore literis proditum est, merito dixerim: „cuius ex lingua melle dulcior fluebat oracio“. Ad mansuetudinem, clemenciam, misericordiam bonitatemque se componens pro omni tempore, que longe stabilior atque gloriosior, quam regni aut diviciarum est hereditas. Virtutum autem suarum id unum vel maximum testimonium est: nam quamdiu aput Polonos rerum summe preerat<sup>b</sup>, prospere cuncta succedebant, victores exercitus remeabant, res bello paceque feliciter gerebantur, arma Polonorum universam territabant } viciniam; postea vero quam HPQ222 fato subtractus est, spes Polonorum retro sublapsa cepit referri. A quo et parente suo Myeczslawo fidei Christiane in Polonia cepit exordium et per quem regalis splendoris et gracie provenit Polonis dyadematis et unccionis sacramentum per illumque solum tante rei tantique decoris Polonis affulsit et accessio et occasio. Nec inter principes sue etatis alterum fuisse, in quo ampliora benignitatis et humanitatis reluxissent officia, ita regnum terrenum administrans et taliter actus suos divinis conformans beneplacitis, ut [...<sup>c</sup>] appareret illum in terreni regis solio non parva ex parte celeste suspirare et perficere. Faciles ad eum aditus, facilior allocucio; et cum multos multis in rebus excelleret, tamen se singulis parem prestare videbatur, promptus ad ferenda beneficia virtutis sue, sive bellum spectes sive pacem, memorabilia aput Polonos relinquens preconia, sed in eo potissime<sup>d</sup>, quod primus repudiatis falsis diis et erroribus, maiestatem Dei veri et cultum eius felicissimo auspicio agnoverit, inchoaverit, ampliaverit, honoraverit }<sup>f</sup>.

*Martino Ploczensi episcopo succedit Albinus*

<sup>e</sup> <Quartana febris vexatus Martinus<sup>1</sup> Ploczensis episcopus, cum annis decem et octo sedisset, moritur et in ecclesia Ploczensi sepelitur; cui Albinus, nacione Romanus, decretorum doctor, per Johannem decimum septimum provisus succedit><sup>e</sup>.

<sup>a</sup> contenderim aut.    <sup>b</sup> prerat aut.    <sup>c</sup> que erasum in aut.    <sup>d</sup> potissimum Ed. Crac.    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu vacuo spatio deficiente, in margine paginae praecedentis (138) insertum aut.

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS VICESIMUS QUINTUS.

*Boleslaus Chrobri rex Poloniae infirmatur sumptisque sacramentis  
testamentum condit; cuius laudes recensentur<sup>1</sup>*

Gravibus continuisque laboribus, quibus Bolesl us Polonie rex et in bellis inferendis et in repellendis et in rerum publicarum administracione, atque in domesticis institutis et ordinacionibus occupatam<sup>a</sup> et sine ullis } induciis agebat vitam, con-  
senescens [et] in viribus corporalibus sensim decidens, gravem valitudinem incurrit, que illum mensibus aliquot vexacione assidua contorquebat medicinis, que adhibebantur, nullum afferentibus profectum. Invalescente itaque morbo, primum prudentissimus rex confessione criminum suorum aliquociens repetita et salutari sumpto viatico prelatos et barones Polonie mandavit accersiri. Quibus in castrum Poznaniense ad eum convenientibus (illic enim eum invaserat egritudo) cepit plures de conservando stabiliendoque Regno Polonie cum illis cedere<sup>b</sup> sermones, contestans et per beneficia, que regno et illis prestiterat, et per coronam, quam sua virtute et sudore quesiverat et dilataverat, obligans illos atque rogans, quatenus morte sua secuta servarent concordiam, unionem et caritatem, et ad filium suum, quem in spem <successionis><sup>c</sup> universi Regni Polonie unicum relinquebat, Myeczszlaum<sup>d</sup> ducem, nepotemque parvulum ab eodem Myeszlae<sup>e</sup> ex Richsza genitum, Kazimirum omnem converterent favorem et respectum et illum in regem assumentes regio dyademate insignirent; filio quoque duci Myeczszlao<sup>f</sup> tunc presenti et ad grabatum cum consorte et infante Kazimiro<sup>g</sup> assistenti longo verborum scemate precipiens, ut virtutum suarum emulator existens, divina in primo et precipuo retinens cultu, consiliarios in honore, ceteros subditos in iusticia et equitate contineret, voluptates autem molliciemque quam maxime fugeret et in armis tractandis occupari, heroicum quoque virum se exhibere non intermitteret, asserens naciones finitimas a se armis subactas, nisi potencia et armis in fide contineantur, facile iugum detractaturas, et nervo subieccionis et obediencie, quo hactenus tenebantur, abiecto rebellaturas. Excepta autem sunt ab utrisque cum omni mansuetudine huiuscemodi mandata.

<sup>a</sup> occubatur *Ed. Crac.*   <sup>b</sup> condere *Ed. Crac.*   <sup>c</sup> *Dlugossii manu in margine*   <sup>d</sup> *cf. p. 182 adn. a*   <sup>e</sup> *cf. p. 171 adn. e*   <sup>f</sup> *cf. adn. e*   <sup>g</sup> *terminatio verbi correcta in aut.*

Pollicetur imprimis dux Myeczslaus<sup>a</sup> se virtutum paternarum sectatorem et operum adnisorum quoque, ne qua occasione sibi Regnoque Polonie segniter se gerendo tenebras infundat. Pollicentur deinde prelati et barones concordiam se servaturos et prolem suam ac posteritatem omnem in regio honore atque dignitate habituros, spe optima pleni, quod in duce Myeczslavo<sup>b</sup>, quem dyademate regio ornaturus se ultro compromittebant, et sua vigere instituta et relucere deberet virtus et imago. <sup>c</sup>—(Iste Boleslaus videlicet Polonie [rex<sup>d</sup>] primus Christiane<sup>1</sup> religionis funiculos in Polonorum regionibus dilatavit, propter quod benedictionem Jaffeth<sup>2</sup> filii Noe non<sup>e</sup> immerito hereditavit, quem pater benedicens: „Dilatet<sup>3</sup>“ inquit, „Deus Jafeth“.

Gentilitatis enim errore et superstitione ydolorum } obiecta, fides et religio Christiana HPQ224  
in cultu unius Dei per obsequium huius Boleslai in Polonia est dilatata. Huius enim tempore Ecclesia sancta in Polonia sumpsit incrementum in rebus et personis; ipse enim (ut in superioribus scripsimus) constituit novem<sup>4</sup> episcopatus et episcopos, limitavit et dotavit dioceses, attribuens eis predia, castra cum pertinenciis earum<sup>f</sup>, scilicet servitutes diversorum officiorum, proventus rerum mobilium et immobilium, tam presencium quam futurorum apparencium, scilicet ferri, plumbi, salis et argenti sine excepcione, auri vero cum excepcione, et immunitatem a muneribus seu oneribus servilibus eis liberaliter conferendo, ne angariis et preangariis per officiales regios aut ducales <sup>g</sup>aggraventur, seu molestentur<sup>g</sup>. Immunitatem<sup>h</sup> autem et privilegium ecclesiastice libertatis et personarum ad eam pertinencium, quam ipse suo tempore Ecclesie diligenter exhibuit et posteris suis sine scrupulo retractacionis exhibendam reliquit, reipublice eciam tenorem idem Boleslaus ad unitatem civium et concordiam indigenarum mutuo conservandam sagaciter ordinavit, leges salutiferas gracia humane societatis descriptas condidit et edicto publico promulgavit, ut earum metu humana coherceretur audacia et tuta esse posset inter improbos humilium innocencia; unde eciam omne hominum genus pestiferum, scilicet fures, predones, effractores, concussores seu calumpniatores, sacrilegos, abigeos, plagearios et ceteros maleficos propulsando [et] proscribendo de terra provide exterminavit. Totam preterea Polonie terram pertransiens erroribus supervacuis salubriter purgavit, deorum gentilium culturam, quos variis erroribus gentilitas delusa colebat, et aliarum vanitatum supersticiones subvertendo penitus abolevit, et unius Dei

<sup>a</sup> cf. p. 171 adn. c    <sup>b</sup> cf. p. 110 adn. i    <sup>c-c</sup> alterius, eiusdem, tamen temporis scribae manu    <sup>d</sup> additum in Ed. Crac.    <sup>e</sup> nec Ed. Crac.    <sup>f</sup> eorum Ed. Crac.    <sup>g-g</sup> aggravarentur, seu molestarentur Ed. Crac.

<sup>h</sup> Emunitas aut.



creatoris celi et terre maiestatem venerari et adorari, universaliter imperiosa et districta<sup>a</sup> iussione demandavit. Cuius cura, industria et opera Poloniam Deum videmus illustrasse, quia nichil luce clarius, quam recta fides in pectore principis elucescit. Unde duo ex militibus eius, barones Woyslaus et Setigius, regis et signiferi sui exemplum et documenta secuturi, duo claustra monachorum sancti Benedicti<sup>1</sup> fundaverunt. Woyslaus videlicet in Lysszecz Calvimontis, in loco alto, situ eminenti, fundatoris intencione pro vite solitarie devocione fundamenta claustrum iecit et *aut.*|140\* erexit, vel, ut verius loquar, iactis dudum et erectis insigne | augmentum prestitit. *HPI*|225 Sethegius vero in loco plano } viatoribus ex diversis partibus commeantibus et institoribus navigantibus competenti et necessario hospitalitati, in Szeczechow super Vislam fluvium cenobium aliud fundavit et edificavit, et uterque eorum pro sui possibilitate utrumque eorum singillatim de facultatibus suis dotavit et ditavit, ut<sup>b</sup> in uno eorum fratres Deo servientes Marie vacarent contemplacioni, in altero Deo militancium et in proximi necessitate supportanda desudancium conventus Marte solícite insudaret operacioni. Ecce novelle plantacionis felix seminarium: quod enim Mezszaus<sup>c</sup> dux fide catholica suscepta plantavit, hoc Boleslaus propagando dilatavit et affectu caritatis irrigavit. Felix igitur exordium Mezszaus<sup>d</sup> in fidei catholice suscepcone, felicior progressus Boleslai in Christiane professionis propagacione, felicissima prestolatur pro catholice fidei confessione consummacione in premii collacione, prestante Jesu Christo in seculi regeneracione }<sup>e</sup>.

*Boleslaus in medio militum suorum Posnaniae  
post longam orationem de facienda pompa funerali  
et de futura regni scissione ac tandem optimo rege futuro  
habitam obiit*

O]rdinacione<sup>e</sup> insuper Regni Polonie expedita <sup>f</sup>ad alia<sup>f</sup> rursus Boleslaus Polonie rex animum urgente valitudine intendit et quonam pacto continui sui milites et familiares premiari debeant, de nonnullis quoque aliis privatis rebus duci Myeczszlavo<sup>g</sup> filio mandata voce iam tunc labante edicit. Hinc vero consiliariorum et

<sup>a</sup> stricta *Ed. Crac.* <sup>b</sup> et *aut.* <sup>c</sup> *cf. p. 171 adn. c* <sup>d</sup> *cf. p. 177 adn. e* <sup>e</sup> *l. o.* <sup>f</sup> *deest in Ed. Crac.* <sup>g</sup> *cf. p. 171 adn. e*

militum turba in edem, qua decumbebat, admissa, caritate, qua illi iuxta ac parenti afficiebatur, permota, monere regem atque ab eo doceri vehementer expecit, quibus honoribus, qua pompa, quove ordine, quantis insuper diebus, quanto quoque tempore funus suum essent ritu et tradizione catholica prosecuturi et<sup>a</sup> tetra ac mutata veste, lugubri quoque habitu excessum suum deplancturi. Tum ille in uberes lacrimas resolutus, non de sepulture qualitate, sed statu patrie, cuius eciam tunc caritate flagrabat, sollicitus: „Nichil“ inquit „aut parum interest mandare michi aut eloqui, qua gloria, quave dignacione a vobis post fata debeam funeris officio efferri, sed neque vestrum super morte mea merorem finito tempore } phas HPI 226 iudico, quemadmodum vestra habet supplicacio, circumscribi; neque enim adeo anguste et ignaviter me reor vixisse, ut operum meorum recordacio sub aliquanto tempore debeat aput vos quacunque limitatione concludi. Verum etsi a vobis ordine fatorum subtrahor: consciencia tamen clarissimorum operum a me editorum et secundo favore rerum a me gestarum ea spe plenus decedo: ita me in vestris pectoribus celebratum iri existimo, ut non a vobis tantummodo et filiis nepotibusque vestris, sed ab universa gentis Polonice posteritate quancunque evo successura, coli mirarique debeam memoria sempiterna et novis atque exquisitis tum laudibus, tum suffragiis a genere Polonico in regiminis mei honorem aput celestes et quoslibet mortales attolli. Nostis siquidem a puero me taliter firmatum, et inspiracione divina magis quam humana sic institutum fuisse, ut ad erigendam, ornandam et locupletandam patriam hanc omnes vires, facultates et ingenia scrupulosa contencione converterim, ac pro eius incremento nullum laborem nullumque periculum usque in diem hanc exhorruerim, primis quoque meis partim moribus, partim virtutibus, regia illam dignitate sublimari obtinuerim, ut nemo quantumcunque iniquus rerum extimator dubitet me et maioribus meis et virtute et bellica laude domesticisque institutis adeo proluxisse, in patriam quoque tam frequencia ornamenta, tam immortalia beneficia contulisse, ut sim mee domus posteris note excellencie et nobilitatis vertex et regie stirpis prima et clarissima propago, patrie vero parens precipuus suique splendoris auctor primarius et origo“<sup>b</sup>.

<sup>c</sup>P]ost hosce<sup>c</sup> sermones dum rex parumper<sup>d</sup> conticesceret, vox et a consiliariis proceribusque et a militibus Polonorum sublata, non patrem eum tantummodo patrie, sed et liberatorem, instauratorem et alterum a Lechone conditorem triumpham-

<sup>a</sup> omissum in Ed. Crac.    <sup>b</sup> intervallum 6 versibus scribendis aptum vacuum relictum, in Ed. Crac. sine intervallo    <sup>c</sup> l. o.    <sup>d</sup> per in rasura

HPQ<sup>227</sup>  
aut. | 141\*

toremque pacificum succlamavit. Dum in eius laudibus certatim immorarentur et universa regia blando murmure personaret, tandem Boleslaus rex rupto silencio ait: „Michi quidem in presenti agone constituto, non quo loco condar, quibusve<sup>a</sup> officiis funeri meo iusta solvantur a vobis, insidet sollicitudo, quippe qui funereas pompas per vos celebrandas ne quicquam michi rear profuturas; alcior autem me de vobis et vestra Republica distinet et singulari cruciatu conficit cura. Video siquidem et a longinquo, Divinitate mentem meam inspirante, contemplor Rempublicam} Polonie, quam speciosam atque florentem relinquo, | per sediciones divisionesque vestras civiles direptum et pessundatum iri, quantumque<sup>1</sup> cruoris domesticis bellis Polonia fusura sit, quantisque cedibus me absumpto parentatura, contemplor, iamque hostilium castrorum et eorum, quorum cervices vobis subiugaveram, fremitum in vos et patriam hanc grassantium exaudire michi videor. Video et prolem prosapiamque regiam meam hinc exulantem, hostibus, quos domaveram, supplicem fieri et monarchiam Regni Polonie in varia divisionum monstra scindi et horrenda bellorum civilium invasione, iusto Dei permittente iudicio, cuius cultum religionemque negligencius et tepide in luxum voluptatesque et sedicionem versi tractabitis, collidi. Sola quoque hec doloris anxietas, etiamsi morbus non urgeret, animam esset exclusura, nisi multitudinem malorum imminencium spes melior temperaret. Miseracione enim celesti propiciandum stirpi mee et vobis video Deum, proditurumque ex lumbis meis suspicio in clarissimi sideris morem unum, qui languidam et pene exanguem Rempublicam Polonicam et terminos eius a finitimis occupandos restituet, qui instaurabit dissoluta, qui superbiam humiliabit hostilem, qui gladii mei capulo conterret subicietque rursus eas, que contra vos calcitrature sunt nationes, Regno Polonie mirificum iubar, pristinumque fulgorem suo ductu suisque virtutibus, auspiciis et operibus infusus“. Ea voce eaque denunciacione, rauco et debilitato iam sono letas et adversas res Polonie portendente edita, oculorum orbibus clausis manibusque defluentibus, agonem suum Christo supplici ingeminacione commendare non desiit, donec anima corpus linquens in preparata sibi pro operibus in fidei catholice stabilimentum sepenumero exhibitis habitacula ministerio angelico, ut pia habet credulitas, tercia die mensis aprilis<sup>2</sup> est invecata. Mortuus itaque est Boleslaus Polonie rex anno vite sue quinquagesimo octavo, cum annos quinque et viginti in regno exegisset. <sup>b-</sup><In cuius

<sup>a</sup> quibusque *Ed. Crac.*    <sup>b-b</sup> *Dlugossii manu in vacuo spatio*

laudem et memoriam universi Polonici generis presens et futura propago<sup>a</sup> aptissime illud Virgilianum<sup>1</sup> assidua modulacione poterit tenebiturque depromere:

<sup>b</sup>Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt

<sup>c</sup>Et illud Alexandrinum<sup>2</sup>:

<sup>d</sup>Si vite meritis respondet gloria fame,  
Nulla tuos actus poterit delere vetustas<sup>d</sup>. }

Qui etsi funere maturo occiderit, plus tamen luctus et desiderii quam ceteri ante se reges in Polonorum pectoribus reliquit, vir magnanimus et presenti semper fortuna meliorem se exhibebat<sup>e</sup>-<sup>b</sup>. HPQ228

*Quantum Regnum Poloniae doluerit de morte regis Boleslai  
et de moribus,  
statura ac singularibus virtutibus illius*

Meror<sup>e</sup> deinde ingens primum episcopos, comites, barones, nobiles ceterosque sue mortis spectatores, ex post vero wlgus permiscuum<sup>f</sup> occupat, luctusque et lamentatio non solum in regia, verum in universa regione vicina continuo increbrescebat. Sed et coloni morte regis wlgata, rure relicto et agricultura neglecta, catervatim accurrebant, examine corpus optimi regis visuri et sue quamvis infime sortis sedulitatis officium sibi impensuri. Confluxit tandem ad funeris pompa<sup>h</sup> tam ecclesiarum quam militarium frequens<sup>g</sup> numerus, et corpore regio in aula stante, tristi merencium militum et matronarum lamentationesque et eiulatus emittencium frequentabatur officio. Ex post vero in ecclesiam Poznaniensem productum<sup>h</sup> iuxta magnificentiam regalem, duce Myeczslawo<sup>i</sup> filio suo per prefectos regios singula gubernante dirigenteque, exequiis in dies aliquot protelatis in ecclesie Poznaniensis medio conditum est et funeri suo iustissimus honos persolutus. Tantis autem dolor universis ordinibus universisque populis super morte tam clarissimi regis, futura mala, que illos exceptura erant (ut reor) iam tunc ominantibus, suapte |

<sup>a</sup> terminatio verbi in rasura    <sup>b</sup> in textu sine intervallo    <sup>c</sup> hinc litteris minutioribus    <sup>d-d</sup> nitidiora  
a tramento sine intervallo et novus versus littera maiore incipit    <sup>e</sup> l. o.    <sup>f</sup> promiscuum Ed. Crac.    <sup>g</sup> Ed.  
Crac., frequentiorum aut.    <sup>h</sup> deductum Ed. Crac.    <sup>i</sup> cf. p. 110 adn. i

aut. |142\* ingestus est, ut anno plusquam integro, quasi ex quodam edicto, dies luctus singuli agerent, matres quoque familie et virgines omnem cultum abicientes ornamenta negligebant; convivaciones ac epule abrogate, nupciarum solennitates, cetus nobilium curiarumque celebraciones intermissee, nullus cantus, nullaque secularis iubilacio, nullus plausus in urbibus, villis, sed nec in agris audita sunt. Omnis siquidem sexus, omnis etas, omnis condicio, super morte tam optimi regis deplangenda, non se unquam parem illi autumans habiturum, videbatur pio certamine conspirasse. <sup>a</sup>⟨Omnes siquidem tam ingenuos quam rusticanos ex Boleslai regis magni morte dolor pervaserat, non sicut assolent, ut fictum ostenderent dolorem in principis funere, sed vero et fideli cuncti { merore consumebantur regisque sui mortem propria acriorem iudicabant, adeo unumquemque ex optimatibus et inferioribus eius mores, eius colloquiorum suavitas demulserant} <sup>a</sup>. Extat autem carmen<sup>1</sup> a veteribus scriptoribus in laudem prefati regis Boleslai editum, quod nostro presenti interseruimus operi, ut ex priscorum commendacione regis prefati amplior reluceat celsitudo. <sup>b</sup>⟨Neminem enim eum principem aut regem etas illa habuit, qui diligentius, qui sincerius, qui sanccius quam Boleslaus a Polonis cultus extitisset; quod maxime fletus et meror tam procerum quam wlgi in funere et cohonestando et deplangendo<sup>c</sup> habitus demonstravit. Dolebant siquidem quodam animi presagio iam futura ominantes, maximis incommodis ob eius mortem se non tam esse affectos quam afficiendos. Deflebant quoque eum sibi subtractum fore regem, qui cunctos sue etatis mortales liberalitate, industria, benevolencia, morum et conversacionum suavitate, humanitate, facilitate anteiret; qui non solum rogatus miserorum et calamitosorum aut aliqua egestate gravatorum subveniebat inopie, sed eciam ultro offerret<sup>d</sup>, que pudor petere prohibebat. <sup>e</sup>Mores illius generosi et illustres, ad gratiam redolentes, specie decorus et forma non negligendus; media siquidem pollebat corporis statura, copiosa et crispa, atra tamen suffultum habens cesarie caput. Publicis et privatis<sup>f</sup> abstinendo expilacionibus, benignum se per omne tempus prestitit regem: in subditos modestus, in hospites officiosus, in calamitosos et deliquentes oratu facilis, <sup>f</sup>conversacione et vita nitidus atque pudicus; <sup>g</sup>⟨optimo temperamento inter pietatem et racionem usus, sub eodem tempore, quo desideria sentire cepit, oppressit⟩<sup>g</sup>. Cuius ideo virtutes descripsisse succurrit,

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in spatio vacuo insertum    <sup>c</sup> Ed. Crac., deplangendo aut.    <sup>d</sup> offerebat Ed. Crac.    <sup>e</sup> hinc Dlugossius alio atramento    <sup>f</sup> hinc denuo color atramenti mutatur    <sup>g-g</sup> cf. adn. a-a

ut ceteris omnibus regibus et principibus Polonie futuris virtutis exemplar et ymago reluceat; quem si ceteri, qui pociuntur rerum <summa><sup>a</sup>, imitari vellent, meliori loco sese haberent Polonorum res minoribusque exagitarentur incommodis, instruccionem et magis cautum habituri animum in suis accionibus, postquam regis prefati exemplis formabuntur. Cuius eciam ope et opera Poloni, homines quondam barbari, ex agresti feraque vita in urbanum civilemque cultum deducti sunt et in mores conciliati civiles et nobiles. Que cum ita sint, quis eum regem non probet, non admiretur, non tollat in celum summis laudibus, quem intelligit immortalia beneficia populo et Regno Polonico contulisse><sup>b</sup>. }

*Mors Henrici secundi imperatoris Romanorum*

HP1230

<sup>b</sup><Henricus<sup>1</sup> primus Bawarie dux<sup>e</sup>, cum annis viginti regnasset et plura bella feliciter confecisset, fine beato absumptus est et in ecclesia Bambergensi, quam vivens fundaverat, dotaverat et extulerat, sepultus et in sanctorum numerum relatus, cuius festum agitur...><sup>b2</sup>

*Myeczslaus dux Poloniae  
in regem una cum Richsza uxore sua coronatur.  
Incendium Cracoviae*

C]orpore<sup>d</sup> regio cum debito honore ecclesiastice sepulture mandato, prelatorum, comitum, baronum et nobilium Polonie in Poznaniensi civitate maximus habitus est conventus ad providendum de futuro Polonie rege in Boleslai locum successuro. Conformis autem frequentis tunc senatus iuxta ac multitudinis erat sententia, ut patri optimo filius Myeczslaus<sup>e</sup> dux succederet, cum et per patrem futurus rex designatus foret et propter paternam probitatem, virtutes et merita, affinitatem insuper, quam ex parte uxoris sue Richsze cum principibus Almanie et imperio retinebat, nulli eque ut sibi successio et solium Regni Polonie debebatur. Publico autem decreto de coronando Myeczslauo<sup>f</sup> duce<sup>g</sup> | concorditer confecto dies dominica aut. | 143\*

<sup>a</sup> superscriptum <sup>b-b</sup> Dlugossii manu in vacuo intervallo, deinde spatium 7 versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>c</sup> Imperator Romanorum additum in Ed. Crac. c.f. adn. 2 <sup>d</sup> l. o. <sup>e</sup> cf. p. 171 adn. c <sup>f</sup> cf. p. 110 adn. i <sup>g</sup> Meczslaus secundus rex coronatur manu XVI s. in superiore margine

Penthecostes ad coronandum illum est indicta. Qua adveniente ad metropolim Gneznensem princeps Myeczszlaus<sup>a</sup> cum magna militum cohorte advenit et in ecclesia Gneznensi in die prefata Penthecostes<sup>1</sup> ipse quidem dux Myeczszlaus<sup>b</sup> in regem, consors vero ducissa Richsza, filia comitis palatini Reni et neptis Ottonis tercii imperatoris, in reginam Polonie per Ipolitum<sup>2</sup> tunc Gneznensem archiepiscopum, assistentibus sibi Gompone<sup>3</sup> archiepiscopo Cracowiensi et <Paulino><sup>c</sup> Poznaniensi, <Marcello><sup>d</sup> Wladislawiensi, <sup>e</sup><Clemente<sup>4</sup> Wratislaviensi><sup>e</sup> et <Albino><sup>15</sup> Ploczensi pontificibus comitibusque, proceribus et baronibus Polonie innunguntur et coronantur. Paternis autem institutis Myeczszlaus<sup>g</sup> nows Polonie rex edoctus tam pontifices, principes et barones, quam universam miliciam et nobilitatem, que ad sue coronacionis solennia, velut spectaculum rarum visura, Gneznam confluxerat, et coronacionis sue die et pluribus aliis sequentibus regali mensa exceptit<sup>h</sup> et opipare tractari singulisque abunde mensis epulas regias inferri disposuit. Distribuebantur HPN231 insuper ex precepto { et ordinacione Myeczszlavi<sup>i</sup> regis in pauperes eisdem diebus large elemosine et singulorum providebatur egestati. Obtulit eciam Myeczszlaus<sup>l</sup> nows rex in coronacionis sue die, obtulit et regina Richsza insignia in auro et argento ad maius altare munera, sed et vestes sacras ecclesie Gneznensi largiti sunt, in Divinitatis propiciacionem et ecclesie Gneznensis honorem, sue vero coronacionis memoriam perhennem.

<sup>k</sup><Cracoviensis urbs eo anno conflagrata, grave dispendium et incendium pertulit><sup>k</sup>.

*Johannes vicesimus Benedicto octavo papae successit;  
is post mortem cuidem episcopo apparens,  
pecuniam quamdam pauperibus distribui mandavit*

B]enedicto<sup>1</sup> octavo mortuo, <sup>1</sup><qui annis duodecim, diebus viginti uno sedit, episcopatu anno uno cessante><sup>1</sup>, Johannes vicesimus<sup>6</sup>, nacione Romanus<sup>m</sup> <ex patre Gregorio><sup>m</sup>, succedit, qui [.....<sup>n</sup>] annis aliquot nonnullas guerras et controversias cum Romanis gessit. <sup>o</sup>-<Scribit Petrus Damiani<sup>7</sup>, quod quidem episcopus vidit prefatum Benedictum papam nigro equo quasi corporaliter insidentem et dixit ei: „Nonne

<sup>a</sup> cf. p. 171 adn. c    <sup>b</sup> cf. adn. a    <sup>c</sup> Dlugossii manu superscriptum    <sup>d</sup> cf. adn. c    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>f</sup> cf. adn. e-e    <sup>g</sup> cf. adn. a    <sup>h</sup> except aut.    <sup>i</sup> cf. p. 177 adn. e    <sup>j</sup> cf. adn. a  
<sup>k-k</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>l</sup> l.o.    <sup>1-1</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>m-m</sup> cf. adn. e-e    <sup>n</sup> sedens erasum in aut.    <sup>o-o</sup> Dlugossii manu sub textu

tu es Benedictus papa, quem iam defunctum novimus“. „Ego sum“ inquit „ille infelix Benedictus“. „Et quomodo“ inquit „est tibi, pater?“ „Graviter“ inquit „torqueor, sed de Dei misericordia non despero, si michi adiutorium prebeatur“. „Vade“ ait „ad successorem meum Johannem papam et dic ei, ut summam pecunie<sup>a</sup> in tali teka [s] repertam distribuatur pauperibus, quia quicquam<sup>b</sup> ante pro me dabatur, nichil profuit, quia<sup>c</sup> de rapinis fuit“. Quod episcopus fideliter implens et episcopatu cedens, monasterium introivit<sup>o</sup>.

*Cunradus in regem Romanorum eligitur et consecratur*

C]unradus<sup>d1</sup>, ex principibus Almanie unus, in regem Romanorum, dissidentibus in eius eleccione electoribus, eligitur; e<Ceno<sup>f2</sup>, vero dux, cum ad imperium aspirare vellet, repudiatur instinctu Albonis<sup>3</sup> Maguntinensis archiepiscopi: Henricus enim imperator, suadentibus principibus Cunradum prefatum<sup>g</sup> sibi successorem designans, diem obierat, cum annis duodecim, secundum alios duobus et viginti imperasset, secundum alios viginti. Iste { Cunradus multas leges edidit et pacem HPQ232 districtissime sub pena capitis custodiri precepit; quem veritus Lupoldus<sup>4</sup> comes de terra effugit et rusticane in tugurio vixit. A Gregorio sexto<sup>5</sup> consecratus Rome<sup>e</sup> }.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS VICESIMUS SEXTUS.

*Myeczslaus rex captis Ruthenorum obsidibus Russiam in fide tenuit  
et filium litteris tradidit*

Polonorum rex Myeczslaus<sup>h</sup> exacto integro anno, in quo patrem suum cum omni militia veste mutata lugebat, ex Gneznensi castro, in quo continuum tenuerat domicilium, versus Cracoviam, ducens secum Richszam reginam, processit, ubi aliquot mensibus exactis in fines Russie cum milicie sue frequenti multitudine se

<sup>a</sup> terminatio verbi in rasura    <sup>b</sup> quicquid Ed. Crac.    <sup>c</sup> quoniam Ed. Crac.    <sup>d</sup> l. o.    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in vacuo intervallo    <sup>f</sup> Cuno Ed. Crac.    <sup>g</sup> duces additum in Ed. Crac.    <sup>h</sup> cf. p. 171 adn. c



contulit. Jaroslaus etenim atque Msczislus Russie duces morte Boleslai Polonie regis audita cum magno tam militum quam popularium exercitu fines Regni Polonie invadunt<sup>1</sup> castrumque Czirwyensko<sup>2</sup> et alia Polonica castra oppugnant, vastatisque aliquibus regionibus Polonie captivos agrestes secum abducunt et eos super fluvium Porszy<sup>3</sup>, prope Kyowiam, ad colendam terram locant. Certum insuper erat Ruthenos per patrem suum regem Boleslaum subactos secuta morte | eius ad res novandas plurimum inflammatos plerasque conspiraciones clandestinas tenuisse et ad reiciendum impositum iugum animatos esse, apparebatque illos in apertam rebellionem aliquando, nisi interim daretur remediatio, prodituros. Russiam itaque Myeczslaus<sup>a</sup> Polonorum rex perveniens principales ex Ruthenis capit et captos<sup>b</sup> in Cracoviam per castra distribuendos transmittit, quos aliquantis annis obsidum loco habuit; quo facto et gliscentem rebellionem oppressit et Ruthenos in fide continuit eisque novandi res de cetero opportunitatem ademit. Rebus vero Russie debito ordine compositis et castris municionibusque iusto militum presidio et victu- alium fulcimento provisus in Poloniam remeabat et primum quidem in Ploczensem terram descendit et in illa audiendis expediendisque causis et querelis subditorum vacavit. Abinde vero in alios Lancziciensis et Cuyawiensis terrarum districtus se convertens ad solitam habitationem suam Gneznam rediit. Et quoniam filius suus Kazimirus annum iam etatis septimum agebat, pater illum literis applicat et viros graves docturos adolescentem adhibet, ut illustratus { scienciarum lumine ad gubernandas res publicas Polonorum instruccior ingeniosiorque evaderet. Is autem ex principum Polonie sanguine primus deprehenditur, qui doctrinam literarum assecutus nobile ingenium adiumento literarum amplius nobilitavit et polivit; ceteros enim priscos principes Polonie in discendi literarum genere nunquam constat exercitatos fuisse. <sup>c</sup>⟨In ipso autem regnandi inicio apparuit Myeczslawus Polonie rex tardus ingenio et ebes animi, quoque incinnus moribus, consilio ineptus, accione levis, ad res dignitatem aut gravitatem deposcentes expediendas parum ydoneus<sup>1</sup>; qui abiectis prudentibus evo et natura grandevs consiliariis, iuvenum se et levium hominum permisit agi consiliis. Que quidem causa potissima fuit, cur Regnum Polonicum sub eius tempore plura detrimenta sensit<sup>d</sup>: quoniam neque ipse sapencie studere voluit, neque colere sapencie studiosos⟩<sup>e</sup>.

HPQ233

<sup>a</sup> cf. p. 171 adn. c    <sup>b</sup> captivos Ed. Crac.    <sup>c-e</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>d</sup> senserit Ed. Crac.

## ANNUS DOMINI MILLESIMUS VICESIMUS SEPTIMUS.

*Brzetislaus filius Odalrici ducis Bohemiae Polonos persequi coepit  
rebellionem parans*

Interim, quo Ruthenorum rebus Myeczszlaus<sup>a</sup> Polonorum rex invacabat,<sup>1</sup> Bohemi turpe reputantes tributa Polonie regibus pendere, in rebellionem apertam prodeunt et Polonos, quos in Bohemia reperiunt, aut comprehendunt, aut expellunt. Erant<sup>2</sup> pro ea tempestate in Bohemia duo principes, Odalricus<sup>3</sup> et Jaromir, filii Boleslai per Polonie regem Boleslaum excecati. Aput Odalricum tamen principatus Bohemie [et] administratio consistebat, alter enim frater Jaromir, ne consorcio suo principatum sibi adimeret aut saltem truncaret, captus ab eo et excecatus vitam agebat privatam et calamitosam. Erat Odalrico duci Bohemie filius ex agresti et rusticana femina Bozena<sup>4</sup> nomine alias Beatrice susceptus, Brzeczislaus<sup>5</sup> nomine, adolescens ferox et impiger. Is rebellionis prefate primarius auctor existens, non Polonos solum, sed et nobiles Bohemie, et specialiter Vrszowiczenses ceterosque Polonis faventes<sup>b</sup> magno odio prosequabatur. Odalricus siquidem genitor suus iuramenti Boleslao Polonorum regi prestiti sacramento adactus<sup>c</sup>, temerare illud non audebat, potenciam eciam Boleslai Polonie regis et penam excecacionis, qua pater suus Boleslaus Bohemie dux, in ea usque tempora vivens, mulctatus fuit, veritus, Boleslao vero Polonie rege mortuo, ipse quidem iuramenti conscius a rebellionem abstinuit, sed illam per filium } Brzeczislaum confecit. Et ut a Polonis in avi sui excecacione atque in paterna captivitate accepte iniurie memor foret, adolescentem suapte in Polonorum odium procliwm inflammare non desiit.<sup>d</sup> | e< Germano insuper suo Jaromiro, sive proditoribus suggerentibus, sive quod etatis sue beneficio illum sibi preferri verebatur, effodi oculos iussit. Rusticane femine, Bozene nomine, captus specie et amore, quamvis amici adversarentur, illam sibi matrimonio sociavit, que illi Brzyetislaum filium generavit><sup>e</sup>.

HPIQ234

aut.145\*

<sup>a</sup> cf. p. 171 adn. c    <sup>b</sup> primo faventer, alio atramento correctum faventes    <sup>c</sup> primo adductus, postea correctum    <sup>d</sup> vide penes tale signum  $\nabla$  in aut. eiusdem temporis manu adscriptum    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in charta sequenti post caput Diurno-dedit — posterioris temporis manu hic, ad precedens capitulum hec continua(tio)



indubie intelligit. Licet autem Polonorum milites in presidiis huiusmodi agentes miliciam et prefecti eorum sepius nuncios ad Myeczszlaum<sup>a</sup> Polonie regem mitterent et in quanto<sup>b</sup> versarentur periculo<sup>c</sup> denunciando auxilia sua implorarent, Rex tamen Polonie Myeczszlaus<sup>d</sup>, sive aliis curis publicis et privatis tunc impeditus, sive quod ad tractanda repellendaque bella parum illi animi natura tribuisset, sive quod miliciam pro manutenenda defendendaque Morawia<sup>e</sup> Poloni detrectarent, obsessis petitum et quam maxime speratum suffragium ferre distulit. Que quidem sua dissimulatio ad nocionem civium Morawie, qui obsidebantur (neque enim eos latere poterat, quippe et ipsi per proprios nuncios Myeczszlaum<sup>f</sup> Polonorum regem de solvenda obsidione sollicitabant) perlata magnam Polonorum militibus, presidia civitatum defendentibus, perniciem ingessit; ultima enim desperatione cives fracti magisque Bohemorum quam Polonorum malentes subici principatui, facturos se Brzeczislao duci Bohemie<sup>g</sup> dedicionem per clandestinos tractatus paciscuntur apertisque portis sub noctis conticinio Brzeczislaum recipiunt. Unius autem vel<sup>h</sup> duarum civitatum exemplum cetera secute similem fecere dedicionem. Crudelem autem Brzetislaus Bohemie dux victorem se gerens milites Polonorum quosdam quidem trucidavit, alios in captivitatem et varia supplicia egit, ceteros, qui cives et incole Morawie facti fuerant, exilio et bonorum confiscacione dampnavit, nonnullos venum dedit.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS VICESIMUS NONUS.

*Myeczslaus rex Poloniae Moraviam propter defectionem populatur*

Geminatam iniuriam a Brzeczislao Bohemie duce, et in tributi ex Bohemia pensi denegacione et in Morawie occupacione illatam, Myeczszlaus<sup>i</sup> Polonorum rex etsi diucius, quam sat erat, pertulerit, baronum tamen suorum Polonie crebris impulsio- nibus exagitatus, expeditionem generalem regni sui in Moraviam indicit<sup>l</sup>, et col- lectis copiarum suarum exercitibus, in notabili potencia Moraviam | ingreditur neque expugnacioni civitatum, que a se defe<sup>l</sup>cerant, intendit (obstinatis enim animis

aut. | 146\*

HPN236

<sup>a</sup> cf. p. 182 adn. a    <sup>b</sup> quantis Ed. Crac.    <sup>c</sup> periculis Ed. Crac.    <sup>d</sup> cf. p. 171 adn. c    <sup>e</sup> et additum in aut.    <sup>f</sup> cf. adn. a    <sup>g</sup> omissum in Ed. Crac.    <sup>h</sup> et Ed. Crac.    <sup>i</sup> cf. adn. d

intelligebat illos et reatus defeccionis conscios, et presidio eis a Bohemie duce Brzezislaο misso munitos, obsidionem toleraturos)<sup>a</sup> sed igne et spoliis mandat singula vastari<sup>b</sup>. Incendebantur itaque suburbana earum civitatum, que defecerant, incendebantur opida, ville quoque et rura, et post plurima dampna Morawis illata, predam multam pecoris et ceterorum spoliū secum vehens, Myeczszlaus<sup>c</sup> Polonorum rex Morawicam utcumque ultus defeccionem, Poloniam salvus cum exercitu rediit.<sup>d</sup>

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS TRICESIMUS.

*Praefecti Cisalbini a rege Poloniae deficiunt,  
duces se creant; inter quos nunc est Marchionatus Brandenburgensis*

Exemplum Bohemorum Moraworumque prefecti castrorum, civitatum et munionum cis Albiam sitarum secuti ab obediencia dedicioneque Myeczszlai<sup>e</sup> regis Regnique sui Poloniae deficere ceperunt, ignavia desidiaque regis et affinitate Almanorum, quam invicem dando accipiendoque uxores iunxerant, eis defeccionis materiam subministrante; audiebant siquidem et plures ex illis ab experto noverant regis Myeczszlawi<sup>f</sup> partim molliciem, partim incuriam<sup>g</sup>, propter quam pavor, obsequela et maiestas, patri quondam<sup>h</sup> suo<sup>i</sup> Boleslao Poloniae regi a propriis et finitimis servata, contemptum et despectum iri in filio cepit. Prefati siquidem cis Albiam prefecti conspiracione facta neque ad iussum et vocacionem Myeczszlawi<sup>i</sup> venire, neque vectigal solitum fisco regio reddere, interpositis primum quidem coloratis excusacionibus, quod vexacionem hostilem proprio ere et milite sustinerent et reprimerent, ceperunt sensimque et non subito defeccionem huiusmodi, quatenus remaneret ut cetera impunita, callidis vafisque et contactis specie mendacii ingeniis conflabant. Et quoniam humana condicio semel concepta ambicione contenta non est, sed se in varios desideriorum et affectuum, ni in suo exordio castigata et allisa fuerit, derivat et diffundit reflexus, prefecti Polonorum Cisalbini simplici defeccione non contenti, non se iam prefectos capitaneosque regis et Regni Poloniae, quinimo

<sup>a</sup> toleraturas aut. <sup>b</sup> Moravia ob defensionem vastata a Meczslao manu XVI s. <sup>c</sup> cf. p. 171 adn. c  
<sup>d</sup> intervallum tribus versibus scribendis aptum vacuum relictum <sup>e</sup> cf. p. 177 adn. e <sup>f</sup> cf. adn. e  
<sup>g</sup> iniuriam Ed. Crac. <sup>h</sup> littera „a“ super verbum inserta <sup>i</sup> littera „b“ super verbum scripta <sup>j</sup> cf. ad. f

nec subditos aut feudales, sed dominos gerebant et nominabant, dicionisque et principatus fasces } orarum Cisalbinarum tam ipsi quam filii eorum et nepotes suapte et propria autoritate defeccionem levibus principiis motam, sed successu temporum importunitate alitam et auctam, rege et Regno Polonie tolerante, usurparunt<sup>a</sup>. In eam insuper presumptionem elacionemque Cisalbinorum prefectorum profluxit<sup>b</sup> audacia, ut procedendo tempore terras, quas gubernaverant, a Polonorum Regno et communione secernerant et ducum atque principum sibi dyademata imponerent. Ex quibus marchionatus ille Brandenburgensis<sup>c</sup>, qui in Polonico vocatur Sgorzelyecz, exortus, ceteris aut subactis aut extinctis, facile superioritatem et principatum sortitus, in hanc diem perseverans, eciam per aquilam rubeam, quam defert pro insigni<sup>d</sup>, Polonorum se quondam fuisse regionem, quorum alba aquila universale est insigne, sed ab illorum dicione scissam et abstractam, niveo colore in coccineum transmutato, contestans.

<sup>e</sup>[Thimote]us<sup>d3</sup> P[ozna]niensis episcopus cum a[n]nis vi]ginti octo sedisset, diem obiit aput ecclesiam s[uam Poznani]ensem sepultus<sup>e</sup> |.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS TRICESIMUS PRIMUS.

aut. 1147\*

*Quomodo Lubecensis civitas et comitatus Magnopolensis  
defecit a Regno Poloniae*

Pervenit tandem Moravorum, Bohemorum et Cisalbinorum prefectorum ad gentes Kasszubitarum, Serbianorum et eas, que insulas et oras maritimas incolebant, quas Boleslaus rex Polonorum dicioni et imperio restituerat, defeccionis contagio. He quidem, ut nature est humane, ad res novandas prone, et quod sepius bellis finitimorum Almanorum lacessite crebrisque predis et spoliis hostilibus vexate nichil defensionis et presidii a Myeczszlavo<sup>e</sup> Polonorum rege tulerant, facile a sua et Polonorum desciverant obediencia, in variasque diciones et proprietates scisse, nonnulle ad imperialem obedienciam subacte, cetera a finitimis principibus occupate, alicue vero suis parere presidibus et illorum suscipere dominium compulse sunt.

<sup>a</sup> usurpaverunt Ed. Crac. <sup>b</sup> excrevit Ed. Crac. <sup>c-c</sup> nota Dlugossii manu scripta et partim erasa, non nisi radiorum ultraviolaceorum ope legi potest; deest in Ed. Crac. <sup>d</sup> l. o. <sup>e</sup> cf. p. 110 adn. i

Ab eo autem tempore gentes oreque predictae, disceptae et a corpore Regni Poloniae distractae variosque dominos et principatus sortite, per tam longum et diuturnum tempus, quod earum defeccionem secutum est, nunquam ad integritatem eius potuerunt reduci. Ex quibus famosa illa et insignis civitas Bukowycz<sup>1</sup>, que in Theutonico Lubek appellatur, consurgens, maritimis<sup>a</sup> opibus et terrestribus, que ad illam propter situs opportunitatem facile importantur, aucta et Theutonicorum policia exulta, in illud usque crevit fastigium, ut principum, qui illam occupaverant, abrogato imperio, hactenus suis vivat legibus, et commune haud fastidiendum<sup>b</sup> per se conficiat. Inde quoque et comitatus Magnopolensis<sup>2</sup> erupit, veteris nominis preferens a magnitudine et latitudine camporum vocabulum, ex duobus integris, licet diversis, Latino videlicet et Polonico ydiomate confectum. Henricus<sup>3</sup> siquidem imperator Romanorum illius temporis cum Slavorum et dictarum gentium atque orarum principe, qui Nicolaus alias Mikel nominabatur, a quo et castrum insigne Mikkelberg<sup>4</sup> nomen accepit, bellum gerens ipsum tam terris quam castris ab eo possessis exiit et quasdam imperio adiciens, quasdam vero militibus suis distribuens, comitatum predictum Magnopolensem asseritur primus creasse: cuius in hanc diem dicio et nomen perseverat<sup>c</sup>.

AJNNUS DOMINI MILLESIMUS TRICESIMUS SECUNDUS.

*Pomerani a Regno Poloniae deficientes tyranno se dedunt,  
quem brevi Myeczslaus rex profligat et rebellionis auctores castigat  
Belaeque Hungariae regis filio exuli fortissimo filiam suam copulat  
ac Pomeraniam in regimen commendat*

Excutere iugum et ab obediencia Myeczslau<sup>d</sup> regis et Regni Poloniae se solvere<sup>5</sup> Pomerani aliorum defeccionem et exemplum secuti temptaverunt<sup>e</sup>. Principali enim nobili, et qui apud illos opibus, prudentia et factivitate prestabat, fasces regiminis deferunt, eumque sibi in principem creant et assumunt. Quorum<sup>6</sup> rebellionem, defeccionemque Myeczslaus<sup>f</sup> Polonorum rex ad eum perlatam molescius quam

<sup>a</sup> maritinis aut.    <sup>b</sup> Ed. Crac., fastiendum aut.    <sup>c</sup> spatium 5 versibus scribendis aptum vacuum relictum  
<sup>d</sup> cf. p. 177 adn. e    <sup>e</sup> deficiunt Pomerani a Meczslao manu XVI s. in margine    <sup>f</sup> cf. p. 171 adn. c

ceterorum ferens, indignam illam, ut erat, toleratu iudicans, instigantibus illum consiliariis et proceribus Polonie, ne tam manifestam iniuriam, dedecus nowm, scissuram vero regno suo inferentem inultam sineret iri. Itaque expedicione indicta, ex omnibus terris, que imperio suo parebant, colligit numerosum et fortem exercitum et, quo magis esset gloriosior conspecciorque et Pomeranis, quibus inferendum erat bellum, terribilior, tres duces Hungarorum<sup>1</sup>, Andream, Belam et Lewentam, Stephani regi Hungarie nepotes, quos ex Hungaria (ut supra monstravimus) fugientes susceperat et more regio iureque hospicii tractaverat, qui et ipsi munus huiusmodi belli et milicie sibi non negari plurimis instanciis deposcebant, assumit, ordinatoque exercitu, copiis convenientibus, | in Pomeraniam exercitum traducit. Collegerat *aut.* 148\* et Pomeranorum tyrannus et ex Pomeranis } et ex finitimis gentibus haud contemp- *HPJ* 239 nendum exercitum fortunamque temptare<sup>a</sup> et cum rege ac domino suo Myeczslavo<sup>b</sup>, nichil consciencia patrati in eum sceleris et defeccionis motus quamprimum decernere, ne et a suis et auxiliariis tempore succedente desereretur, constituit. Itaque nichil cunctatus exercitum producit et cum Myeczslao<sup>c</sup> Polonorum rege confligit. Augebat animum Polonis iusta ira, quod proprii, consanguinei, familiares et subditi eis ultro arma inferrent; Pomeranos sceleris in regem commissi recens atrocitas accendebat; quapropter ab utraque parte acriter pugnatum est. Sternuntur tandem Pomerani, et Myeczslaus<sup>d</sup> Polonorum rex felici victoria potitus auctores defeccionis capitali mulctat pena, cetera multitudini ignoscit. Et quoniam in huiusmodi pugna virtus Bele ducis Hungarorum<sup>e</sup> super ceteros enituit, Myeczslaus<sup>f</sup> Polonorum<sup>g</sup> rex illum, ut dignum erat, premians, generum eum legit et dans ei filiam suam in uxorem<sup>2</sup>, eciam universum censum Pomeranicum ad tenendum statum ducalem sibi consignat. Qui mirum in modum de tam sublimi beneficio et honore sibi prestito exultans magna deinceps fide, officio et affectione tam Myeczslau<sup>h</sup> regem quam Polonos coluit et pluribus annis mansione sua in Polonia continuata ex filia regis duos filios, illic demorando, Geyssam<sup>3</sup> videlicet et Wladislaum<sup>4</sup>, infantes ingenuos suscepit. <sup>1</sup><Hic quoque est ille Wladislaus, qui ad etatem virilem perveniens et scepra regis Hungarie tenuit et ob vite sanctimoniam in divorum cathalogum translatus est. Aliis placet Belam Hungarie ducem cum tyranno Pomeranie congressum singulari illum certamine vicisse et ob id in generum regis adscitum esse><sup>1</sup>.

<sup>a</sup> vicit Pomeraniam et recuperat manu XVI s. in margine    <sup>b</sup> cf. p. 110 adn. i    <sup>c</sup> cf. adn. b    <sup>d</sup> cf. p. 171 adn. c    <sup>e</sup> Bele duci Vngarorum filiam desponsavit ex qua sanctus Wladislaus Ungarorum rex manu XVI s. in margine    <sup>f</sup> cf. adn. d    <sup>g</sup> omissum in Ed. Crac.    <sup>h</sup> cf. p. 182 adn. a    <sup>1-1</sup> Dlugossii manu sub textu



*Gomponi archiepiscopo Cracoviensi succedit Rachelinus*

A]bsumptus<sup>a</sup> est Cracoviensis ecclesie archiepiscopus Gampo<sup>1</sup>, dum annis novem ecclesiam eandem rexisset. In locum autem eius Rachelinus<sup>2</sup> a summo pontifice Johanne papa vicesimo provisus successit, <sup>b</sup><per prelatos vero et canonicos Cracovienses quinta decima die augusti ad presidendum in ecclesia Cracoviensi in pontificem via scrutinii, celebrato generali capitulo, conformiter electus, nacionis vir Italice, prosapiam habens nobilem et accionem virtuosam><sup>b</sup>. }

HPR240

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS TRICESIMUS TERCIVS.

*Degenerans ab avo et proavo Myeczslaus rex Polonorum et ex arbitrio uxoris pendens, filium Boleslaum morte amisit; deque moribus eius*

Quietus is annus Polonis fuit: neque aut ad inferendum bellum finitimis neque ad repellendum cegebantur. Quamvis enim (ut superius monstravimus) plures naciones et gentes a regis Polonorum Myeczslavi<sup>c</sup> ditione et imperio defecissent, earum tamen defeccionem Myeczslaus<sup>d</sup> rex Polonie dissimulanter ferre, quam armis vindicare maluit; neque enim paternus illi inerat animus ocioque et quiete marcescere, quam armis malebat occupari. In luxum insuper et carnales illecebras, ut aliquorum habet assercio, defluens, ius matrimoniale regiumque nomen pellicum contagione fedabat. Quapropter nec propriis tam gratus et gloriosus, neque hostibus eque ut pater exstare poterat formidandus; sed neque bella ab eo gesta virtutis constat fuisse, sed necessitatis, non voluntate, sed hoste aut defeccione exigente suscepta, <sup>e</sup><et rem publicam Regni sui ut desidiosus habebat: unde et odium ei a subiectis exortum est><sup>e</sup>. Conceptum autem ex eo regina Polonie Richza infantem anno eodem progenuit, cui avitum nomen in baptismo imponens, Boleslaum<sup>g</sup> illum vocavit. Non duravit tamen infans ipse Divinitate Myeczslavi<sup>t</sup> regis successus, suis transgressionibus irata, non prosperante, sed post menses aliquot tactus infirmitate, non sine utriusque parentis grandi merore, occubuit. <sup>g</sup><Nichil in Myeczslawo rege sanguinis aviti, nichil paterne industrie, nichil splendoris domestici, nichil

<sup>a</sup> l. o.    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>c</sup> cf. p. 177 adn. e    <sup>d</sup> cf. p. 171 adn. c    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>t</sup> cf. adn. c    <sup>g-g</sup> cf. adn. b-b

regie munificencie aut frugalitatis<sup>a</sup>; famam denique suam et extimacionem<sup>b</sup> fuscam et truncam fecerat aput proprios et exteros tenacitatis et suapte innate et a consorte regina Richsza nutrita obscuritas. Grave itaque proceribus videbatur pondus sui regiminis, acta sua ad nutum femineum moderantis, gravior aliquanto, quod aput exteras naciones tributa pendentes oriebatur sarcina invidie, dum Myeczslawm Polonie regem attenderent regia quidem dignitate splendore, sed morum et virtutum regiarum non habere lampadem et ex muliebri pendere arbitrio, qui velut timidum atque iners animal, pusillanimitate atque pavore oblituerat, vacans ventri, sompno, ocio et voluptati, non ob aliud } magis aput proprios et exteros contemptui habitus, nisi quia pro gravatis per iniquitatem et violenciam negligencior ad vindictam extiterat }-g. HP1241

*Mors Marcelli primi episcopi Wladislaviensis*

<sup>a</sup><C>um regimen Wladislaviensis alias Crusszvicziensis ecclesie Marcellus primus<sup>1</sup> annis duobus de viginti administrasset, moritur et in ecclesia parochiali in Dzwirczno, in qua et alii duo sui immediati predecessores conditi fuerant, sepelitur, morbo febrili consumptus. Cui Venancius<sup>2</sup>, vir Ytalicus, a capitularibus electus et a Sergio papa quarto<sup>3</sup> provisus, succedit><sup>d</sup>. |

*Iaroslau Kyoviensis dux Msczislao mortuo in Czirnyeoviensem ducatum succedit et se monarcham totius Russiae gerit, Pyeczenyegisque victis apud Kyow ecclesiam sanctae Sophiae voto promissam erigit*

M]sczislao<sup>4</sup> Russie et Czirnyeowiensi duce, dum venacionibus operam daret, aut.149\* absumpto et in ecclesia sancti Saluatoris, quam edificaverat, sepulto, Jaroslau Kyoviensis dux illi, quoniam non relinquebat superstitem<sup>e</sup>, in principatu successit et monarcham se tocius Russie, quod lingua Ruthenica sonat *yedinowlasczcz*, gerere cepit. Jaroslao autem predicto Russie duce aput Nowogrod commorantif Pyeczenyedzorum gens in gravi multitudine adveniens Kyow vallavit. Qua novitate Jaroslau per significacionem celeris nuncii accepta, contractis undique copiis in Kyow advenit et cum Pyeczenyedzis obviam illi euntibus congressus fortiter

<sup>a</sup> Non degenerasset Meczslaw a patre manu XVI s. in margine    <sup>b</sup> existimacionem Ed. Crac.    <sup>c</sup> hinc Dlugossius nitidiora atramento    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>e</sup> successorem Ed. Crac.    <sup>f</sup> commorante Ed. Crac.

depugnat. Utrisque autem pro victoria adnitentibus ceduntur Pyeczenyedzi et multi, dum fugere contendunt, suffocantur in aquis, ceteri vivi capiuntur aut fugantur. <sup>a</sup>〈In signum autem victoriae in loco certaminis ecclesiam sancte Zophie, ante conflictum votam, Jaroslaus erigit, que post honore metropolitico est insignita. Eodem anno nascitur Jaroslas<sup>b</sup> 〈Kyoviensi〉<sup>c</sup> filius et imponitur sibi nomen Wyeczslaus<sup>t</sup>〉<sup>a</sup>. }

HPŃ242

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS TRICESIMUS QUARTUS.

*Myeczslaus Polonorum rex mente captus Posnaniae fatis absumitur*

Nondum Myeczslau<sup>d</sup>m Polonorum regem senectus grandeva affecerat, nondum morborum aut curarum onere pressus diem fato propinquam creditus est tenuisse; vegeto siquidem tunc et strenuo corpore erat, neque illum quisquam rebatur moriturum, utpote nondum annu<sup>e</sup>m quinquagesimum supergressum. Sive tamen naturali cursu id agente, sive Deo permittente, sive aliqua vi morbi, que ex lubricitate et petulancia provenire facile poterat, eum exagitante, in amenciam cecidit, qua crebris vicibus non sine cruciatu corporis vexabatur. Quo quidem miserando casu suo et defeccio regionum nacionumque, que a suo desciverant imperio, confirmata stabilitaque est et rursus eciam hii, qui metu in fide continebantur, ad defeccionem spectare ceperunt. Habebat siquidem sui languoris interdum alleviam<sup>f</sup> et quasi spes lucidi intervalli illi adveniebat, rediturusque ad bonam mentem et valitudinem sperabatur; ea quoque<sup>g</sup> spes et subiectas naciones in fide et milites in ordine retinebat. Administracio interim regni aput Richszam reginam erat et singula ex eius arbitrio et ordinacione gerebantur. Verum dum mensibus aliquot neque medicorum industria, neque virtute herbarum grassantem in rege morbum potuisset dissolvere, egritudine ingravescente<sup>h</sup>, quinta decima die mensis marcii<sup>2</sup> mortuus est in castro Poznaniensi<sup>i</sup>. Ad cuius exequias cohonestandas prelati et barones Polonie literis et nunciis Richsze regine accersiti conveniunt funus regium debito et iusto honore prosecuti, in Poznaniensi katedrali ecclesia exequias peragunt corpusque regis in paterno sepulcro recondunt. Habebat quidem et reginam et primates regni

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>b</sup> Duci additum in Ed. Crac.    <sup>c</sup> in margine posterius a Dlugossio adiectum  
<sup>d</sup> cf. p. 182 adn. a    <sup>e</sup> Multi ab eo defecerant manu XVI s. in margine    <sup>f</sup> alleviamem aut.    <sup>g</sup> que Ed. Crac.  
<sup>h</sup> inavlescente Ed. Crac.    <sup>i</sup> In Poznaniensi ecclesia sepelitur manu XVI s. in margine

dolor ingens super Myeczslau<sup>a</sup> regis sui occasu, sed demencie respectus afferebat lenimen, postquam morte regis sublato fuit tante molestie, quo et ipsi et regnum afficiebantur, opprobrium. <sup>b</sup>〈Christiane quidem religionis cultor precipuus, verum paternis moribus longe dissimilis: ille enim bello promptus, hic segnis; ille armorum exercicio Regni Polonici dilataverat imperium, hic amiserat; ille et propriis et extraneis <sup>c</sup>〈gratus et〉<sup>c</sup> formidabilis, hic exosus et contemptibilis; <sup>d</sup>〈ille in〉<sup>d</sup> singulos liberalis et munificus, hic tenax et parcus, sub quo et vires Polonicarum legionum frangi, copie profligari et ter<sup>r</sup>ror in discrimen ac pavorem verti, et singula ad perniciem relabi propter eius ignaviam cepere〉<sup>b</sup>. HP1243

*Iaroslavus Russiae dux*

*plura monasteria et ecclesias ac portam auream in Kyow aedificat*

A]bellis<sup>e</sup> ad religiones Jaroslavus Russiae dux conversus plura monasteria non solum virorum, sed et feminarum pluresque ecclesias in Kyow fundat et aedificat. Exstruit deinde sumptuoso muro ecclesiam sancte Zophie, cuius turrim tabulatis | deauratis aut. |150\* tegit; ecclesiam vero vasis aureis et argenteis, libris vestibisque preciosis dotat, nobilitat et exornat. Portam insuper Poloniam respicientem pro sua et urbis magnificentia demonstranda largissimo et profuso sumptu aedificat, eamque auream<sup>1</sup> vocari iubet, quod portas illius laminibus<sup>f</sup> et cacumen tabulatis deauratis ornaverit.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS TRICESIMUS QUINTUS.

*Conventus fit de rege novo eligendo discordibusque sententiis  
summa rei Richszae reginae et quibusdam consiliariis committitur  
tumque res Polonorum labefactatae et destructae sunt*

Ad substituendum in locum Myeczslavi<sup>g</sup> regis Poloniae defuncti novum regem Polonorum proceres apud Gneznam et Poznaniam aliquot tenuere conventus pluribusque deliberationibus et tractatibus interpositis de formando stabiliendoque novo regni statu discordabant. Aliis enim placebat filium regum Kazimirum, iam annum

<sup>a</sup> cf. p. 177 adn. e    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>c-c</sup> a Dlugossio in margine posterius insertum  
<sup>d-d</sup> Dlugossii manu in rasura    <sup>e</sup> l.o.    <sup>f</sup> laminis Ed. Crac.    <sup>g</sup> cf. adn. a

vicesimum<sup>1</sup> ingressum, coronari et in principatum<sup>a</sup> assumi: aliis etas Kazimiri tenera et nimis iuvenilis, principatui quoque nondum apta videbatur: verebantur nonnulli, ne paterne demencie redoleret in illo mixtura. Scissis itaque procerum votis coronacio Kazimiri regii nati dilata et impedita est, in tam grandem periclitacionem perniciemque grassata, ut regnum, alioquin Boleslai primi regis institucionibus domesticis et armis gloriosum et inclitum, pene usque ad internicionem (ut in sequentibus narrabimus) perduxerit. Coronacione autem et institucione futuri regis suspensa HPIQ244 et dilata placuit, ut circa Richszam reginam Polonie et certos curatores ex baronibus Polonie sibi adiunctos regiminis summa consisteret. Habet et nonnullorum assercio, Kazimiri filii Myeczszlavi<sup>b</sup> coronacionem tunc eatenus impeditam magis, quam suspensam fuisse, quod genitrix sua Richsza regina maritum suum Myeczszlaum<sup>c</sup> regem suis consiliis et persuasionibus tam regalium quam militarium villarum rusticis varias dacias, suffragia, collectas et tributa in singulis precipuis festivitibus pro mensa et cocquina regis solvenda imponi induxerat; morte quoque Myeczszlavi<sup>d</sup> regis mariti secuta solucionem huiusmodi daciarum, quam barones et milites summopere instabant rescindi, regina volebat continuari, nec paciebatur, ut filius Kazimirus patri in Regni successurus quicquam ex paternis institutis minueret<sup>e</sup>. Quapropter magnam filio, maiorem sibi aput baronum et militarium animos conflavit indignacionem et invidiam eo usque gliscentem, ut rempublicam suam pessundatum iri, <sup>1</sup>⟨passionibus non temperando, sinerent⟩<sup>f</sup> <sup>g</sup>⟨sed et proceres neque dicere neque facere quicquam pensi habebant, dummodo reginam cum infante Kazimiro propellent<sup>h</sup> non attendentes, quod expulsionem huiusmodi se et rempublicam suam obstinatis animis perditum irent⟩<sup>g</sup>.

*Iohannes vicesimus papa moritur, cui successit Benedictus nonus,  
qui post mortem in specie ursina et asinina apparuit*

<sup>1</sup>⟨Johanne papa vicesimo<sup>2</sup> mortuo, qui sedit annis undecim et cessavit episcopatus diebus duobus, Benedictus nonus<sup>3</sup>, qui et Theophilactus, nacione Tusculanus ex patre Alberico<sup>4</sup>, succedit, <sup>1</sup>vite lubrica, ob quam cuidam in specie ursina et azinina apparens, dampnatum se perpetuo significavit⟩<sup>1</sup>.

<sup>a</sup> principatu aut. <sup>b</sup> cf. p. 177 adn. e <sup>c</sup> cf. p. 182 adn. a <sup>d</sup> cf. adn. b <sup>e</sup> imminueret Ed. Crac.  
<sup>f-f</sup> eadem manu, alio atramento <sup>g-g</sup> Dlugossii manu sub textu <sup>h</sup> propellerent Ed. Crac. <sup>i-i</sup> Dlugossii manu in vacuo intervallo <sup>1</sup> hinc Dlugossius alio atramento

*Paulino episcopo Posnaniensi succedit Benedictus primus*

<sup>a</sup>⟨Poznanienzem ecclesiam dum Paulinus<sup>1</sup> pontifex annis quindecim pie, prudenter et studiose rexisset, post diuturnam valitudinem febrilem, morbo superante remedia moritur et in Poznaniensi ecclesia sepelitur. Cui Benedictus primus<sup>2</sup>, nacione Siculus ex Neapoli ortus<sup>b</sup>, non sine gravamine cleri } post biennium succedit, civili bello, 11PI245 eiecta Richsza regina et filio suo Kazimiro, stridente inter Polonos et pendente interregno, anno<sup>c</sup> millesimo tricesimo<sup>d</sup> septimo a Benedicto papa octavo<sup>e</sup> provisus et a Stephano<sup>3</sup> Gneznensi archiepiscopo consecratus successit<sup>f</sup>⟩<sup>a</sup>.

## A]NNUS DOMINI MILLESIMUS TRICESIMUS SEXTUS.

*Omnis mali culpa dum in reginam Richszam retorquetur,  
Kazimiri coronatio differtur utroque expulso propter Germanos,  
quos regina in curia fovebat et officiis,  
Polonis spretis, praeficiebat*

Turbo dissensionum et scismatum, qui ex morte regis Myeczslau<sup>g</sup> livore baronum et militarium in reginam Richszam pervadente conflatus fuerat, amplius invalescere et vires plus solito intendere<sup>h</sup> cepit. Omnis siquidem culpa in reginam Richszam per barones et militares retorta primum successionem regni et suscepcionem dyadematis Kazimiro ademit, deinde et furorem civilem sensim excivit. Nam etsi pluribus tributis, daciis et honoranciis regine Richsze fabrica et ingenio introductis se suosque homines quererentur militares onerosa servitute gravatos, amplior tamen illos occupabat amaritudo, quod servitutem ipsam regino Richsze auctoritas et industria non sinebat | <sup>i</sup>uxta preces militarium aliquocies apud eam et filium Kazimirum aut. | 151\* repetitas abrogari. His tamen omnibus maxima acerbitas, fatis iam Poloniam appetentibus, accessit: ipsa siquidem regina Richsza et in regis Myeczslavi<sup>j</sup> mariti sui vita diuturno tempore et, postquam e vita subtractus est, Polonos perosa, mores

<sup>a-a</sup> in aut. caput hoc in extrema pagina, post verba non sinebat capitis sequentis manu Dlugossii insertum cum nota. < M<sup>o</sup> tricesimo V<sup>to</sup> > in margine adiecta <sup>b</sup> primo ortum <sup>c</sup> Domini additum in Ed. Crac. <sup>d</sup> tricesimo Ed. Crac. <sup>e</sup> nono Ed. Crac <sup>f</sup> deest in Ed. Crac <sup>g</sup> cf. p. 177 adn. e <sup>h</sup> extendere Ed. Crac. <sup>i</sup> Interregnum morte Meczslai manu XVI s. in extrema margine <sup>j</sup> cf. adn. g

eorum et conversacionem fastidians, rigida interdum sugillacione carpebat. Tenebat insuper et in curia sua et in officiis Almanos neglectisque et, ut verius eloquar, contemptis Polonorum proceribus et eorum filiis quantumcunque primis et ingenuis, quoslibet Theutonicos inquilinos, sortis et condicionis tenuis et infime homines, in conferendis officiis et in largiendis pecuniis preferibat. Verum etsi ludibrium huiuscemodi in vita regis Myeczslavi<sup>a</sup> Poloni<sup>b</sup> ad gravem iniuriam et contumeliam referrent, rescindendi tamen illud non se rati habere potestatem, equius sufferebant. Ubi vero occasio et facultas diluende publice ignominie oblata est, tanto livore tantoque reciproco odio in reginam, sed nec tunc quidem iuste eorum indignacioni morem gerentem, universorum Polonorum exarmata {succensaque sunt pectora, ut primum omnem obedienciam administracionemque regni tam regine quam filio suo subtraherent, deinde sibi castris et civitatibus ceterisque possessionibus adeptis, regia eciam illam excluderent<sup>1</sup> et postremo cum filio de Regno Polonie excedere et in Almanos, quos tanto dignabatur honore, transmigrare iuberent. <sup>c</sup>—Regina siquidem Richsza post mortem mariti Myeczslavi Polonie regis regebat Regnum Polonicum, nutriens in sceptris <adolecentem><sup>d</sup> Kazimirum, quem ex Myeczslawo rege, ut premisimus, susceperat, femina <quidem><sup>e</sup> virilem gerens animum et in Christi religione non feriata, pietati et virtuti dans operam, sed que habenas Polonici Regni parum provide et civiliter visa est Polonis administrasse. <sup>f</sup>Virium enim suarum et feminee condicionis immemor, felicitatem in stulticiam vertit, nullo graviore consilio usa, primum contemptui habere nomen Polonicum cepit, despiciens omnes ac sola universa pro imperio agens, nulli, preterquam Almanis, sua credere consilia, Polonorum aspernari, pociores magistratus in Almanos conferre, Polonos abicere consueta<sup>g</sup>. Quarum rerum indignitate moti proceres regni in stulticiam regine et filii sui Kazimiri, stulti et ipsi, conspirant viamque scelerati et ad ultimum dementis consilii arripiunt, reginam Richszam cum infante Kazimiro, ne quoque adultus morum maternorum foret sectator, expellunt dampnacioneque iniusta atque indigna, neque sexus neque condicionis et etatis miserati, utrumque exiliant, nunquam infestius, nunquam de se, de patria, de templis, de delubris, focus et pignoribus consulendo acerbius, cum tamen Kazimiro infanti, velut iuenculo et omnis contencionis atque culpe materne ignaro<sup>h</sup>, eciamsi gravius quicquam de-

<sup>a</sup> cf. p. 177 adn. e    <sup>b</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>c-c</sup> Dlugossii manu sub textu et in margine    <sup>d</sup> in rasura    <sup>e</sup> in rasura alio atramento    <sup>f</sup> hinc alio atramento    <sup>g</sup> tres litterae terminantur in rasura, hinc in margine, cf. adn. c-c    <sup>h</sup> Ed. Crac., ignare aut.

liquisset, et propter etatem et Boleslawm awm, fuerat ignoscendum. <sup>a</sup>Sed nichil furore populari stulcius: nam et Scipiones<sup>1</sup>, Alcibiadem et Hanibalem, ubi et quo pacto non exiliari modo, sed et mori inimicorum iniuria et populi coegit ingratitude)<sup>c</sup>.

*Richsza regina Poloniae Regnum maximis thesauris spolians,  
imperatorem petit illique duas coronas donat,  
et filium suum Kazimirum Parisios ad studia litterarum mittit  
ac pro thesauris multa bona in Germania emit*

C]rebris<sup>b</sup> itaque iniuriis et molestiis Richsza regina Polonie a proceribus et militibus Polonorum affecta et, ne in se et filium suum Kazimirum Polonorum ira gravius HPQ247 quicquam aliud consuleret, verita, de Polonia in Saxoniam, in Magdburg et Brunswig<sup>2</sup> <pulsa><sup>c</sup> excedit, filium quoque suum Kazimirum secum educit. Sed neque his contenta omnem in auro, argento, gemmis et lapidibus preciosis suppellectilem, per Boleslaum et Myeczszlaum<sup>d</sup> Polonie reges congestam, magnique ponderis et valoris duas coronas, quibus <sup>e</sup><reges et><sup>e</sup> uxor Boleslai primi regis et tandem ipsa Richsza coronate<sup>f</sup> erant, sed et plura alia clenodia, monilia, vasa et insignia, raris et prestantibus gemmis, unionibus et celaturis fulgencia, item pecunie regie et thesauri grandem quantitatem effert et asportat, Polonieque Regnum ingenti thesauro spoliat. In Saxoniam<sup>3</sup> autem perveniens imperatorem primum adiit, a quo officiose et venerabiliter suscepta, duabus coronis, quas secum ex Polonia detulerat, imperatorem honoravit et de iniuriis, quibus a Polonis afflicta fuisset, quæsta, se ipsam et Kazimirum filium in tutelam et gubernacionem imperatoris commendavit. Et imperator quidem misso in fines Polonie exercitu iniuriam eius superficietenus visus est vindicasse<sup>g</sup>, ipsa vero pro hiis, que ex Polonia detulerat, plurimas et insignes possessiones et sibi et filio suffecturas coemit. Ut autem filius suus Kazimirus ad virtutum pertingere posset specimen, in studium eum Galliarum Parisius<sup>h4</sup>, <sup>1</sup><temporis processu><sup>1</sup> transmittit; ubi Polonico nomine Kazimirus, quod illius expressione et sono difficile et barbarum videbatur, immutato, Karolus<sup>5</sup> cepit deinceps vocitari. <sup>1</sup>-<Ex regina autem exul facta, ostendit proverbium wlgare

<sup>a</sup> hinc alio atramento <sup>b</sup> l. o. <sup>c</sup> manu Dlugossii in margine <sup>d</sup> cf. p. 182 adn. a <sup>e-e</sup> cf. adn. c  
<sup>f</sup> coronati Ed. Crac. <sup>g</sup> in aut. superscriptum, vindicare primo <sup>h</sup> Parisios Ed. Crac. <sup>1-1</sup> Dlugossii manu  
superscriptum <sup>1-1</sup> Dlugossii manu sub textu



verum esse: secundam fortunam stulto nequaquam posse esse diuturnam. <sup>a</sup>Assercio insuper aliquorum habet, quod Kazimirus filius regius, matre sua Richsza regina in Almanniam exulante, ipse in Pannonias<sup>1</sup> ad Stephanum Hungarie regem diverterit<sup>b</sup>, licet Bohemi illum ad se venire invitarint<sup>c</sup> non ex benignitate, sed ex livore, ut facilius suum procurarent interitum. A Stephano autem Hungarie rege humane habitus et muneribus pluribus<sup>d</sup> onustus, discedens ad imperatorem, ubi genitrix sua regina Richsza morabatur, advenit, cuius expulsio universam ferme Poloniam impendenti ruina involvit<sup>e</sup>.)

*Lucilio episcopo Wratislaviensi succedit Leonardus primus*

<sup>e</sup>(<sup>L</sup>anguore podagratico aliquamdiu vexatus Lucilius<sup>2</sup> Szmogorzoviensis sive Wratislaviensis ecclesie episcopus moritur et in Szmogorzoviensi ecclesia sepelitur, annis novem functus officio pontificali. Cui Leonardus primus { Szmogorzoviensis decanus, nacione Italus, genere nobilis, interregno aput Polonos durante, promovente tamen illum Richsza regina Polonie Myeczslai relicta, per Benedictum papam octavm<sup>3</sup> provisus et per Stephanum archiepiscopum Gneznensem confirmatus, successit<sup>e</sup>.) |

*Bohemiae duces Boleslaus caecus et filius suus Odalricus moriuntur,  
quibus Brzetislaus per Odalricum ex rusticana femina genitus succedit,  
quem cum Iaromir patruus  
per fratrem Odalricum excaecatus in Vrszowicenses instigaret,  
ab uno eorum misere occiditur*

*aut.* [152\* B]oleslaus<sup>4</sup> dux Bohemie a Boleslao Chabri primo Polonorum rege excecatus et filius suus Odalricus, quem prefatus Boleslaus Polonie rex ex suo ergastulo liberum dimiserat, mortui sunt; in quorum locum, quia Jaromir<sup>5</sup> a fratre suo Odalrico excecatus, propter carenciam visus succedere non poterat, nepotem suum germanum Brzietislaum<sup>6</sup> Odalrici filium ex rusticana (ut premisimus) femina genitum, surro-

<sup>a</sup> hinc alio atramento diverterat *Ed. Crac.*    <sup>c</sup> invitaverint *Ed. Crac.*    <sup>d</sup> plurimis *Ed. Crac.*    <sup>e-e</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>f</sup> nonum *Ed. Crac.*    <sup>g</sup> l.o.

gavit<sup>a</sup> in Bohemie ducatum, pluribus persuasionibus illum commonens et exhortans, ut genus Vrszowicensium Bohemie ducibus semper infidum et infestum, quorum suasu excecacio sua et patris provenerat, poneret in exterminium sempiternum. Quam contumeliam unus ex genere predicto, Kochan, gravius ferens, prefatum Jaromir<sup>b</sup> alwn purgantem, lancea acutissima per posteriora transverberans, miserabiliter extinxit. Sicque sub unius anni spacio Boleslaus dux Bohemie cum duobus filiis absumpti sunt, <sup>e</sup>〈et regina Polonie Richsza cum filio unico Kazimiro e Polonie regno exiliati; visusque est annus ille et Polonie regibus et Bohemie principibus fatalis extitisse〉<sup>e</sup>.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS TRICESIMUS SEPTIMUS.

*Bellum atrox civile in Polonia oritur sub interregno  
et rustici adversus nobiles arma capiunt  
fitque rerum confusio maxima<sup>1</sup>*

Richsza Polonorum regina cum filio Kazimiro ex Polonia secedente gliscens dudum civilis dissensio serpere amplius, <sup>a</sup>〈et confestim tumultuari Regnum Polonicum cepit, res quoque omnes publice aut in sedicionem spectare, } aut in salo discordie HPR249 versari〉<sup>a</sup>, et quasi quedam tabes universum Regni Polonie corpus, scaturientibus undique commocionibus et guerris, pervasit. Et primum quidem inter proceres, barones et militares crebre clades oriebantur, per quas dum precipui bellatores et ingenui homines absumpti deletique mutua cede forent, in locum illorum vilia servorum mancipia, prebentibus illis civilibus bellis audaciam, succedebant baronumque et militarium preemtorum coniuges et possessiones interfectis, si qui relinquebantur, liberis occupabant et suas in illis ceterisque ingenuis feminis et matronis explebant libidines et incestus. Ubi vero tantorum scelerum faccio sine impunitate (neque enim iam leges in metu, neque primores in estimacione habebantur) procedebat, illico servorum rusticorumque agros et aratra linguencium maximus numerus conflatus est, qui cum ducibus a se lectis, armis correptis, passim omnibus nobilibus

<sup>a</sup> Ed. Crac. surrogatum aut.    <sup>b</sup> Jaromirum Ed. Crac.    <sup>c-c</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>d-d</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>e</sup> discordiae Ed. Crac.

omnibusque bonis bellum inferrent et singulos, quos vincebant, bonis eorum exturbatis, occupatis aut direptis obtruncarent, in ceteros, quos subigere non poterant, vicos, villas et ea omnia, que dicionis eorum esse noverant, inflammando crudeliter debachabantur. In hac quoque tempestate neque templis neque sacris et ministris Dei delatum est, sed rapacibus et sacrilegis manibus templa magis insignia et locuplecia spoliata, bona ecclesiarum direpta. In sacerdotes quoque<sup>a</sup> vario genere mortis sevitum est: alii enim mucronibus et lanceis perfodiebantur, alii iugulabantur, ceteri lapidibus, quasi quedam victime, a prophanis hominibus, qui non solum fidem et religionem, sed omnem pietatem et humanitatem a se abdicaverant, obruebantur. Ad ritus insuper gentiles et prophanos nonnulli redeundum censebant et ob id contra ius phasque omnia divina atque humana permixta erant; plures quoque ecclesie desertate ferarum animalium et bestiarum erant cubilia. Tantus quoque belli civilis fremitus et stridor contagione quadam animis multorum iniectus fuerat, ut singule regni Polonie partes, verso<sup>1</sup> in propria viscera gladio, aut mutua et cruenta cede, aut incendiis et populacionibus agrorum flagrarent. <sup>b</sup>—〈Omnia itinera suspecta et vie spoliancium predonum latronumque plene; rarus extabat locus, qui conspectu ac latebris insidancium non scaturiret; solis vix volucris lacerate patrie tuta et pervia tellus erat. Agrestes quoque hiis vexati assiduo spacio malis, desertis, quibus in pace insudare consueverant, agricultura et ligonibus, in predones rapacissimos concreverant. Maxima quoque rerum Polonicalium tam commutacio quam confusio incessit remansitque terra populis vacua, sanguine plena, lacrimis madida, orbata incoçlis, destituta filiis, confusa cedibus, infecta cruore, destituta defensione, et omni<sup>c</sup> suorum solacio desolata; <sup>d</sup>eoque genere iniurie processum, ut sedicionibus domesticis in se ipsos manus verterent, latrociniis gravibus afflicterentur, teterrimis cladibus se invicem consumerent. <sup>e</sup>Consurgunt brevi latrones et sicarii latronumque et sicariorum duces, qui non finitimorum, sed priorum populantur agros, predantur domos, substanciam diripiunt, tecta exurunt, pecora abigunt et in omnia nefanda grassantur. Provincia deinde omni turbata, non longinqua solum, sed eciam interiora regni et propinqua collidebantur. Ipsa videlicet Ploczensis regio, in qua Maslaus<sup>2</sup> unus ex nobilitate, poculorum quoque regionum subpincerna, et ipse regi olim Myeczslawo carus, quod scelus in aliis et abhorrere et vindicare debuerat committens, se Plocensem principem gerere cepit.

<sup>a</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>b-b</sup> Dlugossii manu sub textu et in inferiore atque superiore margine    <sup>c</sup> omnium Ed. Crac.    <sup>d</sup> hinc Dlugossius alio atramento    <sup>e</sup> atramenti color denuo mutatur

Ita Polonorum primores et proceres non sciendo, non videndo, excecante ira, quo amencie progressi forent, quid periculi et insanie in se, quid in patriam, quid in penates, quid denique | <sup>a</sup>in Deum et religionem suam, eiciendo Kazimirum<sup>b</sup> aut. | 153\* innocentem ac omnis culpe expertem commiserint, tarda estimacione pensare et serius facti sui penitere ceperunt, portentum facile ausum, facilius patratum non supplicacionibus, non hostiis, sed proprio sanguine, patrie insuper calamitate et interitu ac perpetuo tributo expiaturi. Sediciones denique domestice cedessque [...<sup>c</sup>] intestine et clandestine<sup>d</sup> prodiciones extemplo aput Polonos coacte, rempublicam Boleslai magni institutis nondum arida [...<sup>e</sup>] tam pessunderunt. Domesticis insuper calamitatibus Bohemicum [bellum]<sup>f</sup> accessit, nichilo domestico et civili perniciosius: qui in Polonie Regnum omni genere crudelitatis grassati, pereuntem suapte regionem Polonorum, quo maturius periret, omnem operam navarunt<sup>g</sup> }-<sup>b</sup>.

A]NNUS DOMINI MILLESIMUS TRICESIMUS OCTAVUS.

*Brzetislaus Bohemiae dux sub tumultibus Polonorum Regnum ingressus  
forti manu Wratislaviam Posnaniamque capit deinde Gnesnam,  
et ecclesiam omnibus spoliat  
corpusque Gaudentii archiepiscopi pro corpore sancti Adalberti  
ac quinque Fratrum corpora cum omnibus ecclesiae thesauris  
et multa praeda asportat*

Civili et plus<sup>1</sup> quam civili, nobilium videlicet et popularium, furore re<sup>2</sup>gnum<sup>3</sup> HPR251 Polonie Brzetislaus Bohemie dux intelligens dilaceratum et collisum et suo rege atque principe destitutum, invadere illud velut<sup>2</sup> paratam predam et amplioribus incommodis afficere, ullam [s]<sup>h</sup> illic sciens se resistenciam habiturum, constituit; ad quod illum non solum accepte in excecacione avi sui Boleslai ducis Bohemie per Boleslaum Polonie regem facte memoria iniurie, sed livor et odium simulque occupandi alieni regni aut saltem exterminandi stimulabat ambicio et prava volun-

<sup>a</sup> hinc in superiore margine    <sup>b</sup> in rasura    <sup>c</sup> rasura 3 litteris    <sup>d</sup> clandestinae Ed. Crac.    <sup>e</sup> rasura 2 litteris scribendis apta    <sup>f</sup> in rasura, primo Vngaricum, bellum additum in Ed. Crac. cf. adn. 15    <sup>g</sup> Ed. Crac., novarunt aut.    <sup>h</sup> nullam Ed. Crac.

tas. Collecta<sup>a</sup> itaque nobilium et agrestium multitudine Poloniam ingressus civitates eius magis opulentas et insignes, Wratislaviam videlicet et Poznaniam, opida quoque vicos et villas, que civilis stridor nondum deleverat, diripit et exurit. Ad Gneznam tandem Polonorum metropolim perveniens, illam, quoniam nec situ nec arte munita erat, sed neque defensores habebat, facile capit, et quoniam in urbe tam vulgata et famosa nobilem predam sue avaricie, prout rebatur, suffecturam (neque enim illic nisi vilia mancipia relicta erant) non reperit, ad predandum derobandumque sacra et templa animum ambicione estuantem convertit. Sed illico Omnipotentis Dei dignacio potencie sue virtutem ostendens, miraculi prodigio, ne sacer locus maximo et precipuo suo predaretur thesauro, providit et quantum sacrilegii facinus prophanus et impius Brzetislaus esset admissurus, monstravit. Dum enim dux ipse Brzetislaus ecclesiam sancte Marie metropolitica[m] Gneznensem spoliaturus advenisset, in ipso limine et aditu tam ipse quam omnes milites sui et universa plebs cecitate et morbo letargico, qui<sup>b</sup> illos amplius quam triduo detinuit, quociens ecclesiam irrumpere et sacra diripere temptabant, fuere percussi. Infra autem dierum illorum trium, pietate Agni celestis, que Polonos verbere sue plage mulctari, non ad extremum tamen consumi permisit, procuratas inducias pauci ex ministris ecclesie Gneznensis, qui ceteris metu belli percussis diffugientibus remanserant, corpus<sup>1</sup> beati Adalberti pontificis et martiris in ea conditum, quod verisimiliter Bohemos existimabant sublaturus, de loco, in quo annis plurimis universali nocione quieverat, abstrahunt, et in loco vili, sabulo obrutum, recondunt. e<Sub illis quoque diebus Brzetislaus Bohemie dux in queque propinqua vastacionem iusserat extendi et agrestes capi, in eam spem adductus, ut discordia Polonorum intestina, sua quoque vastacione infesta, Republica Polonorum dissoluta, Bohemica fieret augustior><sup>e</sup>. }

HPQ252 I]am<sup>d</sup> Bohemos et ducem eorum Brzetislaum exanimacio letargica et cecitas a spolio in sacra perpetrando trium dierum continuacione deterruerat resque aput eos, prout dignum erat, in prodigium et religionem versa, futuri sacrilegii facinus et eius magnitudinem demonstrans, conceptum furorem dissolvebat. Severus<sup>2</sup> tamen Pragensis episcopus, qui bello iniusto huiusmodi se miscuerat et Gnezne presens aderat, Bohemorum animos, suapte in predam et spolia proclivos, ad prosequendum ceptum scelus animat et accendit, asserens letargie et execacionis incommodum

<sup>a</sup> Ed. Crac., collectum aut.    <sup>b</sup> que aut.    <sup>c-e</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>d</sup> l. o.

non propter in sacra ecclesie Gneznensis per committendum spoliū, sed propter veteres Bohemorum prevaricationes et scelera in catholicam religionem, abutendo illicitis connubiis, perpetrando homicidia, committendo adulteria, sectando ebrietates, sabbata diesque festos operibus servilibus violando, incestuose vivendo, sepulturas mortuorum in locis prophanis, neglectis edibus | et cimiteriis sacris, aut. | 154\* faciendo et templis spolia inferendo, pauperes opprimendo, iniusta iudicia exercendo, commissas accidisse; ad quorum expiacionem pontifex Severus Pragensis duci et Bohemis triduanum ieiunium indicit. Quo expleto iurisiurandi execracione se astringunt ab omnibus enormibus facinoribus, quibus hactenus se inquinaverant, cessaturos. Post hec ecclesiam Gneznensem ingressi, dum solita non ferirentur cecitate, ad diripienda singula sacra et omnem ecclesie suppellectilem, rapacem animorum et manuum ingluviem, favere eorum Divinitatem credentes proposito, intendunt. Correptis autem ecclesie Gneznensis, qui remanserant, ministris non probris solum et cruciatibus, sed eciam amplissimis promissis illos sollicitant, ut ubinam corpus beati Adalberti pontificis et martiris depositum sit, ostendant. Et illi quidem prudenti et industriosa vafricia<sup>a</sup> usi corpus Gaudencii Gneznensis archiepiscopi et beati Adalberti germani, ostendunt illudque fore corpus beati Adalberti menciuntur. Creditum est illico a Bohemis, nam et sarchophagi locique et ornamentorum pontificalium, quibus vestitum erat corpus Gaudencii, qualitas fidem figmentis prestruebat. Tollunt itaque Bohemi corpus Gaudencii et immensa leticia, putantes se corpus beati Adalberti martiris adeptos esse, exultant et wlgaribus canticis ecclesiam Gneznensem replent; deinde illud magna solennitatis pompa de ecclesia efferunt et in castra sua traducunt. Que quidem ludificacio iustissima Dei lege et providencia evenisse<sup>b</sup> Bohemis credenda est: qui enim virum Dei et suum tunc pontificem plurimis probris, contumeliis et iniuriis viventem affecerant, qui eum geminata vice de sede sua ignominiose eiecerant, quique sevissima cede fratres suos et universum genus suum odio et livore necaverant, eius sacrum corpus HPK253 Połlonis, qui eum susceperant, honorificaverant, eius monitis salutaribus paruerant, eius corpus ex Prussia transtulerant, auferre Divinitate decernente iudicati sunt indigni. Sed nec sanctus ipse passus est ossa sua ad gentem apostatricem referri, que, quantum in ea erat, et in presentem in se et in absentem in suis seviens, sui nominis memoriam conata est ex rerum natura pertinaci animo tollere et abolere,

<sup>a</sup> vafricie aut.    <sup>b</sup> terminatio verbi correcta

et quorum vivens consortia scitus est fugiendo aspernari, ab eisdem non tulit corpus suum contingi, neque in Bohemiam ex Polonis auferri<sup>a</sup>.

C]onvertit<sup>b</sup> post premissa Brzetislaus Bohemie dux animum ad cetera sacra diripienda et quinque Fratrum<sup>1</sup> et martirum corpora, videlicet Johannis, Benedicti, Isaac, Mathei et Cristini, quos sub Boleslao primo Polonorum rege in loco, ubi nunc est opidum Kazimirz, heremiticam vitam in artissima conversacione agentes monstravimus martirium passos, queque Boleslaus rex primus ex loco eorum passionis Gneznam transtulerat; ymaginem insuper Crucifixi ex puro auro per Boleslaum primum Polonorum regem fabrefactam <sup>c</sup>(et tricentas trahentem libras)<sup>e</sup>, triplici pondere corpus eius appendentem; item tres tabulas, quibus altare maius adornatum fuerat, auro puro et variis preciosisque lapidibus et gemmis superbas, per eundem Boleslaum Polonie regem donatas, ceteraque ecclesie Gneznensis vasa et clenodia rapit et sacrilego facinore ecclesiam Gneznensem pluribus suis<sup>d</sup> sacris ornamentis et decoris spoliat. Neque hiis contentus campanas nobiles et in magnitudine, |  
aut. | 155\* valore atque sono raras aufert et cum his omnibus et populi rustici utriusque sexus multitudine, quem captum tenebat, in Bohemiam reversus est et Pragam in vigilia sancti Bartholomei<sup>e2</sup>, ingressus sacras predas in ecclesia maiori Pragensi collocat et deponit; captivos vero rusticos Polonorum, inter quos et sacerdotes ministrique Dei videbantur (tanta enim erat Bohemorum crudelitas, ut nec a cristis Domini manum continerent) in colonias deduci distribuique ordinat. †(Corpus sancti Cristini<sup>g</sup>, unius ex quinque Fratribus, Morawis instancius petentibus Olomunczensi ecclesie, que nondum tunc katedrali fungebatur honore, donat, quod aput illam in eam diem sub tabulis argenteis auro tinctis requiescit suoque titulo et nomini kathedra Olomunczensis extat dicata<sup>3</sup>)†. }

HPI 254

*Sanctus Stephanus Hungariae rex moritur, cui Petrus filius ducis Burgundiae succedit, primus apud Hungaros rex peregrinus*

S]tephanus<sup>h</sup> Hungarorum seu, ut verius loquar, Pannoniorum beatus rex fati sibi instare diem prenoscens, cum orbis et sine liberis foret, de regno Hungarie,

<sup>a</sup> intervallum 4 versibus scribendis aptum vacuum relictum    <sup>b</sup> l. o.    <sup>c-c</sup> Dlugossii manu in margine  
<sup>d</sup> deest in Ed. Crac.    <sup>e</sup> feliciter additum in Ed. Crac.    <sup>f-f</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>g</sup> in rasura    <sup>h</sup> l. o.

antequam vita excederet, ne scismate et sedicione civili illud contingeret involvi, ordinaturus, mittit in Nitriam<sup>1</sup>, ut Vazul<sup>2</sup>, patruelis sui Michaelis<sup>3</sup> filius, quem illic ad honestam captivitatem, reprimendo suam insolenciam, rex Stephanus dampnaverat, adducatur; illum enim sibi in Hungarie Regno deliberaverat succesurum. Uxor autem beati Stephani regis Gisla regina, Wilhelmi ducis Burgundiorum filia, <sup>a</sup>〈et iuxta assercionem nonnullorum soror Henrici imperatoris〉<sup>a</sup> decretum mariti sui satagens rescindere et fratrem suum Petrum<sup>4</sup>, ex uno quidem patre, sed ex altera matre, sorore videlicet germana beati Stephani regis genitum, et qui in aula regis Stephani velut nepos suus annis pluribus moratus <sup>b</sup>〈et a rege Stephano ex Veneciis accersitus princepsque creatus milicie〉<sup>b</sup> multorum Hungarorum favores et benivolenciam,<sup>c</sup> procurante regina Gisla, sibi conciliaverat, in Regnum Hungarie preficere, Vazul execari auribusque truncari et per omnia deformem, inutilem atque despectum effici subordinat. Quo malo beato Stephano regi Hungarie nunciato, <sup>d</sup>〈febre correptus et〉<sup>d</sup> dolore nimio vexatus, quinta decima septembris, in die videlicet Assumptionis Domine nostre<sup>5</sup>, Bude, dum annis sex et quadraginta Regnum Hungarie administrasset, moritur et in Albam Regalem<sup>6</sup> relatus flente eum universo Hungaricali populo sepelitur: ubi Divinitate prestante, meritis suis varia in languidis provenire ceperunt miracula, quibus exposit largius crebrescentibus rex beatus Stephanus in celicolarum numerum meruit ascribi et transferri<sup>7</sup>. Diebus autem planctus expletis, postquam omnia sancto corpori Stephani regis fuissent ab Hungaris persoluta, regina Gisla et Buda<sup>8</sup> Hungarie barone, cuius tunc inter Hungaros magna erat reputacio, procurante, dum nemo de semine regio, filiis Wladislai Calwi<sup>9</sup>, videlicet Andrea, Bela et Lewanta in Polonie Regno exultantibus et filiis Mychaelis<sup>10</sup> obtruncatis, extaret, Petrus<sup>11</sup> Wilhelmi filius et beati Stephani regis<sup>e</sup> nepos ex sorore, in Hungarie regem assumitur et in Alba Regali per Strigoniensem archiepiscopum et ceteros Hungarie pontifices, consenciente in eum universali baronum Hungarie decreto, coronatur, qui primus apud Hungaros peregrinus rex perhibetur fuisse; annalia autem Hungarorum eum non ex Burgundionum IIPQ255 genere, sed stirpis Theutunice fuisse testantur, beati Sigismundi<sup>12</sup> Burgundionum regis germanum ex fratre nepotem.

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu in margine    <sup>b-b</sup> cf. adn. a-a    <sup>c</sup> benivolencia aut.    <sup>d-d</sup> cf. adn. a-a    <sup>e</sup> omissum in Ed. Crac.



*Richsza Polonorum regina  
filium Kazimirum Parisios ad studia litterarum ablegat*

<sup>a</sup>⟨Quesitura autem filio suo Kazimiro regina Polonie Richsza, dum iam in Almanie terris consisteret, ampliora virtutum et industrie ultra dotes nature ornamenta, ipsum studiis liberalibus imbuendum Parisius<sup>b1</sup>, adiunctis honestis pedagogis et servitoribus, datis necessariis sumptibus et cetera suppellectilli, transmittit. <sup>c</sup>Qui insitam habens ab annis teneris virtutis cupiditatem et ipsius laudem in accione [intelligens<sup>d</sup>], non ideo tamen se studiosum et docilem prestitit, ut sciret, nisi et scita magis magisque operando exerceret et aliis, non sibi soli, proficeret⟩<sup>a</sup>.|

*Kazimirus Myeczslai regis Poloniae  
filius Parisiensibus studiis vacans, monasterium Cluniacense ingreditur,  
genus et originem suam secreto servans  
et monachus vivere decrevit in Galliis*

aut.<sup>156</sup> K]azimirus<sup>e</sup> filius Myeczslavi<sup>f</sup> Polonorum regis, qui et Karolus nominatus, cum<sup>g</sup> in Parisiensibus scholis integro biennio studiis operam, matre regina Richsza impensas largas ministrante, dedisset, et plures coetaneos suos tam ingenio et arte, <sup>h</sup>⟨quam forma⟩<sup>h</sup> excederet, cepit apud universos opinione et fama celebris haberi; <sup>i</sup>⟨erat enim corporis effigie formosus, statura procerus, membrorum robore insignis, sensuum vivacitatem atque integram retinens valitudinem, et cui boni mores virtutesque iuxta atque litere erant in voluptate⟩<sup>i</sup>. Veritus autem, ne aliquando generis sui et fortune, in qua erat, tam condicio quam qualitas, quam prudenti et industrioso velamine in eam diem occulebat, proderetur, variis estibus mentis et spiritus collidebatur et, an ad patriam rediret, aut in Almania vel Galliis consisteret, miliciamne aut ecclesiasticam sortem mallet, longo tempore deliberabundus fluctuabat. Quociens enim naturali et ingenito ardore patriam repetendi cogitacio et desiderium sibi insedisset, tociens exilii iniuria, regni ex civili et hostili bello subsecuta desolacio et vastitas, praus quoque et livorosus in se procerum Polonie animus et defeccio,

HPR<sup>256</sup>

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>b</sup> Parisios Ed. Crac.    <sup>c</sup> hinc alio atramento    <sup>d</sup> additum in Ed. Crac.  
<sup>e</sup> l. o.    <sup>f</sup> cf. p. 177 adn. e    <sup>g</sup> dum Ed. Crac.    <sup>h-h</sup> Dlugossii manu superscriptum    <sup>i-1</sup> Dlugossii manu in margine

susciperetur, an excluderetur, ambiguitas, matris quoque Polonis irate disuasiones et consilia propositum huiusmodi rescindebant. Si vero in Almania aut Gallias subsistendi cogitatio animum subiisset, subito grandes sugillationes et ipsa exilii ab invidis obiicienda exprobratio occurrebant<sup>a</sup>. Tantis igitur fluctuacionibus quassatus et pro evitando detergendoque opprobrii dedecore et pro consequenda celestis regni sorte et splendore, monasterium ingredi et in regulari observancia Christo militare in animum inducit<sup>b</sup>. Ea quoque deliberacione velut medio optimo, quo singulas incommoditates evitare posset, assumpto ad beatum Romaldum<sup>1</sup>, qui pro ea tempestate magne sanctitatis, ut erat, vir habebatur, in Italiam ex Gallias descendit donatoque ei pulcerrimo, quem ex Polonia habuerat, caballo, et quisnam, cuiusve generis, [c<sup>e</sup>sortis, condicionis<sup>c</sup>] et fortune, quove teneretur desiderio, innotescens, confirmacionem ab eo s[<sup>d</sup>ui propositi et<sup>d</sup>] indumentum monachicum recipiens, in Gallias rediit, atque in monaste[<sup>e</sup>rium, quod Clu<sup>e</sup>]niacum<sup>2</sup> vocitatur, frequentissimo monachorum numero celebre, in ordinem sancti Bene[<sup>d</sup>icti<sup>f</sup>], matre sua regina Richsza desiderio suo favente, se recipi et tonsurari suppressa generis sui et condicionis excellencia obtinuit habitumque monachicum assumens illic perpetuo delitescere et in proposito continencie et religionis sancte, cuius in loco predicto diligens et artas observancia tunc florebat, omne tempus vite in obsequiis divinis absumere decrevit. h<Monasterium autem prefatum Cluniacense tam amplissima dote per Francorum reges provisum extat et tanta monachorum multitudine refertum, ut duodecim priores totidem cohortes monachorum sub suo regimine et cura habentes, et abbatem tredecimum assidue tenere consueverit>h.

*Jaroslauus Russiae dux Masoviam spoliat  
et praedam ingentem abducit impune*

J]aroslauus<sup>13</sup> Russiae dux intelligens Poloniam proprio et externo bello implicatam et plurimum attritam esse, collecto forti exercitu, terrestri et navali itinere venit in Masowie oram, et eam igne cede et spoliis populatus est } magnisque spoliis patratis, magno insuper hominum utriusque sexus numero capto Russiam se recepit.

11PR257

<sup>a</sup> occurrebat *Ed. Crac.*    <sup>b</sup> induxit *Ed. Crac.*    <sup>c-e</sup> *textus atramento offusus, ex cod. Lucae Premisliensis refectus*    <sup>d-d</sup> *cf. adn. c-c*    <sup>e-e</sup> *cf. adn. c-c*    <sup>f</sup> *cf. adn. c-c*    <sup>g</sup> *arcta Ed. Crac.*    <sup>h-h</sup> *Dlugossii manu sub textu*    <sup>1</sup> *l. o.*

*Bossuthae archiepiscopo Gnesnensi succedit Stephanus primus*

<sup>a</sup>⟨Inter hec mala, has quoque civiles et externas Polonie regno iusto Dei [iudicio] inflictas clades, erant Bosszuthel archiepiscopo Gneznensi, viro religioso et optimo, nocte et interdiu pro panibus luctus, fletus et lamenta, a quibus magnopere angustatus et afflictus ad horam extremam perveniens, thabefactum spiritum et mansionem suam perosum, ⟨emisit⟩<sup>b</sup>, in ecclesia Gneznensi tumultatus. Cui Stephanus primus per provisionem Leonis octavi<sup>2</sup>, interregno durante, nobilis de domo et familia Pobodze, babatum album transversaliter cum cruce rotunditati babati superposita<sup>c</sup> in campo rubeo deferente, successit, genere et naciore Polonus⟩<sup>a</sup>.

¶ Finit liber secundus ¶<sup>ll</sup>

aut. || termi-  
natur ser. \_\_\_\_\_

III (V).

<sup>a-a</sup> Dlugossii manu sub textu    <sup>b</sup> in margine    <sup>c</sup> Ed. Crac., superposite aut.    <sup>d-d</sup> deest in Ed. Crac.;  
verba annus Domini millesimus tricesimus nonus in extrema charta scripta partim abscisa a glutinatore.

C O M M E N T A R I I

<sup>1</sup> Sbigneus Oleśnicki (1389–1.IV.1455) episcopus Cracoviensis et cardinalis, vir regendae civitatis scientissimus, qui maximis in Polonia viris, qui trium priorum Jagellonicae stirpis regum temporibus vixerunt, par fuit. Qui multum in Dlugossii vita et operibus, in *Annalibus* praecipue conscribendis, valuit.

<sup>2</sup> Infimus cardinalatus gradus, qui non attribuebatur nisi honoris causa.

<sup>3</sup> Ioannes Dlugossius, stemmate Wieniawa, anno 1415 in Brzeźnica natus, canonicus Cracoviensis, Sandomiriensis, Kielcensis, Wisliciensis, Gnesnensis, archiepiscopus nominatus Leopoliensis, mense Maio anni 1480 obiit. Cuius vita latius descripta est in Lexico Biographico Polonorum vol. V (*Polski Słownik Biograficzny*, porro *PSB* citatur).

<sup>4</sup> Ioannes Dlugossius opus suum, quod *Annales* inscribitur, Sbigneo Oleśnicki, cui a prima iuventute usque ad annum 1455 a secretis et consiliis fuerat, dedicavit. Cuius Dedicacionis, dicendi modus, forma, totius operis ratio, antiquorum auctorum documenta in ea allata ab historiae nec non philologiae peritis assidue investigantur. Non potest dubitari, quin Dlugossius in Dedicacione exaranda eiusdem generis exemplaria quaedam humanistica, quae dicimus, sibi imitanda proposuerit, quae ultimis vitae temporibus in manibus habuit; quapropter Dedicacionem a Dlugossio una cum parte textus novissime scripta compositam esse manifestum apparet (cf. Praefationem). Quantum vero ad Dedicacionem concinnandam humanistae valuerint, ex commentariis, qui enumerantur, concludi potest: A. Rogalanka, *Przedmowa Długosza do „Dziejów Polski”*, Roczniki Hist. t. XIX, 1952 (Poznań) p. 68–97; T. Sinko, *De Długossii praefatione Historiae Polonorum* in: *Studia z dziejów kultury*, Warszawa 1949, p. 105–145; G. Schnayder, *Sallustiuszowe echa w „Historii Polski” Długosza*, EOS, XLVI, 1955 (Wrocław). Nihilominus fatendum neminem eorum, qui usque ad nostra tempora argumentum Dedicacionis tractarint illud animadvertisse: in plurimis XIV s. chronicis eiusdem generis dedicaciones inveniri.

<sup>1</sup> Dlugossius multis operis sui locis Titi Livii, rerum Romanarum scriptoris, scribendi modum, pugnarum descriptiones et similia secutus est.

<sup>2</sup> Galliae et Hispaniae provinciarum nomina plurali hic sumuntur numero, nam ultimis Imperii Romani temporibus in duas partes divisae erant: Gallia Cis- et Transalpina, Hispania vero Citerior et Ulterior appellabatur.

<sup>3</sup> Cadix, vide infra.

<sup>4</sup> De Paduae incolis fit sermo.

<sup>5</sup> Anno 1413 Paduae ad S. Iustinae ecclesiam reliquiae, quae Livii ossa putabantur, inventae sunt, quo in loco mausoleum exstructum est.

<sup>6</sup> Dares Phrygius, cui veteres Iliadem quandam, Homeri Iliade antiquiorem false adscripserunt. Asservatum est opus quoddam Latinum, oratione scriptum prosa, quod „Daretis Phrygii de excidio Troiae historiae” inscribitur. Quod quinto ut videtur saeculo n.ae. scriptum, medioque aevo pervulgatum, multis auctoribus de bello Troiano narrantibus notum erat.

<sup>7</sup> Quintus Curtius Rufus, rerum scriptor Romanus, *Historiae Alexandri Magni*, decem libris descriptae auctor. Vixit ut videtur Claudii et Vespasiani imperatorum temporibus.

<sup>8</sup> Plutarchus Chaeronea in Boeotia oriundus, qui notas et medio aevo pervulgatas vitas clarorum Graecorum Romanorumque virorum scripsit.

<sup>9</sup> Clarum illud Ciceronis dictum historiam magistram esse vitae Dlugossio opus suum historicum scribenti semper observabatur.

<sup>10</sup> Vox e Aristotelis, *Metaphisica* I, 1 sumptum.

#### Pagina 53

<sup>1</sup> Res publica hoc loco civitatem significat — rei publicae Romanae nomen ad Polonicas res translatum.

#### Pagina 54

<sup>1</sup> De optimo illo Ciceronis dicendi modo agitur.

#### Pagina 55

<sup>1</sup> Quae Dlugossii de Cham, Noe filio, enuntiatio e chronicis Bohemiae a Ioanne de Marignola, Italiano, XIV scriptis saeculo, sumpta est (vide *Fontes rerum Bohemicarum* t. III p. 522).

<sup>2</sup> Hoc loco ad Homeri *Odys.* XII versus illos de Sirenibus Ulixem revertentem cantu retinere conantibus alluditur (vide T. Sinko, op. cit. p. 36).

#### Pagina 56

<sup>1</sup> Magister Vincentius, Kadłubek appellatus, episcopus Cracoviensis, obiit anno 1228. Res Polonicas ad annum 1206 descripsit, quod opus multum ad res gestas Polonorum a medii aevi auctoribus describendas valuit. Cui etiam Dlugossius quaedam debuit.

#### Pagina 57

<sup>1</sup> Stanislaus, episcopus Cracoviensis, regis Boleslai, qui Audax appellatur, iussu interfectus est 11 IV 1079. Cuius cultus inde a XIII saeculo floruit. De persona et rebus gestis Stanislai episcopi multum a Polonis historicis disceptatur.

#### Pagina 58

<sup>1</sup> Lucius Sergius Catilina anno ae. a. 63 rei publicae Romanae statum evertere conatus est.

<sup>2</sup> Publius Clodius Pulcher, tribunus plebis anno 59 ae. a., Ciceronis exilii auctor fuit.

<sup>3</sup> De principe Ladislao Hermanno, Casimiri Instauratoris filio minore, dicitur.

<sup>4</sup> Casimirus Instaurator, secundus Richesae et Mesconis II filius, Poloniae rex numquam fuit. De cuius coronatione quae vocabatur, improbabilia quaedam tradita sunt in Chronica magna Polonorum (Kronika Wielkopolska), quo fonte etiam Dlugossius usus est.

<sup>5</sup> Sbigneus, Ladislai Hermanni filiorum natu maior, ab anno 1102 ad 1106 Polonorum princeps, anno 1113 ineunte mortuus est.

#### Pagina 59

<sup>1</sup> Notum illud e Horatii *De arte poetica* v. 358 sqq. repetitur: „ut quidem indignior quandoque bonus dormitat Homerus”.

#### Pagina 61

<sup>1</sup> Proverbium ex Plauti *Poenulo*, I, 2, 119 excerptum.

#### Pagina 64

<sup>1</sup> Dlugossii *Annalium* in duodecim libros divisio in huius libri Praefatione a V. Zaremba examinatur.

<sup>2</sup> Casimirus Instaurator.

<sup>3</sup> Boleslaus II Szczodry (Largus) vel Śmialy (Audax), maior natu Casimiri Instauratoris filius, rex Poloniae ab anno 1076 ad annum 1079.

<sup>4</sup> De Ladislao Hermanno eiusque filio Boleslao, qui Krzywousty (1102–1138) appellabatur, dicitur.

<sup>5</sup> S. Stanislai episcopi canonisatio anno 1253 celebrata est.

<sup>6</sup> Przemysł II princeps Posnaniae, Maioris Poloniae, Cracoviae, Pomeraniae, anno 1295 regio diademate ornatus, anno 1296 occisus est.

<sup>7</sup> De ultimis e stirpe Piastorum regibus, Ladislao Łokietek et Casimiro Magno agitur.

<sup>8</sup> De Ladislao Warneńczyk dicto eiusque fratre Casimiro, qui Jagiellończyk appellatur (1447–1492), dicitur.

#### Pagina 65

<sup>1</sup> Ut plerique medii aevi rerum scriptores, ita Dlugossius rebus Polonicis humani generis historiam inde a temporibus Adami, diluvii, Babel turris et Noe nepotum per orbem evagantium praeposuit. Quam traditionem biblicam variis chronicis, annalibus, compendiis, commentariis a medii aevi auctoribus scriptis locupletavit in hac praecipue operis sui parte, quae ad Europae historiam attinet. Quam verò narrationem usque ad Slavorum res gestas Polonorumque tempora antiquissima perduxit.

#### Pagina 66

<sup>1</sup> Nemrod — prout in Bibliis narratur — Kusz filius, Cham nepos, Assyriae urbium fundator. Thanan (Chanaan potius) — Kusz frater, quartus filius Cham.

<sup>2</sup> Nubia, Aegyptus — regiones in Africae parte, quae ad septentriones atque ad orientem vergit.

<sup>3</sup> Babylon — Chaldaeae et Babyloniae metropolis. Dlugossius, quamquam Babylonem ad Euphratem flumen positam esse scivit, in Aegypto eam locavit, similiter ac Ioannes Marignola, quidam alii eiusdem aetatis scriptores atque nonnullarum chartarum geographicarum saec. XV et XVI auctores.

<sup>4</sup> Chaldaea — Babyloniae pars, quae ad meridiem et occasum solis spectat et usque ad Arabiae loca deserta extenditur.

<sup>5</sup> Syria — regio in Asia inter Euphratem flumen, Arabiam, Taurum Montem et Mare Mediterraneum sita. — Damascus — urbs antiqua, Coesyriae et saepe totius Syriae caput.

<sup>6</sup> Armenia — terra in Asia sita, in duas partes, Armeniam Magnam, ad septentriones spectantem, atque Armeniam Minorem in meridiem vergentem, divisa. — Assyria — regio montana in Asia ad medium Tigris fluvii cursum sita, cuius urbes antiquae Assur et Ninive sunt.

<sup>7</sup> Ninive — caput Assyriae antiquum, ad orientalem Tigris fluminis ripam situm. Nunc prope ea loca urbs Mossul posita est.

<sup>8</sup> A tribus Noe filiis, ut in Bibliis narratur, tres hominum gentes, quae postea Asiam, Africam, Europam incoluerunt, originem suam ducere feruntur.

#### Pagina 67

<sup>1</sup> Tanais flumen antiquis temporibus terminos inter Europam et Asiam constituere putabatur. Don verbum apud Osetinos flumen significat. — Etil (Atil, Itil) — nomen apud veteres Turcas, inde a VI n. ae. saeculo notum, quo nomine Wolga flumen nonnumquam denotatum est. Cf.: *Źródła arabskie do dziejów Słowiańszczyzny*, edidit T. Lewicki, Wrocław-Kraków 1956, p. 133 sqq.

<sup>2</sup> Maris Gaditani nomen Dlugossius imponit Oceani Atlantici parti, freto Gaditano adiacenti, quae inter occidentem meridiemque Hispaniae spectat. — Gades — insula et urbs antiqua in eisdem Hispaniae locis (Cadiz, Cadix, Kadyks) posita.

<sup>3</sup> Oceanus, ut antiqui putabant, aequor, totum terrarum orbem circumfluens. Apud Dlugossium inter verba „mare” et „oceanus” nullum discrimen intercedit. „Septentrionalis Oceanus” mare Balticum significat.

<sup>4</sup> Rhiphaei montes (Ripaei), ut antiqui putabant, in ultimos septentriones spectantes, tenebris perennibus circumfundebantur. Medii aevi temporibus notum fuit nomen Hyperboreorum montium, in ultimis septentrionibus eminentium.

<sup>5</sup> De Maeotide palude dicitur, quod est antiquum nomen Maris Asovii atque Bosporei Freti.

<sup>6</sup> Scythiae, Scytharum terrae, caelum (clima) hoc loco commemoratur. Scythae — nomades, vastissimas regiones ultra septentrionalem Danuvii fluminis ripam ad Pontum Euxinum et Mare Caspium pervagantes. Quae de geographia fluminis Tanais, de Maeotide palude ac de Bosporeo Freto proferuntur, ex Pomponii Melae *Chorographia* (I, 19, 115) excerpta sunt.

<sup>7</sup> Antiquis temporibus Gaditanum fretum (a Gadibus — Kadyks) aliter Herculis Columnae vocabatur. Quae columnae Calpe mons in Europa atque Abyla mons in Africa habebantur. Gallacia — nunc Galicia est in Hispaniae parte, quae ad septentriones atque ad occidentem spectat.



<sup>8</sup> Gades etiam Herculeae appellabantur a nobili templo Poenorum dei Melcartis, qui nonnumquam idem ac Hercules putabatur.

<sup>9</sup> Hoc loco septentrionalis Oceanus etiam Balticum Mare significat (quod mare etiam Barbaricum, Barbarum, Scythicum, Orientale vocabatur).

<sup>10</sup> Apud Dlugossium atque posteriores rerum scriptores saepe Sarmatae et Poloni eadem gentes esse intellegebantur. Alio quoque loco Dlugossius Sarmatas et Lechitas easdem gentes esse putat.

<sup>11</sup> Lubeca Slavorum (Vendorum), postea Oldenlubecke, colonia et oppidum, prope ostia Suartavae fluminis influentis in Travam situm. Trava autem in Mare Balticum 4 km ab urbe, quae nunc Lubeca appellatur, evadit. Bukowiec (Bucu, non Bulkowyecz) nomen ab auctore Chronicae magnae Polonorum fictum. — Gedanum ad os Vistulae et Lubeca celeberrimi in Mari Baltico portus.

<sup>12</sup> Scansia (Scandia) paeninsula, id est Scandinavia, XV saeculo et etiam postea insula habebatur. — Scotia nomen a Celtica gente Scotorum ducit. — Hibernia — vetus Irlandiae nomen (Ivernia, Erin, Irm, Ireland).

<sup>13</sup> Quibusdam ex decem insulis hoc loco appellatis alia nunc nomina sunt. Duae priores insulae Mallorca et Menorca, quae Balieares vocantur, orientalibus Hispaniae oris obiectae sunt. Evicam insulam Ivisam, Ebussum, Graece Ebyssos, unam ex Pithyusarum archipelago esse conicimus. Frumentaria — Formentera est inter easdem insulas, Mytilene seu Graecorum insula Lesbos, a maxima urbe Mytilini appellata. — Venetiae — insulae Venetorum, nunc Venetia.

<sup>14</sup> Dlugossius (vel huius loci fons) Graecum Gadeirae nomen, quod notum illud Gades in Hispania significabat, cum minus nota et recentiore Gadara, quae pars Decapolis in Transiordania fuit, confudit. Hic Gadara nomen ponendum erat. — Decapolis, „Civitas decem urbium”, anno 63 ae. a. a Pompeio, claro duce Romano condita est.

<sup>15</sup> Postquam Dlugossius geographicam Iapheticae hereditatis descriptionem absolverat, nomina septem filiorum Iaphet, trium Gomer atque quattuor Iavan enumeravit. Quae biblica nomina explicavit atque cum variorum populorum nominibus coniunxit. Huiusmodi geographica atque ethnographica aliquot iam in Bibliis contenta sunt, postea vero Flavius Iosephus, *Iudaicae Historiae* scriptor primo n. ae. saeculo in opere, quod *Antiquitates Iudaicae* inscribitur, totam generis humani propaginem secundum Biblia illustrare studuit. Qui etiam sui temporis Graeca terrarum populorumque nomina a Noe nepotibus deducere conatus est. Quae omnia ab auctoribus Christianis excerpta sunt nonnullisque commutationibus aucta. Dlugossii vero explicatio saepe cum commentario Isidori Hispalensis (circa 560–636) convenit, cuius *Etymologiarum Lib.* IX c. II toto medio aevo normae instar habitum est. Praeter Isidorum etiam alia eiusmodi medii aevi compendia Dlugossio nota esse potuerunt. In posterioribus Latinis, Graecis ac Arabicis chronicis Iaphetos et filius eius Iavan neposque Elisa Slavorum progenitores allegantur. Vide: T. E. Modelski, *Król „Gebałim” w liście Chasdaja*, Lwów 1910, F. Schmidtke, *Die Japhetiden der biblischen Völkertafel* (Breslauer Studien zur historischen Theologie, VII), 1926, B. Kürbisówna, *Studia nad Kroniką Wielkopolską*, Poznań 1952, c. IV, 1.

<sup>16</sup> Gomer — cf. infra.

<sup>17</sup> Aszkenaz, primus filius Gomer, cum variis personis idem esse putabatur: Phrygiorum Ascanorum in Asia Minore, etiam Gothorum, atque adeo in posteriore fama Germanorum proavus existimabatur.

<sup>18</sup> Sauromatarum iam Herodotus in quarto *Historiarum* libro mentionem facit, qui late patentes Scythiae terras a Ponte Euxino ad septentriones versus descripsit et infra Donum, Wolga flumen, atque Asovium Mare (Maeotidem Lacum) locavit. Sarmatae a Romanis Sauromatae vocabantur. In Claudii Ptolemaei carta geographica Sarmatae nomen Scythiae antiquae regionibus iam applicatum est; quae ambo nomina diu etiam orientalis Europae terris a medii aevi auctoribus imponebantur. Antiquissima autem Polonorum chronica nondum Polonos Sarmatas vocabant.

<sup>19</sup> Iam Flavius Iosephus „Aschanaxos” a Graecis Reginos appellari commemoravit, nec non Hieronymus eadem praedicavit. Dlugossius vero ex Isidoro Hispalensi haec repetisse videtur (*Etymologiarum Lib. IX, c. II, 32*: „Aschanaz a quo Sarmatae quos Graeci Reginos vocant”). Dlugossius (vel fons quo usus est) Regium illud in meridionali Italia situm hoc loco intellegebat, inde et aliquot populorum Italiae nomina, ut Calabrios, Siculos, Apuliae et Latii incolas commemoravit.

<sup>20</sup> Latium ad Mare Tyrrhenum inter Toscaniam et Campaniam iacens.

<sup>21</sup> Riphathi nomen Flavius Iosephus, Eusebius, Hieronymus, Isidorus Hispalensis cum Paphlagonia, Asiae Minoris regione, antiqui vero Christianorum commentarii cum Sauromatis coniungunt. Dlugossius Flavium et Isidorum Hispalensem secutus haec tractavit et cum fabulis, quae „Troianae” nominantur, atque posterioribus fontibus a se lectis, connexit.

<sup>22</sup> Galatorum terra a Celtis inhabitata, qui tertio ae. a. saeculo in Phrygiam in Asia Minore venerant.

<sup>23</sup> Eneti, Heneti — Thracum gens in Paphlagonia, qui Antenore duce ex sedibus suis in Italiam migravisse et in Venetiarum regione consedissee dicebantur. Veneti — gens fortasse Illyrica, ad mare a Padi fluminis ostiis usque ad Polam habitabat. Nominum similitudinis causa Veneti atque Eneti, qui in Asia Minore habitabant, eadem gens habebantur.

<sup>24</sup> Gens antiqua in septentrionali parte Italiae, quae Liguriam incolebat; Aemilii — gens, quae in regione, Aemilia vocata, ad Padum flumen habitabat.

<sup>25</sup> Biblici Togarma cum Phrygiis connexio Flavio Iosepho intercedente e veteri traditione transsumpta.

<sup>26</sup> Antiquis temporibus duae Phrygiae fuerunt: Phrygia Maior, in infima parte Asiae Minoris versus occidentem, et Phrygia Minor, in Hellesponti meridiana ora sita. Quas terras Mysia interiacebat.

<sup>27</sup> Iavan, similiter ut Iaphet, in medii aevi chronicis vel genealogicis tabulis Slavorum progenitor appellatur. Cuius nomen apud Slavos Jan, Iwan nominibus originem dedit. Quattuor filii eius, secundum Biblia Elisa, Tarsisz, Kittim, Dodanim nomina habebant.

<sup>28</sup> Elisae idem atque Aeolorum nomen significare primus Flavius affirmavit, quod deinde ab Isidoro Hispalensi, Hieronymo et aliis repetitum est. Apud Dlugossium vitiose Eulides pro Aeolides.

<sup>29</sup> Mentio de Tarsi, quae Cilicia, Asiae Minoris regio est, deque eius capite Tarso, recta via ab

Isidore originem ducit (*Lib. IX, c. II, 35*): Tharsis, a quo Cilices, ut Iosephus arbitratur, unde metropolis eorum Tharsus dicitur.

<sup>30</sup> Cetim Cypriorum progenitor vulgo putabatur. Dlugossius hic Isidorum Hispalensem auctorem sequitur (op. cit. *Lib. IX, c. II, 36*): „Cetim a quo Cipri, id est Ciprii, a quibus hodieque urbs Citium nominatur”, sed et alio fonte usus est, nam de Cypro, non Sem, sed Iaphet filio narrat.

<sup>31</sup> Dodanim, (quibusdam fontibus Rodanim), a Dlugossio quoque apud Isidorum Hispalensem inventum, cf. *Etymologiarum Lib. IX, c. II, 36*: „Dodanim, a quo Rodii”. Dlugossius de urbe Rhodo in eiusdem nominis insula sita mentionem addidit.

<sup>32</sup> Dlugossius post Iavan filiosque eius primum Gomer, filium Iaphet commemorat, Isidorum secutus: (op. cit. *Lib. IX, c. II, 68*), sed Galatos cum Graecis confudit. Gallograeci — vagantes Celtorum turbae, qui a Attalo I, Pergami rege anno 275 fusi, in media Asiae Minoris parte sedes suas collocaverunt.

<sup>33</sup> Senones Gallici — Celtae, qui Galliam Lugdunensem incolebant. Alii Senones in Italia habitabant. Galicia vitiose a Dlugossio pro Galatia in Asia Minore nominata. Galicia — pars Hispaniae.

#### Pagina 68

<sup>1</sup> Madai, tertius Iaphet filius, in multis medii aevi genealogiis, etiam apud Isidorum Hispalensem commemoratur (op. cit. *Lib. IX, c. II, 46*), Medorum proavus putabatur, qui populi in Asia has regiones inhabitabant, quae a Mari Caspio inter meridiem et occasum solis spectant.

<sup>2</sup> Iavan, quartus filius Iaphet, in medii aevi genealogiis Ionorum, ab eisque Graecorum progenitor ferebatur. Notio Dlugossii, ab Isidore Hispalensi accepta (op. cit. *Lib. IX, c. II, 28*) est, sed auctor noster etiam fabulas, quae „Troianae” dicuntur, hic allegasse videtur. Multi etiam auctores inde a V saeculo ae. a. scribentes e Troia fugientes heroas originem multis populis civitatibusque Europae occidentalis dedisse tradunt.

<sup>3</sup> Priamus, Troiae rex, in medii aevi fabulis ad Italiae oram prope Venetiam naves suas applicasse fertur. Quo tempore Germania a Priamo devicta esse nullo modo potuerat. Germaniae nominis etymon, an a Priami fratre originem sumpserit, viri docti nondum explicaverunt.

<sup>4</sup> Antenorem, Priami uxoris fratrem, in Italiam venisse Paduamque condidisse in fabulis narratur. Totum hoc caput ab „Antenore mortuo” ad „Franconiam” cum „Paride” loco Paduae paene ad verbum ex manuscripto Bibl. Jagiell. nr 445, fol. 15, quod olim Dlugossii fuit, sumptum. Ibidem Franciae nominis interpretatio invenitur a saevitia (vetus Germanicum illud „frank”, quod Latine „saevus” explicatur), quae huic genti quasi innata fuerit, deducta.

<sup>5</sup> Teutonia nomen — a Teuto, qui Germanorum deus putabatur, inde et Teutones, quo nomine Germani vocabantur. Mercurii atque Teuti connexio obscura est. Tacitus breviter de Mercurii in Germania cultu narrat (vide *Germania* c. 9). Nominis Alemaniae origo a flumine Leman ex Isidoro Hispalensi repetita est, *Etymologiarum Lib. IX, c. II, 94*, Lemanus tamen non flumen, sed lacus est.

<sup>6</sup> Quae mediaevalia Franconiae Germaniaeque regionum nomina omnibus nota sunt adeo, ut nobis explicanda non videantur.

<sup>7</sup> Brutus (Britus) — in medii aevi chronicis a Troia profugus, Londini (Novae Troiae) conditor, a quo Britanniae nomen ortum esse traditur. In *Historia Britonum* apudque eius commentatorem Nennium Britannia a Britone, Isicionis filio, Alani nepote ex gente Iaphetidum vocata est (cf. *Mon. Germ. Hist. Auct. Antiquiss.* th. XIII, p. 147). De origine tamen Briti opiniones non concordant. Re vera Britanniae nomen a Britis, gente Celtica, deducitur.

<sup>8</sup> Sylvania — antiquum paeninsulae Bretonnicae nomen.

<sup>9</sup> Mosochi, sexti Iapheti filii nomen, Flavius Iosephus cum Cappadocibus Asiae Minoris incolis coniunxit. Caput de Cappadocibus eorumque metropoli Dlugossius ab Isidoro Hispalensi descripsit (op. cit. *Lib.* IX, c. II, 30).

<sup>10</sup> Mazaca — antiquissimum Cappadociae caput, quae urbs in media atque ad ortum solis spectanti Asiae Minoris parte sita — posterius Eusebia, denique Caesarea appellata est.

<sup>11</sup> Tiberius Claudius Nero, imperator Romanorum a. 14–37 n. ae.

<sup>12</sup> De Tiras, ultimo Iaphet filio, Thracum progenitore Flavii opinio usque ad medii aevi scriptores pervenit et apud Hieronymum, tum apud Isidorum Hispalensem (op. cit. *Lib.* IX, c. II, 31) legitur. Quam Dlugossius eisdem fere verbis tractavit. Thracia antiqua in septentrionali orientaliqque parte Balcanicae Paeninsulae sita erat.

<sup>13</sup> Opinio de Iberorum Hispanorumque a Tubal origine, a quibus deinceps Celtiberi et Itali originem duxisse ferebantur, apud Hieronymum et Isidorum Hispalensem legitur, unde et Dlugossio nota est.

<sup>14</sup> Celtiberi, qui mediam et in septentriones versam Hispaniae partem incoluerunt, ab Iberis cum Celtis mixtis in Iberiam advenis originem suam ducunt. Quorum nominis origo a „coetus” deducta, quam Dlugossius affert, in medii aevi chronicis non invenitur.

<sup>15</sup> Hesperus, idem ac sidus vespertinum seu Venus. Hesperia — regio occidentalis (Italia, Africa occidentalis, denique Hispania). Cf. apud Isidorum Hispalensem, op. cit. *Lib.* IX, c. II: „Hesperi vero sunt, qui circa Hispaniam commorantur. Nam Hispania Hesperia”.

<sup>16</sup> Iberus, Ebro, flumen in Hispania Tarraconensi.

<sup>17</sup> Tyrrhenum Mare hoc verbo designari potest.

<sup>18</sup> De Celtiberis et Celtiberia cf. adn. 14. Iam apud Isidorum Hispalensem Celtiberia a Celtiberis vocatur, sed Dlugossius narrationis suae argumentum sumpsisse videtur e verbis, quae sequuntur: (*Dedicatio Historiarum Isidori ad Sisenandum, Mon. Germ. Hist. Auct. Antiquiss.* t. XI, p. 304): „De Tubal vero Hispani et Itali orti... primus rex Hispanorum exstitit nomine Hispanus... a qua etiam Hispania nomen traxit dicitur autem ex Ibero flumine Hiberia et ab Hespero sidere Hesperia...”. Quae Dlugossius ex alio quodam fonte describere potuit, quia rem eandem expressit aliter.

<sup>19</sup> De Magog, secundo Iaphet filio et de populis, qui ab eo orti sunt, multa incerta atque obscura leguntur, ab Hieronymo et Isidoro ficta. Secundum quos Magog Scytharum vel Sacorum, qui trans Caucasum atque Mare Caspium incolebant, progenitor fuit. Unde vero Dlugossius de aliis etiam populis, a Magog ortis, notitiam habuerit, incertum est.

<sup>20</sup> Germanicae gentes, hoc loco commemoratae, Alani Scythis cognati et Hunni, vagae Tiuricae gentes, iterum ac saepius postero tempore Polonorum terras peragrabant.

<sup>21</sup> Lamech, septimus Set nepos, Noe pater, Matusalem filius fuit. In multis chronicis haec verba repetuntur: „Hi sunt filii Lamech”.

<sup>22</sup> Omnia, quae inde sequuntur, a verbis „primus autem” usque ad verbum „Bogorus” a commentatoribus Nenni chronicorum sumpta (cf. adn. 7) sed a Dlugossio latius descripta sunt. Personae, quae hic commemorantur, neque in biblica genealogia, neque in Troianis fabulis inveniuntur, sed a chronicorum scriptoribus, antiquissimam illam Europae populorum originem probare conantibus, fictae sunt. In commentario apud Nennium Alan decem proavos usque ad Iaphet habuit, cuius filiorum haec sunt nomina: Isacon, Armenon, Negua. Ex quibus personis duas Dlugossius in chronicis Polonorum, quae „Mierzwa” appellantur, invenit (vide *Mon. Pol. Hist.* t. II, p. 163), quibus non videtur esse usus nisi aliis quibusdam auctoribus mediis.

<sup>23</sup> De Isicio filiis varie in chronicis narratur. Apud Nennium quattuor nominantur: Francus, Romanus, Britus, Albanus. Momaurus nomen apud Dlugossium deformatum vel etiam fictum est.

<sup>24</sup> Sochus nomen apud Dlugossium deformatum est, vide apud Nennium Armenonis filios: Gotus, Uilegotus, Cebetus, Burgundus, Longobardus.

<sup>25</sup> Neguae filii, secundum Nennium, tres fuerunt: Vandalus, Saxo, Boarus. Apud alios auctores quattuor, quorum ultimus Taringus (Turingus). A quibus Bogari, Vandali, Saxones, Thuringes originem suam ducebant. Dlugossius Vandalum et Polonorum ab eo originem ductam in „Mierzwa” chronicis reperit. Alio tamen loco Vandalos a Vistula appellat.

<sup>26</sup> Vandali false in medii aevi chronicis diutius in Slavorum terris morari narrabantur et Slavorum (Sarmatarum) maiores putabantur.

Pagina 69

<sup>1</sup> Alio iterum loco Dlugossius (cf. adn. 2, p. 132) *Chronicam Polonorum* magistri Vincentii secutus, Vistulam a Vandae nomine vocat. Vandae et Vistulae nomina eandem originem habent, vide B. Kürbisówna, *Studia* ..., p. 158.

<sup>2</sup> Thargus, fortasse Taringus, Turingus, cf. supra de Negua filiis.

<sup>3</sup> Enuntiatio: „Sic igitur ab Isicione ...” etiam in *Hist. Britonnum* invenitur, op. cit. p. 160. Quo in opere quattuor nationes sequuntur, apud Dlugossium vero duae tantum quarum etiam nomina commutata sunt: Latini et Alemani.

<sup>4</sup> *Historia Britonnum*, op. cit. l. c., ab Armenone quinque nationes originem suam duxerunt, apud Dlugossium duae tantum: Goti et Longobardi.

<sup>5</sup> In hac quoque enuntiatione: „A Negnone” ... Dlugossius *Historia Britonnum* usus est, in qua populi a quattuor Neguae filiis orti totam Europam penetrare dicebantur, quorum tamen populorum in septentrionalibus Europae partibus locatio a Dlugossio inventa est.

<sup>6</sup> De Cassubia vide infra.

<sup>7</sup> In chronicis „Mierzwa”, *Mon. Pol. Hist.*, t. II, p. 115, cf.: „Sarbia, quae nunc Saxonia”, quae verba et Dlugossius exceperit.

<sup>8</sup> Dlugossii enuntiatio de hominibus, a Saxo, ex fabulis noto, ambigua est, et in nullis aliis chronicis invenitur. Ex nominibus hic prolatis Carniola terra est, quae Kraina postea appellabatur, Seruia — Serbia est, Lizna atque Elisza ignorantur.

<sup>9</sup> Sennar — vallis, quam mediam Euphrates perfluit, postea Babyloniae regio, unde secundum Genesim 10,10 populi, a Noe originem ducentes, in diversas orbis terrarum regiones discesserunt.

<sup>10</sup> Mare, nunc Nigrum, varie antiquis temporibus appellabatur: Pontus Euxinus, Auxenum Mare, Mare Maius. Simili modo Dlugossius variis nominibus id appellat.

<sup>11</sup> Ister, Hister — antiquum Danubii fluminis nomen. Hister et Raurici parva gens Celtica atque urbs Rauracum iam in Plinii *Historia Naturali* IV, 79, atque Solini *Collectaneis Rerum Memorabilium* 13, 1 occurrunt.

<sup>12</sup> Pannonia provincia Romana, medii aevi temporibus Hungariae demissa planities hoc nomine vocabatur. Pannoniam Slavorum fuisse cunabula in Chronica magna Polonorum; e Ruthenis chronicis *Powiest' wriemiennych let* exscribitur.

<sup>13</sup> Hungariae nomen a Hunnis originem duxisse ex Chronica magna Polonorum Dlugossius cognoscere potuit.

<sup>14</sup> Quae enuntiatio Dlugossii e Chronica magna Polonorum, chronicis „Mierzwa” innitentibus, excepta est. De qua re plura B. Kürbisówna scripsit in libro: *Kształtowanie się pojęć geograficznych o Słowiańszczyźnie w polskich kronikach przeddlugoszowych*, Slavia Antiqua, t. IV, 1954, p. 276.

#### Pagina 70

<sup>1</sup> Moesia — provincia Romana, ab inferiore Histro ad meridiem spectans. Quod nomen a messe originem duxisse, ex Isidori Hispalensis, *Etymologiarum Lib.* XIV, c. IV, 5 exscriptum est.

<sup>2</sup> Geographicus Bulgariae situs vitiose hic descriptus est. Dlugossius Romanarum provinciarum fines, ultimorum imperatorum temporibus factos, cum Bulgariae medii aevi finibus confudit, quamvis Bulgaria Istriam non attingeret.

<sup>3</sup> Nomen Jan biblico „Iavan” respondet. Lech et Czech a Iavan originem sumere e chronicis Polonorum repetitum est, Rus tamen omisso. Quem etiam Aeneas Sylvius, *Hist. Bohemiae* c. 3 praetermisit.

<sup>4</sup> Nomen Lech primum in Bohemiae chronicis Dalimili ex XIII et XIV saeculo occurrit. Quem Czechii fuisse fratrem Pulkava, posterior rerum scriptor, dixit. Apud Poloniae autem historicos Lech in mgr Vincentii chronicis primum apparet. Unde vero de Czechii et Lechi Slavonica et Chorvatica origine traditio emanaverit, ignoratur. Nomen Lech non erat in usu apud Polonos.

<sup>5</sup> Syrmia, antiquum Sirmium, regio parvula inter Savus et Dravus flumina. Terra, quae Dalmatia Sermiensis appellata sit, ignoratur.

<sup>6</sup> Psary — fortasse Krapina in Chorvatiā. Vicus huius nominis atque Huy flumen ignota sunt.

#### Pagina 71

<sup>1</sup> Morava flumen in Danubium prope Posonium influit. Egra (Ohře, Eger) in Albim ad Litomierzyce influit, Moldava (Wełtawa, Moldau) flumen a laeva in Albim cadit.

<sup>2</sup> Říp mons, qui a Rudnice ad Albim versus meridiem spectat, in Marignolae chronicis antiqua Czech incolarum sedes nominatur (op. cit. t. III p. 523), similiter in *Historia Bohemiae* Aeneae Sylvii.

<sup>3</sup> Velehrad in hac Moravarum parte, quae in meridiem vergit, inter veterrimas urbes Moravas numeratur.

<sup>4</sup> Bohemia nomen a deo (Boh) in Pulkavae chronicis derivatur.

<sup>5</sup> Hercynia silva — Sudetorum montium pars silva vestita, cuius magnitudo ignorabatur, saepe apud antiquos auctores (ut apud Strabonem, in *Geographia* Lib. VII, 4–5 et Plinium Maiorem in *Historia Naturali* Lib. IV.) commemorabatur.

<sup>6</sup> Ruda nomen ignotum est. Oppidum Brno ad Svitavam flumen iacet.

#### Pagina 72

<sup>1</sup> Notionem „Clima” e Ptolemaei operibus (*Almagest* II, 6, *Geographia* I, 23) Dlugossius repetivit. In octava Europae charta Ptolemaei ad opus quod *Kosmographia* inscribitur, addita (cf. Bibl. Jagiell. Incunabulum nr 820 ex anno 1482) climata delineata sunt, ubi septimum „clima” ad inferiorem Danubii cursum, ultimum vero a Prusorum terra septentriones versus Scandinaviamque invenitur.

<sup>2</sup> De herbis et segetibus et porro de pomis, ex arboribus decerptis hoc loco agitur.

#### Pagina 73

<sup>1</sup> Perperam indicavit Dlugossius: „a subsolano” (ventus atque directio orientalis) pro „a Libonoto” (ventus meridionalis ac fere occidentalis).

<sup>2</sup> Compositio: Getae Sarmatae — ex Galli Anonymi chronicis allata est et populos, qui trans septentrionales atque ad ortum solis spectantes Poloniae fines incolunt, designat. Vide B. Kürbiśówna, *Kształtowanie się pojęć geograficznych*, p. 274.

<sup>3</sup> Aquileia — vetus urbs Romana in septentrionali Italiae parte, medii aevi temporibus episcoporum sedes.

<sup>4</sup> Amnis ab amoenitate originatio ab Isidoro Hispalensi desumpta, *Lib. XIII* c. 21, 3.

<sup>5</sup> Wisła, nomine saepius mutato, primum apud Pomponium Melam primo n. ae. saeculo Vistula appellatur, apud Plinium Maiorem Visculus, Vistilia, Visula, apud Ptolemaeum aliosque antiquos scriptores Vistula.

#### Pagina 74

<sup>1</sup> Vanda — cf. adn. 1 p. 131.

<sup>2</sup> Skoczów — oppidulum a Bielsko in occasum solis versus situm. Ustroń — oppidulum a Bielsko ad occasum solis, a Tessinum (Cieszyn) inter meridiem et ortum solis positum.

<sup>3</sup> Voce Skalka aliquot cacumina montium Carpathorum atque in Carpathis montibus subiecta regione nominantur. Vistula e monte Barania Góra dicto in duos rivos distincta profluit: alter Czarna Wiselka (Vistulula Nigra) eiusdem montis meridionali delabatur parte, alter vero Biała

Wiselka (Vistulula Alba) septentrionali atque occidentali parte montis Magurka dicti decurrit. A Dlugossio non nisi Biała Wiselka verus Vistulae fons haberi videtur, cum hodie Czarna Wiselka idem habeatur. Nomen Barania Góra a Dlugossio non memoratur.

<sup>4</sup> In medii aevi chronicis alti montes saepius ita appellantur.

<sup>5</sup> Primum os Vistulae a Dlugossio Leniwka intelligitur una cum eiusdem deverticulo occidentali, quod nunc Martwa Wisla (Vistula Mortua) vocatum ad Gedanum in mare sese effundit. Alterum Vistulae os Zalew Wiślany (Mare Recens) ab eo habetur, fortasse una cum orientali brachio oris Leniwka, quod Szkarpa nominatur. Hab nomen, quod in lingua Hollandica et Germaniae Inferioris mare significat, (posteriore tempore Haf) Mari Recenti Dlugossius imponit. Thefft vici (nomen originis Hollandicae) situs indicari non potest, cum in hac regione plura lacuum, vicorum similia nomina ab hac voce derivata sint. Cf. etiam nomen Tief, quod Maris Recentis Baltico Mari concorporantis ostia significat. Quorum ostiorum situs medio aevo variabat, canalis vero, quo nunc Mare Recens cum Mari Baltico iungitur a turbine maritimo s. XVI excavatus est. Coloniae autem in extrema orientali parte isthmi contra Pilavam sitae ante a. 1945 nomen Tief erat. Vistulae ostium in tria divisum brachia, quorum tertium Hab in charta geographica, a Nicolao Cusano Dlugossii contemporaneo, confecta, depingitur. Quod prope Elbingam (Elbląg) effunditur, tertium os Vistulae, Nogat vocatur.

<sup>6</sup> Guttalus nomine apud quosdam antiquos scriptores Niemen vel Pregola flumina vocantur (Plinius Maior), apud alios (Solinus) Odra flumen hoc modo appellatur. Dlugossius Solinum secutus est. Odri — oppidulum in Bohemia ad superiorem Odra fluminis cursum, inter meridiem et ortum solis a Morawska Ostrawa situm.

<sup>7</sup> Odra fluminis ostia non quattuor, sed tria numerantur: Świna media, Dziwna ab oriente, ab occasu vero Piana. Magna Palus — Pomeraniae Sinum denotat. Tres vici hoc loco nominati sunt: Świnoujście (Swinmünde) in Uznam insula, Dziwnów ad Dziwna fluminis ostia, nomen vero Piana hodie tum fluvio, quod a laeva in Inundationem fluminis Odra effunditur, tum pago in insula Uznam sito imponitur. Piana flumen duos alveos esse false Dlugossius putabat. — Wołogoszcz, Germ. Wolgast, oppidum ad flumen Piana contra Uznam insulam situm est.

<sup>8</sup> Urbs in Germania (DDR) iacens ad eiusdem nominis fretum quod terram firmam a Rugia insula separat.

<sup>9</sup> Warta flumen, quod in Odram influit, Dlugossius false principalibus fluminibus adnumeravit. — Kromolów — vicus, qui a Zawiercie in orientem versus positus est. — Santok — nunc vicus eo loco, quo Warta et Noteć confluunt situs, olim autem castrum, quod Poloniae Maiori et Pomeraniae ab occasu solis praesidio fuit. — Kostrzyn — oppidum in loco ubi Warta in Odram influit, situm.

Pagina 75

<sup>1</sup> De Dniestr flumine vide infra. Sobień — nobilis familiae Kmitarum vetus castellum ad San flumen in terra Sanocensi, non in Premisliensi, ut scribit Dlugossius, positum. — Mare Maius — Mare Nigrum.



<sup>2</sup> Album Castrum idem ac Białogród, Belograd, Turc. Akkerman, Rom. Cetatea Alba, Moncastrum. Czarnygród XV s. Caravul vocabatur vel Czarnigrad. Utrumque cernitur in exemplari chartae Nicolai Cusani, quod circa annum 1450 confectum est. Album Castrum a meridie, Nigrum vero a septentrione ad Dniestr fluminis ostia iacet.

<sup>3</sup> Bug flumen, similiter, ut Warta, apud Dlugossium inter principalia flumina enumeratur. — Olesko inter septentrionem et ortum solis a Leopoli situm. — Kołtów — oppidulum ad Bug fluminis fontes positum est.

<sup>4</sup> Narew — vide infra. Siraczecz — nunc Serock, oppidum eo loco, quo Bug et Narew confluunt invenitur. — Drohiczyn ad Bug hic commemoratur, ut ubi loca illa sita sint, facilius perspiciatur.

<sup>5</sup> Niemen — vide infra. — Kopyl — inter septentrionem et occidentem a Słuck situm. — Ragneta oppidum ad Niemen fluvium, supra Tylża oppidum, situm; a Jura flumine in Niemen influente 11 km distans.

<sup>6</sup> Rus — Niemen fluminis alveus in septentrionem versus, quo Niemen in Curonicum Sinum influit. — Łilia — id est Gilga — alveus meridionalis.

<sup>7</sup> Kłajpeda urbs et portus ad Curonicum Sinum.

<sup>8</sup> Cur Dlugossius flumini Dniepr Drini nomen imposuerit, nescimus. Borysthenes Graecum nomen fluminis Dniepr iam in Plini *Historia Naturali*, 4, 88 nec non in Solini *Collectaneis Rerum Memorabilium* 15, 1 notatur. Quod flumen ex Wyżyna Wałdajska, 75 km inter septentrionem et orientem ab oppido Wiaźma oritur.

<sup>9</sup> Daszów — oppidum in chartis geographicis inde a saec. XVI pictis ad ostium fluminis Dniepr (ad Oczaków) notabatur. Commemoratur quoque a Mathia de Miechovia in opere eius *Tractatus de duabus Sarmatiis* (ed. S. A. Anninski, Moskwa 1936 p. 243 adn. 144).

<sup>10</sup> Biała flumen a dextra in Vistulam influit. — Sarmatici Montes — Carpathi. — Żebraczy — vicus nunc deest, eo loco tantum, quo Biała in Vistulam influit, stagnum quoddam „Staw Żebraczy” appellatur.

<sup>11</sup> Soła in Vistulam a dextra influit. — Oświęcim in dextra huius fluminis ripa situm est.

<sup>12</sup> A dextra parte in Vistulam influit. — Smolice — vicus ad ostia Skawa fluminis situs.

<sup>13</sup> A dextra in Vistulam influit. — Ujście — nunc Ujście Solne, oppidum parvulum in palatinatu Cracoviensi.

<sup>14</sup> Dunajec Biały et Czarny atque Poprad flumina, quae Dlugossius ipse vidit, hoc loco describit. Opatowiec — oppidulum ad sinistram Vistulae ripam in palatinatu Kielcensi iacens.

#### Pagina 76

<sup>1</sup> Łososina a sinistra parte in Dunajec influit. A fontibus eius Tymbark oppidulum 8 km spatio distat. — Czchów — oppidum parvulum a Łososina flumine in Dunajec influente 5 km distans.

<sup>2</sup> Nunc Uszwica, quae inter Raba et Dunajec flumina in Vistulam influit. Vici, qui hic commemorantur, hi sunt: Łąka (qui nunc Łęgi esse videtur) prope fluminis fontes Uszew in fluvium

Uszwica influentis. — Przemyków in sinistra Vistulae ripa, atque etiam Przemykowska Wola in dextra.

<sup>3</sup> Poprad flumen, qui in Dunajec a dextra parte influit, in Tatra montibus fontes habet. Vici, qui hoc loco enumerantur, hi sunt: Łuczywna 15 km a Poprad fontibus, atque Wielka Wieś (Felka, Velka), oppidum parvulum in Bohemia (ČSSR) prope oppidum Poprad situm.

<sup>4</sup> Biała in Dunajec a dextra parte influit. — Pagus, qui hic nominatur Gabołów vocatur, ad rivum in Topla influentem, 10 km a fontibus Biała fluminis situs. Altera villa Biała a Tarnów inter septentriones et occasum sita.

<sup>5</sup> Wisłoka a dextra parte in Vistulam influit. Vicus Zdaków, Żdaków, antea Zdakowska Wola nominabatur.

<sup>6</sup> Nunc Wielopólka flumen, quod a dextra parte in Wisłoka influit. — Oppidulum Wielopole Skrzyńskie. — Ad Wisłoka flumen Kendzierz (Kandzierz, Kądzierz) pagus est, qui 6 km a Wielopólka ostiis distat.

<sup>7</sup> Wisłok flumen a sinistra parte in San influit. — Tryńcza — vicus 5 km supra Wisłok flumen in San influens positus.

<sup>8</sup> Młeczka a dextra in Wisłok influit. — Brzozów iam Długossii temporibus oppidum fuit (hodie in palatinatu Rzeszoviensi). — Gniewczyzna vicus ad Młeczka flumen in Wisłok influens situs.

<sup>9</sup> Fluminis San fontes in montibus Beskidy Wschodnie (Bieszczady), ad septentrionem ab Użocka Przełęcz, in pago Sianki, erumpunt. In meridiem ab Użocka Przełęcz ad rivulum Huszna (qui in Uh effunditur) eiusdem nominis pagus Huszna positus est; inter meridiem vero et orientem pagi Husne (Superior et Inferior) ad rivulum Husne (in amnem Stryj evadentem) patent. Qua in regione nomina uti Huszna, Bukowska et similia occurrunt.

<sup>10</sup> Rogoźnik Wielki a dextra parte in Czarny Dunajec influit. Rogoźnik Mały a dextra in Wielki illabitur. — Lepietnica, Lipietnica a laeva in Czarny Dunajec influit. — Obidowa mons in Beskid Wysoki a Chabówka inter meridiem et orientem vergens. — Ludzimierz — vicus, XIII s. conditus, ad Czarny Dunajec a Nowy Targ occidentem versus situs.

<sup>11</sup> Wiar flumen a dextra in San influit. — Trybuch Mons — nunc ignotus. In tota regione nomen Trybuch non invenitur. — Orzek, Orzech, nunc Hurko — vicus ad San flumen ad Premisliam oppidum situs.

<sup>12</sup> Wyznica in Vistulam a dextra parte influit et prope Stróża vicum, qui a Kraśnik inter meridiem atque ortum solis spectat, fontes habet, ad Rybitwy vero vicum in districtu Opole Lubelskie cum Vistula confluit.

<sup>13</sup> Gielczew a sinistra parte in Wieprz flumen influit. Pagi hoc loco nominati sunt: Borzęcinek circa vicum Majdanek Krzczonowski et Siostrzytów (Siostrzewitów) in orientem versus a Lublin oppido situs.

<sup>14</sup> In fluminis Bystrzyca situ describendo Długossius erravit: cuius fontes ad Blinów vicum sunt, Krzczonów vero ab eis 28 km distat. Bystrzyca in Wieprz flumen a laeva influit.

<sup>15</sup> Por flumen, quod a sinistra parte in Wieprz ad Zawieprzyce vicum influit. — Nawóz — vicus in districtu Zamość ad laevam ripam Wieprz, ad Por fluminis ostia situs est.

<sup>16</sup> Nomina fluminis Wieprz et lacus Wieprzowe nunc eadem manent. — Rogoźno vicus inter septentriones et occidentem a Tomaszów Lubelski situs est. — Rachanie inter septentriones atque ortum solis a Tomaszów iacet. — Steżyca oppidulum ad dextram Vistulae ripam, prope locum, quo Wieprz flumen in Vistulam influit, positum.

<sup>17</sup> Fluminum ordo confusus est, nam Ropa a laeva parte in Wisłokam influit, Ropa vero et Jasiołka inter flumina a meridie in Vistulam illabentia enumeranda sunt.

<sup>18</sup> Duo oppida: Biecz ad Ropam flumen, a cuius fontibus 32 km distat, et Jasło, ubi Jasiołka in Wisłoka influit.

<sup>19</sup> Jasiołka a dextra in Wisłoka influit. — Lyczowno — vicus ignotus est, Golez nunc arcis ruinis clara, vide infra Mons Golez.

<sup>20</sup> Łada flumen, qui a dextra in Tanew influit. — Chrzanów in districtu Kraśnik invenitur.

<sup>21</sup> Tanew a dextra in San influit. — Krzeszów — pagus ad San, spatium hoc a Długossio recte definitum est.

<sup>22</sup> Prope Dzików rivus effluit, qui Potok Dzikowski appellatur, in Wirowa amniculum influens, quod deinceps a laeva parte in Tanew illabitur. Sed Długossius hunc rivum (Wirowa et Potok Dzikowski) superiorem cursum Tanew fluminis esse putavit. — Kopki et Krzeszów vici supra Tanew et San confluentes siti sunt.

<sup>23</sup> Brnew rivus, vel Brandwica, Branwica a dextra in San fluvium illabitur. Hodie nomen Branwica superiorem fluminis partem usque ad pagum Grójca denotat — inferior vero Bukowa nominatur. Vici hic commemorati Branew in districtu Janów, Brandwica vero ad oppidum Rozwadów ad septentriones siti sunt.

#### Pagina 77

<sup>1</sup> Biała a dextra in Bukowa (Brandwica) flumen influit. Vici hic nominati sunt: Godziszów et Turobin ad Por flumen siti.

<sup>2</sup> Sanna flumen, a dextra in Vistulam influens. — Wierzchowiska — vicus a Janów Lubelski in septentriones, Zawichost — oppidum in sinistra Vistulae ripa supra Sanna fluminis ostiis situm.

<sup>3</sup> Sopot a dextra in Tanew influit. — Kolpite — locus ignotus. — Łukowa — vicus in laeva Tanew fluminis ripa, a Bilgoraj oppido inter meridiem et ortum solis spectat.

<sup>4</sup> Haec nomina nunc alia sunt. Żółkiewka flumen a laeva in Wieprz influit, Żółkiewka pagus prope fluminis fontes situs a Tarnogóra oppido in occidentem versus. — Krasnystaw — oppidum ad Żółkiewka flumen in Wieprz influens situm.

<sup>5</sup> Haec loca nunc aliter, quam Długossii temporibus, appellantur: fluvius qui a dextra in Wieprz influit — Wolica, et villae: Szystowice, Latyczów, Dworzyska.

<sup>6</sup> Wieprzec a dextra in Wieprz influit. Qui nunc Topornica cum rivulo influente Łabuńka vocatur; Wieprzec etiam nonnumquam Łabuńka vocabatur. — Wieprzec — vicus in districtu Zamość ad flumen eiusdem nominis situm. — Nielisz — vicus in dextra Wieprz fluminis ripa a Tarnogóra inter meridiem et occidentem situs.

<sup>7</sup> Flumen, quod a dextra in Vistulam influit. — Dobre — vicus ad meridiem et occidentem a Kazimierz Dolny, prope Chodelka fluminis in Vistulam influentis ostia positus.

<sup>8</sup> Tyśmienica flumen, quod a dextra in Wieprz influit. — Gozdnica — nomen incertum, nostris temporibus notus est tantum Guznica rivus, qui a Parczew ad meridiem fluit et in Tyśmienica illabatur. — Górka Kocka — vicus prope Tyśmienica fluvium in Wieprz influentem iacens.

<sup>9</sup> Narew in orientalibus silvae Białowieża finibus, e stagno, quod Orłowo appellatur, non procul ab Jasiółda fluminis fontibus oritur. — Słonim — oppidulum ad Szczara flumen, 82 km a Narew fluminis fontibus situm. — Nowy Dwór Mazowiecki — oppidum, quod ad Bug et Narew fluminum confluentes et a Varsavia ad septentriones et occasum spectat.

<sup>10</sup> Nunc Pisa flumen, quod a dextra in Narew influit. — Pisz — castellum antea Jańsbork appellatum. — Nowogród in districtu Łomża contra Pisa flumen in Narew influens situs est.

<sup>11</sup> Nomina, quae ad hic commemoratum flumen pertinent, haec sunt: Łydynia, quae a laeva in Wkra influit, Ciechanów oppidum ad Łydynia flumen, qui a fontibus eius 25 km distat, Nowe Miasto oppidum ad Sona flumen, quod ultra Łydynia in Wkra influit.

<sup>12</sup> Świder a dextra in Vistulam influit. Nomina quae subsequuntur: Czysk — incertum (fortasse Czersk?), Mińsk Mazowiecki, denique Gaba vicus 54 km a Świder in Vistulam influente distans.

<sup>13</sup> Nunc Orzyca quae a dextra in Narew influit. — Nydbork — Nidzica, 27 km a fonte fluminis Orzyca, tum Magnuszewy ad Orzyca et Różan ad Narew.

<sup>14</sup> Płona a dextra in Wkra influit, supra quod ostium 124 km spatio Płońsk distat. — Sochocin vicus, Sąchocin, antea Sanchoczino ad Wkra flumen situs.

<sup>15</sup> Wkra, vel Działdówka a dextra in Narew influit. — Działdowo. Nowy Dwór Mazowiecki — ad Wkra flumen in Bugo-Narew illabens positus.

<sup>16</sup> Nunc Skrwa, quae a dextra in Vistulam influit. — Bielsko prope Sierpienica fluvium, qui in Skrwa influit, a Dobrzyń ad Vistulam in orientem versus situm est.

<sup>17</sup> Drwęca a dextra parte in Vistulam influit. — Drwęck — pagus ad lacum eiusdem nominis prope oppidum Ostróda situs. — Złotaria prope Toruń in dextra Vistulae ripa iacet.

<sup>18</sup> Ossa (Osa) a dextra in Vistulam influit, cuius fontes 50 km a Radzyn oppidulo distant. Propius Radzyn Lutryna fluminis, quod in Ossa influit, fontes sunt. — Grudziądz — urbs in dextra Vistulae ripa sita, districtus caput. De columna ferrea, in finibus posita, Dlugossius in Libro II iterum narrat, cf. p. 275.

<sup>19</sup> Biebrza a dextra parte in Narew influit. — Tykocin — vicus ad Narew situs 63 km a Biebrza fluminis fontibus distat. — Goniądz — oppidulum ad Biebrza flumen positum.

<sup>20</sup> Omulew fluvius e lacu Omulew ad Szczytno effluit. — Ostrołęka — oppidum ad Narew collocatum.

#### Pagina 78

<sup>1</sup> Rynia nomine nunc Rządza fluvius vocatur, qui in partem fluminis qui Bug-Narew dicitur Narew prope Serock influit. — Vicus Sulejów, 8 km a Rynia fontibus distat. — Siraczecz — Serock oppidum.

<sup>2</sup> Liwa, Liwna a dextra in Vistulam influit. Quae a lacu Jeziorak, qui hic commemoratur in occasum solis fontes habet. — Kwidzyn — oppidum ad Liwna flumen situm, districtus caput in palatinatu Gedanensi.

<sup>3</sup> De Biała Przemsza, quae a laeva in Czarna Przemsza influit, hoc loco dicitur. Czarna Przemsza deinceps a laeva in Vistulam influit. — Ogrodzieniec — oppidum parvulum ubi arcis ruinae sunt. Circa 20 km inter meridiem et ortum solis ab Ogrodzieniec, Biała Przemsza fontes sunt, Centuria autem, quae in illam influit, propius Ogrodzieniec fontem habet. — Trzizemuk nomen incertum.

<sup>4</sup> Vicus Rokitno Szlacheckie a Czarna Przemsza fluminis fontibus 12 km distat, Kopciowice — vicus prope Przemsza fluminis et Vistulae confluentes situs.

<sup>5</sup> Sanka Śmierdząca vel Sanka a laeva in Vistulam influit. — Zalas — vicus ad Tenczynek, a Krzeszowice ad meridiem situs. — Śmierdząca — vicus ad Liszki prope Cracoviam positus.

<sup>6</sup> Rudawa flumen, quae a laeva in Vistulam influit. — Jerzmanowice — vicus prope Ojców situs.

<sup>7</sup> Prądnik vel Białucha vel Białka flumen a laeva in Vistulam influit. — Suloszowa in districtu Olkusz, a quo ad ortum solis spectat.

<sup>8</sup> Dłubnia a laeva in Vistulam influit. — Jangrot — vicus ad Wolbrom in meridiem versus situs. — Mogiła — vicus ad Cracoviam iacens, in quo Cisterciensis ordinis monasterium est, nunc pars urbis Nowa Huta.

<sup>9</sup> Flumen Szreniawa a laeva in Vistulam influit. — Wierzchowisko — vicus, a Wolbrom inter meridiem et ortum solis situs. — Koszyce — oppidum parvulum ad Szreniawa flumen situm, a quo in Vistulam influente 3 km distat.

<sup>10</sup> Brynica a dextra in Czarna Przemsza influit. — Vicus Zendek a Zawiercie oppido ad occidentem spectat. — Vicus Pogonia ad flumen Czarna Przemsza, ab oppido Będzin in meridiem versus iacet.

<sup>11</sup> Nidzica flumen a sinistra in Vistulam influit. — Rzędowice — vicus prope Książ Wielki positus. — Ławy — vicus ab Opatowiec inter meridiem et ortum solis situs.

<sup>12</sup> Nida flumen a laeva in Vistulam influit. — Moskorzew — vicus a Szczekociny inter septentriones et ortum solis spectat. — Dzieżgów — vicus prope Nida fluminis fontes situs est. — Nowe Miasto Korczyn — nunc Nowy Korczyn, ad Nida flumen in Vistulam influens situs. Inter ostium et Korczyn vicus Grotniki est.

<sup>13</sup> Schodnia vel Szkodnia, nunc Wschodnia, fluvius a dextra in Czarna flumen influit. — Vicus ad Bród rivum, qui in Sanica flumen influit. — Śladków — vicus ad Sanica flumen. Uterque vicus a Chmielnik oppido ad meridiem spectat. — Czarna fluvius a laeva in Vistulam influit. — Połaniec prope Czarna in Vistulam influentem situs est.

<sup>14</sup> Pokrzywianka vel Koprzywianka a laeva in Vistulam cadit. — Łągów ad Łagowica rivum, qui in Czarna flumen influit, situs est. — Skotniki in septentriones, Krzcin in meridiem versus a Koprzywianka in Vistulam cadente, siti.

<sup>15</sup> Łukawa, nunc Opatówka a laeva in Vistulam influit. — Bukowiany pagus versus occidentem, Słupcza vero inter meridiem atque occasum solis a Zawichost situs.

<sup>16</sup> Nunc Kamienna, quae a laeva in Vistulam influit. In silvis ad Kamienna fluminis fontes Nagy nomen est inventum. — Odrowąż vicus inter meridiem et occidentem ab oppido Szydłowiec situs. — Pawłowice vicus prope Kamienna flumen in Vistulam influens positus.

<sup>17</sup> Nunc Krępianka flumen, quod a laeva in Vistulam influit. — Rzechów — vicus ab oppidulo Iłża inter meridiem et orientem situs. — Solec ad Krępianka, rectius ad hoc flumen in Vistulam illabens collocatus.

<sup>18</sup> Hoc flumen Czarna Nida vocatur. Długossius Czarna Nida et Morawka fluvium, qui in illam influit, unum flumen Morawka esse putat. — Czyepyelow — positio incerta. — Włoszczowice — vicus inter septentriones et ortum solis a Pińczów oppido, prope fontes Morawka fluminis notatur. — Vici Żerniki et Brzegi, alter ad Czarna Nida flumen in Nida influens, alter 8 km infra positus.

Pagina 79

<sup>1</sup> Bobrza vel Bobrek vel Bobrzyca a dextra in Czarna Nida influit. — Mons eius nominis in geographicis chartis non designatur. — Zagnańsk vicus inter septentriones atque orientem solis a Kielce oppido situs. Vici Brzegi et Żerniki cf. adn. infra.

<sup>2</sup> Iłzanka vel Iłża nunc in Vistulam a laeva influere noscitur, sed Długossius eam in Chodcza flumen influere docet. — Beszków et Zbijów — vici a Szydłowiec inter meridiem atque ortum solis siti, Osuchów — vicus ad Chodcza flumen, ad oppido Radom inter meridiem et ortum solis spectans.

<sup>3</sup> Chodcza flumen cf. adn. infra. — Pakosław — vicus ad Miałka amniculum in districtu Iłża situs. — Janowiec — vicus ad laevam Vistulae ripam in districtu Puławy.

<sup>4</sup> Nunc Radomka, quae a laeva in Vistulam cadit. — Bębno vicus, ab oppido Końskie ad septentriones spectat, 10 km ab Radomka fluminis fonte situs est. — Ryczywół — oppidulum ad laevam Vistulae ripam, ad Radomka fluminis ostium positum.

<sup>5</sup> Pilica a laeva in Vistulam influit. Non longe a fontibus Pilicae fluminis Pilica oppidulum cum castello vetusto iacet. — Ostrówek — vicus ad laevam Vistulae ripam in districtu Garwolin.

<sup>6</sup> Drzewiczka a dextra in Pilica flumen influit. — Paruchy — vicus, qui a oppido Końskie in ortum solis vergit. — Nunc Drażno — vicus, 12 km a Drzewiczka fluminis ostio situs.

<sup>7</sup> Nunc Czarna, quae a dextra in Pilica flumen influit. — Krasocin et Ludynia — vici inter orientem et septentriones a Włoszczowa siti. — Ciemiętniki, vel Ciemiętki — vicus.

<sup>8</sup> Nunc Luciaża, quae a laeva in Pilica flumen influit. — Rozprza — oppidulum, quod ad meridiem a Piotrków Trybunalski spectat. — Blizin — vicus a Rozprza versus occidentem situs. — Barkowice — vicus in districtu Piotrków Trybunalski.

<sup>9</sup> Wolborka a laeva in Pilica flumen influit. — Tuszyn — oppidulum a Łódź ad meridiem spectat. — Zawada — vicus 6 km ab ostio Wolborka amniculi situs.

<sup>10</sup> Moszczenica vel Moszczanka a dextra in Wolborka flumen influit. — Srock — vicus inter septentriones et occasum solis a Piotrków oppido situs. — Wołborz — nunc vicus a Piotrków inter septentriones et ortum solis situs.

<sup>11</sup> Bzura a laeva in Vistulam influit. — Łagiewniki (Stare, Nowe, Małe, Podklasztorne) ad Bzura flumen in districtu Łódź iacent. — Zgierz — oppidum a Łódź inter septentriones atque orientem situm. — Wyszogród — oppidum supra ostium Bzura fluminis in Vistulam influentis situm. — Kamion — vicus eidem ostio vicinum in districtu Sochaczew.

<sup>12</sup> Rawa vel Rawka a dextra Bzura flumini illabitur. — Vicus Leszczyna. — Kozłów Szlachecki ad Bzura flumen infra Rawka fluvii ostia iacet.

<sup>13</sup> Nunc Jeziorna, Jeziorka a laeva in Vistulam influit. — Osuchów — vicus a Mszczonów inter meridiem atque ortum solis spectans. — Czersk — nunc vicus ad ostium Czarna fluminis in Vistulam, 25 km supra Jeziorna fluminis ostia situs.

<sup>14</sup> Zgłowiączka a laeva in Vistulam influit. — Kamieniec, Chalino, Orle in districtu Koło ab oppido Koło ad septentriones spectant, quorum Chalino et Orle ad lacus Chalino sita sunt. — Vladislavia (Włocławek) ad inferiorem Vistulae cursum situm est.

<sup>15</sup> Wda flumen a laeva Vistulae immergitur. — Świecie — oppidum et castellum, bellis Polonorum cum Cruciferis notum.

<sup>16</sup> Wierzyca a laeva in Vistulam cadit. — Kościerzyna — oppidum ad superiorem cursum Wierzyca fluminis in palatinatu Gedanensi situm. — Garczyn a Kościerzyna inter meridiem atque ortum solis spectat. — Gniew — oppidum in laeva inferioris Vistulae ripa situm.

<sup>17</sup> Motława in „Vistula Mortua” influit, ex lacubus „Jeziora Szpęgawskie” sub nomine Szpęgawka effluit. — Grabiny — arx parvula ad ostium Kłodawa rivi in Motława flumen posita. — Nunc Koźliny (olim Polonice Itlania vel Jutlania) appellatae a Tczew in septentriones vergunt.

<sup>18</sup> Radunia, in Cassuborum lingua Redunia appellata, a laeva in Motława flumen influit. — Stare Grabowo a Kościerzyna inter septentriones atque ortum solis situm.

<sup>19</sup> Flumen hoc a laeva Vistulae illabitur. Lacus hic infra in capite de lacubus illustrabuntur. — Fordon — oppidulum prope Bidgostia (Bydgoszcz) situm.

<sup>20</sup> Mątawa a laeva in Vistulam influit. — Nowe — oppidum in districtu Świecie, in laeva Vistulae ripa situm.

<sup>21</sup> Kamionka a dextra in Brda flumen influit. — Positio ignota. — Dziejno a Koronowo inter septentriones atque occasum solis ad Sępólna flumen situm est. Koronowo Cisterciensium monasterio clarum fuit.

#### Pagina 80

<sup>1</sup> Textus hoc loco corruptus est; Sobkow, fortasse Subkowy vicus a Tczew oppido ad meridiem spectat. Władawa — vicus ignotus.

<sup>2</sup> Łeba — vide quae de Łebsko lacu scribuntur. — Positio non certa, Cecenowo fortasse, Germ. lingua Zethnow, vicus supra Łeba fluminis in Łebsko lacum influentis ostia.

<sup>3</sup> Odra flumen eiusque ostia — cf. adn. 7 p. 74. Guttalus cf. adn. 6 p. 74.

<sup>4</sup> Olza a dextra in Odram influit. — Jabłonków 18 km infra Olzae fontes situs. — Oderberg — Germ. Bohumin oppidi nomen, ad Olzae in Odram influentis ostia situm.

<sup>5</sup> Osobłoga a laeva in Odram influit. — Zuckmantel (Zlatê Hory, Cukmantl) ad rivum Złoty Potok appellatum, qui in Prudnik influit, situm. — Krapkowice — oppidum parvum ad Osobłoga fluminis ostium.

<sup>6</sup> Nysa Kłodzka a laeva in Odram evadit. — Oppidum Paczków. — Bardo ad Nysa Kłodzka situm. — Skorogoszcz, Germ. Schurgast — oppidum parvulum ad Nysam positum.

<sup>7</sup> Nunc Mała Panew vel Małopiana, quae a dextra in Odram influit. — Vicus Cynków prope fluminis Mała Panew fontes iacet. — Czarnowąsy — Germ. Czarnowanz — 7 km ab Opole oppido situm.

<sup>8</sup> Oława flumen a laeva in Odram influit. — Praeter Grodków, qui ab Oława fontibus 25 km distat, etiam Wilków Wielki ad Śleza flumen notatur. Długossius fortasse ea, quae ad Oława et ad Śleza pertinebant, confudit.

<sup>9</sup> Zimna Struga, Zimnica a laeva in Odram influit. — Lubin — Germ. Lübben, oppidum a Vratislavia in septentriones et ortum solis situm. — Positio incerta. Est enim Wilkszyn — vicus prope Bystrzyca fluminis in Odram influentis ostium. Item Wilczyce vicus ad ostium Nysa Szalona in Kaczawa flumen influentis situs.

<sup>10</sup> Nysa Łużycka a laeva in Odram influit. — Oppidum Żytawa, Germ. Zittau ad Nysam positum. — Schochow — positio incerta. — Szydłów — oppidum parvulum et castellum ad ostia Nysae Łużycka.

<sup>11</sup> Flumen Łucyna, quae a dextra Ostrawica flumini illabitur. — Vicus ad Stonawka flumen, quod a laeva in Olzam influit. — Vicinus, qui in Ostrawica influit, fluvius Morawka est. — Morawska Ostrawa, olim Ostra, vel ad Moraviam, vel ad Silesiam adnumeratur. Ostrawa Śląska, quae antea Ostrawa Polska appellabatur, in dextra fluminis Ostrawica ripa contra Morawska Ostrawa iacet.

<sup>12</sup> Flumen, quod a laeva in Odram influit. — Oppidum Jelenia Góra, Germ. Hirschberg ad Bóbr flumen iacet. — Krosno Odrzańskie ad ostium Bóbr fluminis in Odram influentis.

<sup>13</sup> Stobrawa a dextra in Odram influit. — Olesno in Superiore Silesia inter meridiem et orientem a Kluczbork situm. — Kolnie Stare et Nowe.

<sup>14</sup> Kłodnica a dextra in Odram influit. — Oppidum Gliwice 24 km infra Kłodnica fluminis fontes situm. — Koźle — oppidum in laeva Odrae ripa, contra Kłodnica fluminis ostium.

<sup>15</sup> Flumen, quod a dextra in Odram influit. — Vicus ad Widawa flumen, Paniowice fortasse, Germ. Pannwitz, 2 km a Widawa fluminis in Odram influentis ostio.

<sup>16</sup> Opawa, Opa, Opawica a laeva in Odram influit. — Nunc Bruntál (Freudenthal) ad flumen poboczna Opawy in Bohemia. — Strzebowice vel Trzebowice ad Opawae ostium.

<sup>17</sup> Ostrawica in Bohemia, quae a dextra in Odram influit. — Frýdlant, Germ. Friedland ad Ostrawica flumen in Bohemia.

<sup>18</sup> Cyna etiam vel Cynna, Germ. Zinna. Inferior vero tantum fluminis cursus, vel alter eius alveus Psina, Bohem. Pština appellatur. — Baborów 19 km infra Psina fluminis fontes situs. — Tworków vicus ad Psina fluminis in Odra influentis ostium.

<sup>19</sup> Obrzyca a dextra in Odram influit. — Obra — vicus 7 km a Koźmin ad septentriones spectans, ad Obrae, quae in Wartam influit, non ad Obrzyca fluminis fontes situs. Długossius Obrzyca atque



Obra duo flumina esse putat, quae re vera partes duae unius fluminis sunt. — Głuchów prope Obrzyca fluminis ostium situs est.

<sup>20</sup> Flumen hoc a dextra in Odram influit. — Ołobok ad Prosna flumen, cum Cisterciensium monasterio, 18 km ab Ostrów oppido inter meridiem et orientem situs est. — Ostrzeszów — oppidum ad Strzygowa flumen, quod in Barycz influit, iacens. — Nunc Głogów oppidum ad Odram. — Wilków ad Odram 4 km a Barycz in Odram influentis ostia situm.

#### Pagina 81

<sup>1</sup> Kaczawa a laeva in Odram influit. — Koffun — Germ. Kauffung, nunc Wojcieszów. — Nunc Prochowice, 4 km supra Kaczawa fluminis ostium.

<sup>2</sup> Kwisa, Kwissa, Bohem. Hvizda, Germ. Queisse, a laeva in Bóbr flumen influit. — Obnig — fortasse Oybin in Góry Żytawskie situs cum Coelestinorum Fratrum monasterio. — Lubiąż — oppidum cum Cisterciensium monasterio in dextra Odrae ripa, contra ostia fluminis Kaczawa, non Kwisa, in Odram influentis situm. Długossius monasterii in Lubiąż situm, quod contra ostium Kaczawa fluminis, non Kwisa positum est, perperam designavit.

<sup>3</sup> Pliszka fluvius, Germ. Pleiske, qui a dextra ex Terra Lubucensi (Ziemia Lubuska) in Odram influit, a Długossio cum Bystrzyca (Wystrzyca, Świdnicka Woda in Silesia Inferiori) confusus est. Bystrzyca ad Świdnica oppidum fontes suos habet et prope Gałów (Gross Gohlau) in Odram influit. Qui error fortasse scribae manu commissus est.

<sup>4</sup> Spree — a laeva in Havelam cadit, quae tamen non in Odram, sed in Albim influit, quoties aquae vere aut autumnno accreverant, cum Odra confluere potuit. Quo loco nunc canalis, qui ambo flumina iungit, effossus est. — Neu Zelle ad laevam Odrae ripam. — Francofurtum (Frankfurt) ad Odram flumen.

<sup>5</sup> Noteć hoc loco fluminibus, quae Odrae illabuntur, adnumerata est, sed alio loco in Warta flumen influere dicitur. — Noteć — oppidulum ad Gopło lacum versus orientem et ad fluminis Noteć ostium situs.

<sup>6</sup> Orla, Samica, Horla, Hurla a dextra in Barycz influit. — Oppidum Koźmin ad Orla flumen. — Bełkaczów nunc fortasse Bełcz. — Pakosław — oppidulum a Jutrosin inter meridiem atque occasum solis situm.

<sup>7</sup> Ruda a dextra in Odram influit. — Woszczyce et Palowice a Żary oppidulo inter septentrionem et ortum solis spectant. — Srebrnik — rivus — nunc ignotus. — Żary et Rudnik — oppida ad Ruda flumen sita. Cisterciensium monasterium in Ruda anno 1258 fundatum est. — Oppidum Koźle contra Kłodnica flumen situm. — Dziegowice — ad Odram prope Ruda fluminis ostia.

<sup>8</sup> Koczawa, olim Kaczawa Mała, Bytomska Woda a dextra in Kłodnica influit. — Oppidum Bytom in Silesia Superiore ad Koczawa flumen situm. — Kliczborn — nomen incertum. — Sośnica vicus ad Koczawa fluminis ostium situs est et a Gliwice ad ortum solis spectat.

<sup>9</sup> De Warta flumine iam dictum est. — Warta — oppidulum a Sieradz inter septentrionem et ortum solis situm.

<sup>10</sup> Flumen hoc, quod a laeva in Odram influit, etiam Liczwarta appellatur. Quo nomine etiam Długossius in *Libro Beneficiorum* t. II p. 211, 212 (Liswarta) utitur. — Boronów a Lubliniec

versus ortum solis spectat. — Wąsosze — vicus prope Działoszyn infra Liczwarta fluminis in Odram influentis ostium.

<sup>11</sup> Flumen hoc nunc saepius Widawka appellatur. Długossius hoc flumen in Grabia influere putabat. Nunc tamen in Warta influere et Grabia aquis augeri scimus. — Kodrąb — vicus ad Radomsko inter septentrionem et ortum solis. Podgórze — vicus ad Widawka flumen et ad Grabia fluminis ostium situs.

<sup>12</sup> Ner a dextra in Warta influit. — Wiskitno et Wiączyn a Łódź ad ortum solis spectant. — Śmierdząca Woda — nomen non recognitum. — Chełmno ad Ner, supra eius fluminis in Warta influentis ostia. — Uniejów ad Warta flumen, 20 km supra Ner fluminis ostium.

<sup>13</sup> Prosna a laeva in Warta flumen influit. Byczyna — oppidum a Kluczbork ad septentriones situm. — Lisewo ad Prosna flumen, 8 km supra ostium.

<sup>14</sup> Oleśnica a laeva Wartae flumini ingurgitat, cuius fontes in vico Radostów a Wieluń oppido inter septentriones et occasum solis siti sunt. — Majaczewice — vicus infra Oleśnica fluminis in Wartam influentis ostium.

<sup>15</sup> Ołobok a laeva Prosna flumini illabitur. — Ligota ad Lutyniae fontes. — Radziszów ad Prosna flumen 10 km supra fluminis Ołobok ostium situs.

<sup>16</sup> Grabia vel Grabówka nunc a dextra in Widawka flumen influit, vide supra sub „Widawka”. — Szczukwin — vicus 6 km a Tuszyn ad meridiem spectat. — Pstrokonie — vicus ad Warta et Widawka fluminum confluentes.

#### Pagina 82

<sup>1</sup> Nunc Dobrzyńka appellatur et a laeva in Ner flumen influit. — Czyżemin ad Dobrzyńka flumen a Pabianice inter meridiem et ortum solis spectat. — Mons ad Dobrzyńka fluvii fontes, et prope vicum Górki (Górki Duże et Górki Małe). — Łaskowice — vicus a Pabianice ad septentriones spectat.

<sup>2</sup> Cybina a laeva in Warta flumen influit. — Pobiedziska — oppidum parvulum, quod a Posnania in orientem versus situm est.

<sup>3</sup> Główna a dextra in Warta flumen influit. — Imielno — vicus a Pobiedziska ad occasum solis spectat. — Zawady — vicus olim, nunc Posnaniae urbis suburbium.

<sup>4</sup> Paklica a laeva in Obram influit. — Lubrza a Międzyrzecz inter meridiem atque ortum solis iacet. — Oppidum Międzyrzecz ad Obra flumen et ad Paklica fluminis ostium.

<sup>5</sup> Cerekwica ad Obra flumen sita est, Skwierzyzna vero ad Warta, hoc loco ubi Obra cum Warta confluit.

<sup>6</sup> Lutynia a laeva in Warta flumen influit. — Ligota ad Lutynia flumen sita est, cf. infra: Ołobok. — Łgów prope Lutynia fluminis ostium, ibidem Dębno ad Warta flumen, 3 km infra Lutynia fluminis ostium.

<sup>7</sup> Utrumque nomen a Długossio commemoratum, nunc mutatum est. Flumen, quod a laeva in Lutynia influit, nunc Lubieska appellatur. — A Koźmin 5 km inter meridiem atque ortum solis Trzemeszna vicus iacet, ad flumen Trzebawa, quod in Orla flumen influit. — Borzęcice

vicus ad Lubieska flumen a Koźmin inter septentrionem et ortum solis spectat. Kąty ad Lubieska 2 km ab huius fluminis ostio.

<sup>8</sup> Goplenica flumen nunc non extat. Olim aquas lacus Ślesieńskie ad Warta flumen alveo ducebat. — Morzysław infra Konin, ad ostium canalis Morzysławski.

<sup>9</sup> Nunc Pokrzywnica, quae a laeva in Warta flumen cadit. — Dziadowice a Turek, qui sedes est districtus, 10 km ad septentriones spectant. Molae nomen incertum.

<sup>10</sup> Września vel Wrześnica a dextra in Warta flumen prope Pyzdry oppidum influit. — Mnichów ad Gniezno situs. — Vicus hic, qui olim Pietrzykowo appellabatur, ad Września fluminis ostium iacet.

<sup>11</sup> Kwieciszewica vel Mała Noteć — vide infra, quae de Trlą lacu scribuntur. — Nomen incertum. — Nieświastów — vicus a Konin inter septentriones et ortum solis spectat, longissime tamen ab eo distat atque idem haberi non potest. — Pakość ad Noteć flumen ab Iunivladislavia (Inowrocław) ad occasum solis spectat.

<sup>12</sup> Biała, quae nunc Czarna Struga appellatur, a laeva in Warta flumen influit. — Zbiersko inter septentriones et ortum solis a Stawiszyn, 12 km a fontibus Czarna Struga distat. — Kopojno 3 km a Czarna Struga ostio situm est.

<sup>13</sup> Wełna, Wełnia a dextra in Warta flumen influit. — Jankowo a Gniezno ad orientem vergit et ad lacum eiusdem nominis situm est. — Wełna ab oriente a Lubochnia oppidulo in silvis „skorzecińskie” fontes suos habet.

<sup>14</sup> Quattuor lacus, quos Wełna flumen coniungit, a Gniezno inter septentriones et ortum solis iacent. Quorum nomina sunt: Ławiczno (Ławieczno), Rogowskie, Skórskie, Tonowskie.

<sup>15</sup> Cisterciensium monasterium in Wągrowiec ad Wełna flumen. — Nunc Janowiec ad Wełna a Gniezno inter septentriones et ortum solis situs. Locorum ordo inversus esse debet. — Pałuki ad Warta flumen. — Oborniki ad Wełna in Warta flumen influentis ostium, ab urbe Posnania versus septentriones spectat.

<sup>16</sup> De Noteć fluminis situ Długossius vel non habuit cognitum vel erravit, nam antea Warta cum Noteć confluere dixit. Oppida parvula: Noteć, Pakość, Łabiszyn, Santok loco, quo Noteć et Warta confluent, sita sunt.

<sup>17</sup> Gwda, Chuda, Głda, Wda a dextra in Noteć cadit, exfluit vero ex Jezioro Wierzchowskie lacu atque Wielimie lacum ad Szczecinek perfluit. Lacus Jeziora Szczecińskie, recte Szczecinieckie, ad Szczecinek iacent. — Ujście — oppidum ad Gwda fluminis ostium situm est.

<sup>18</sup> Dobrzyca nunc a dextra in Piława flumen influit, quae Gwda flumini deinceps illabatur. Piława flumen a Długossio omissum est. — Niewlino lacus — Germ. Neblin-See — vide infra, hoc loco, quo lacus Poloniae describentur. — Colonia, quae in XIII saeculo scriptis litteris Okuczite vel Ococite ad Chuda appellatur, nunc non exstat. Quo loco nunc Dobrzyca vicus — Germ. Borkendorf, situs est.

<sup>19</sup> Flumen hoc, quod a dextra in Gwda influit, olim Krępska Struga, Krępnica appellatum, nunc nomen Rurzyca habet. — Lacus Krępsko Długie, Krępsko Małe et alii, qui a Wałcz inter septentriones atque ortum solis iacent, vide sub: Maioris Poloniae lacus. — Plecimin etiam Krępa appellatur, qui 2 km a vicu Krępsko ad Gwda fluminis ostium situs est.

<sup>20</sup> Flumen Drawa a dextra in Noteć influit. — Drawsko lacus — 7 km a fontibus fluminis — vide infra, ubi Pomeraniae lacus describentur. — Drahim — olim Drahim fortalitium ad Stare Drawsko situm. — Złocieniec ad Drawa flumen, Germ. Falkenburg, inter meridiem et occidentem a lacu Drawsko situs — Lemberg — Gorzów Wielkopolski.

Pagina 85

<sup>1</sup> Dniestr amnis a Graecis Tyras vocatus, quod nomen idem quod „celer”, „robustus” valebat. Turcarum vero lingua „turla”; apud Italos autem, inde a XV saeculo Turlo, vel Tarlo appellabatur. Teriszannis nomen apud scriptores non occurrit, sed fortasse in manuscripto corruptum, e vocabulis „tyras” et „amnis” conflatum est. Dąbrowica — ignota. Fluminis Dniestr fontes (inter septentriones et occasum ab urbe Turka), 55 km a vetusto castello Sobień ad flumen San, prope Lesko, distant. Quibus fontibus pagus Dubowy Dniestrzyk adiacet.

<sup>2</sup> Flumen hoc a dextra in Vistulam ad Sandomiriam influit.

<sup>3</sup> Cisa flumen in Hungaria. Haud procul a fontibus San et Dniestr fluminum non Cisa amnis, sed qui in eum influunt, fluviorum fontes oriuntur. Białogród — vide adn. 2 p. 75.

<sup>4</sup> Stryj a dextra in Dniestr influit. — Wysocko Wyzne ad Stryj flumen, 24 km a fontibus. — Żydaczów ad Stryj flumen.

<sup>5</sup> Nunc Bystrzyca, quae a dextra in Dniestr influit. — Tyśmienica nunc a dextra in Bystrzyca flumen influit, aliter ergo, quam Długossii temporibus. — Pokucie — regio inter Czarnohora montes et inferiorem cursum Dniestr fluminis iacens. — Postea Jezupol ad Bystrzyca fluminis ostium.

<sup>6</sup> Prut in Danubium, non in Seret influit unaque cum fluviis suis Jjia et Baseu regione, quam Danubius non vero Dniestr praeterfluit, continetur. Seret (Podolski) vide infra.

<sup>7</sup> Tecuci — in Romania oppidum prope Seret fluminis inferiorem cursum (in Moldavia), 70 km a Seret in Danubium influentis ostio distat.

<sup>8</sup> Baseu a dextra in Prut influit. — Stefanosci ad Baseu flumen, 8 km ab eius ostio distat. — Pieczora — ignota est.

<sup>9</sup> Żarków ab Olesko 13 km in orientem versus spectat, 6 km infra fontem maximi rivi ex quo Seret (qui Podolski appellatur) gignitur. — Nunc Tîrguvesteî vel Tîrguvişte (= forum), olim principum Valachiae sedes. Quae urbs 207 km ab ostio fluminis Seret Mołdawski in Danubium influentis et 411 km ab ostio Seret Podolski distat. Ambo igitur flumina, quae Seret appellantur, eorumque ostia a Długossio confunduntur.

<sup>10</sup> Zbrucz a laeva in Dniestr influit. — Kuźmin ad Słucz flumen, 55 km infra fluminis fontem; Olesko 104 km a fontibus Słucz distat. Uterque locus apud Długossium quasi omnimodam directionem significat. — Ryczywół — castellum eo loco, quo postea Okopy św. Trójcy oppidum erat, inter meridiem et occidentem a Kamieniec Podolski positum.

<sup>11</sup> Smotrycz a laeva in Dniestr evadit. — Fortasse de collibus ad Zbaraż hoc loco narratur, qui tamen a fontibus Smotrycz 80 km absunt. — Kamieniec Podolski. — Ujście — vicus ad laevam Smotrycz fluminis ripam, non longe ab eius ostio positus.

<sup>12</sup> Złota Lipa flumen a laeva in Dniestr influit. — Olesko 24 km a Złota Lipa fontibus abest. —

Czeremosznia ab Olesko inter meridiem atque occasum solis spectat. — Baranów — vicus ad Złota Lipa flumen supra eius ostium situs.

<sup>13</sup> In hac enuntiatione vel Długossius multum erravit vel nomen fluminis omisit. Tria nomina hic confusa sunt: Szkło et Wisznia fluminum, que in San influunt, atque Wereszyca, quae a laeva in Dniestr evadit. Quam confusionem geographiae periti iam pridem animadverterunt. — Dobrostany — vicus ad stagnum, in amnem Wereszyca influens prope Szkło fluminis fontes situs. — Żelazne Nogi nomen non est adhuc servatum. — Łowczyce — vicus, a Komarno inter meridiem et ortum solis spectans, prope Wereszyca fluminis in Dniestr influentis ostium.

<sup>14</sup> Flumen JiŃia vel Shishia, quod a dextra in Prut influit. — Dorohuń, Rom. lingua Dorohoń, infra fluminis fontes, 26 km inter meridiem et orientem a Czerniowce oppido. Jassy (Jași) — antiqua Moldaviae principum sedes ad rivum Bahujec sita. Apud Hungaricos auctores praeter Kumanos leguntur etiam Jasi (sing. jász, plur. jászok = sagittarii) cum cognomine Philistaei.

<sup>15</sup> Moldawa, Rom. Moldova a dextra in Seret influit. — Cirlibaba nomen vici est, qui 18 km a fontibus Mołdawa fluminis abest. Est quoque amniculus Cirlibaba, quod Bystrzyca flumini illabitur. — Roman vel Romanów, Rom. Romanu, oppidum ad Mołdawa fluminis ostium situm est.

<sup>16</sup> Suczawa vel Soczawa, Rom. Soceva — a dextra non in Prut, sed in Seret cadit. In ea Carpathorum parte montes sunt quorum vertex summus Ineuł vel Ineu vocatur. Qui montes 20 km a Suczawa fluminis fontibus absunt. — Vici nomen incertum. — Oppidum Czerniowce ad Prut 94 km a Suczawa fluminis ostio distat.

<sup>17</sup> De Seret Mołdawski, qui tamen non in Prut, sed in Danubium influit, hoco loc dicitur. Cf. supra ubi de Seret Podolski agebatur.

<sup>18</sup> Strypa a laeva in Dniestr influit. Prope Strypa fluminis fontes Żukowce vicus est, qui a Zborów inter septentriones et ortum solis spectat. — Chmielowa — vicus, inter septentriones et occasum solis a Zaleszczyki oppido situs.

<sup>19</sup> Błozewka flumen a laeva in Strwiąż flumen influit. — Felsztyn a Chyrów ad orientem spectat. — Nunc Błozew Górny. — Dołobów a Rudki inter meridiem et occasum solis spectat.

Pagina 84

<sup>1</sup> Bug — cf. adn. 3 p. 75.

<sup>2</sup> Boleslaus Chrobry (Magnus), rex Poloniae, 992–1025.

<sup>3</sup> Oppidum ad Dniepr, Russiae Kijoviensis metropolis.

<sup>4</sup> Muchawiec a dextra in Bug influit. — Nomina Jarojewiszczce et Turów incerta sunt, est enim vicus Doroniejewicze, qui a Dywin ad occasum solis iacet, prope autem Trościanica (Botynka) flumen currit, quod Muchawiec fluminis fons haberi potest. Est item Turów oppidulum, in dextra Prypeć inferioris fluminis ripa, quod tamen a Muchawiec fluminis fontibus 220 km abest. Tur autem vicus ad lacum eiusdem nominis, a Ratno inter septentriones et occasum solis est situm. Facile igitur Długossius Tur vicum cum Turów oppidulo confundere potuit. — Nunc Brześć nad Bugiem, Brześć Ruski, Litewski, Brześć.

<sup>5</sup> Nunc Solokija flumen, quod a laeva in Bug influit. — Przeorsk a Tomaszów inter meridiem

et ortum solis spectat. — Kłusów — vicus ad Bug flumen prope Krystynopol ad meridiem a Sokal oppido spectat.

<sup>6</sup> Huczwa, quae a laeva in Bug influit. — Regio circa Gródek, a Hrubieszów in orientem versus prope Huczwa fluminis ostium. — Podhorce — vicus ad fons Huczvae, 7 km inter septentriones et ortum solis a Tomaszów abest. — Gródek — vicus ad Huczwa fluminis ostium. — Wolyń — castellum ad Huczwa fluminis ostium fuisse traditur. Quae Długossius de castro Wołyń retulit, nuper A. Poppe: *Gród Wołyń*, *Studia wczesnośredniowieczne IV*, 1958 illustravit. Regionem a castello vocatam esse, certis argumentis probari nequit.

<sup>7</sup> Rata a laeva in Bug influit. — Werchrata — vicus, qui a Rawa Ruska inter septentriones et occasum solis spectat. — Sielec ad Rata flumen, 5 km supra eius ostium.

<sup>8</sup> Świnia a dextra in Rata flumen decurrit. — Drewna — vicus infra Rata fluminis fontes ad Derewienka fluvii ostium. — Dworce — vicus infra Świnia fluminis ostium inter meridiem et occasum solis ab oppido Mosty Wielkie situs est.

<sup>9</sup> Wołswinka — amniculus, qui in Bug infra Rata flumen influit. — Positio incerta, Poturzyca — vicus quidam ad Sokal vel in regione vicina. — Bendiucha Poturzycka, et Wólka Poturzycka. — Poździmierz ad Wołswinka flumen inter meridiem et ortum solis a Krystynopol spectat.

<sup>10</sup> Peltew a laeva in Bug evadit. — Zubrze a Leopoli ad meridiem spectat. — Busk — oppidulum ad dextram Bug fluminis ripam, ad ortum solis ab Leopoli spectans.

<sup>11</sup> Nurzec a dextra in Bug influit. — Bielsk Podlaski ad Biała et Lubcza. — Zaszków ad Nurzec supra eiusdem fluminis ostium.

<sup>12</sup> Liwiec a laeva in Bug influit. — Luków ad Krzna flumen, 26 km versus meridiem a Liwiec fluminis fonte distat. — Kamieńczyk — vicus, olim oppidulum ad Liwiec ostium, in laeva Bug fluminis ripa.

<sup>13</sup> Flumen hoc in Liwiec a laeva cadit. — Dąbrówka — vicus, qui ab oppido Siedlce inter meridiem et occasum solis iacet. — Polków — vicus, ab ostio Kostrzyn fluminis in Bug influentis inter meridiem et occasum solis spectans.

<sup>14</sup> Błotnia a laeva in Rata flumen influit. — Baranowe Błoto (stagnum) — nomen nunc ignotum. In geographicis chartis regio inter Sołokija et Rata flumina iacens Błotnia appellatur. — Sokal — oppidum 20 km ab ostio Błotnia fluminis abest.

<sup>15</sup> Derewienka fortasse, quae ad Derewnia vicum in Świnia flumen influit. — Dworce, nunc quoque nomen vici ad Rata flumen positi.

<sup>16</sup> Włodawka a laeva in Bug influit. — Sosnowica — vicus ad Piwonia flumen, a Włodawa versus occidentem situs. — Chelm ad Uherka flumen — oppidum 30 km a fontibus Włodawa fluminis distat. — Suszno — vicus ad laevam Bug fluminis ripam.

<sup>17</sup> Turuntius — nomen quo Niemen flumen appellatur, a Ptolemaeo sumptum est. Vide infra, ubi „quattuor flumina” explicabuntur.

<sup>1</sup> Merezanka a dextra in Niemen influit. — Gruszdowo vicus ignotus est. — Merez — oppidum parvulum a Druskienniki inter septentriones et orientem situm.

<sup>2</sup> Wilia a dextra in Niemen decurrit. — Kamień ad Kamionka fluvium a Wilia fontibus inter meridiem et orientem iacet. — Kowno — oppidum 33 km supra ostium Dubissa fluminis in Niemen influentis situm est. — Sub anno 1378 et 1390 apud Dlugossium nomen „vetus Kowno” legitur.

<sup>3</sup> Świsłocz fortasse flumen, quod a laeva in Niemen influit. — Mohilno oppidum ignotum. — Dubno ad Niemen, 14 km supra ostium Świsłocz fluminis, ad Roś fluminis ostium situm est.

<sup>4</sup> Święta a dextra in Wilia flumen evadit. — Wiłkomierz oppidum ad Święta, 102 km infra eius fontes situm est. — Remigola — vicus a Wiłkomierz inter septentriones et occasum solis spectat. — Marienwerder ad Wilia flumen.

<sup>5</sup> Niewiaża a dextra in Niemen influit. — Kiejdany oppidum 64 km infra fontes Niewiaża fluminis situm. — Wilki — vicus ad Niemen, infra Niewiaża fluminis ostium.

<sup>6</sup> Wilejka vel Wilenka a laeva in Wilia flumen cadit. — Ławaryszki vel Ławarzyszki — 24 km infra Wilejka fluminis fontes. — Wilno Lithuaniae metropolis, Wilejka in Wiliam sub colle „Góra Zamkowa” alias „Bekiesz mons” influit.

<sup>7</sup> Nunc Dubissa flumen, quod a dextra in Niemen influit. — Kroże — oppidum ad Krożenta flumen, quod in Dubissa amnem, non in Niemen influit, — Soczawa flumen non oppidum est. — Dubissa in Niemen 33 km infra Kowno oppidum cadit.

<sup>8</sup> Mereczanka flumen. — Soleczniki Wielkie ad Solcza flumen, quod in Mereczanka influit, longius a fontibus eius distant. — Mereczanka hoc loco iterum enumerata est, tamen fons eius alibi descriptus.

<sup>9</sup> Amniculus in hac regione ignotus. Duo subsequencia loca adhuc ignota.

<sup>10</sup> Kotra a dextra in Niemen influit. — Jezioro Berszty vel Bersztańskie lacus 25 km infra Kotra fluminis fontes situs, vide „Lithuaniae lacus”. — Fortasse Mosietniki vicus ad Niemen.

<sup>11</sup> Prypeć a dextra in Dniepr evadit. Hołówno a Luboml inter septentriones atque ortum solis spectat, a fontibus vero fluminis 18 km abest. — Czarnobyl vel Czernobyl ad Prypeć, 121 km ab eius ostio. In Pohost situ describendo Dlugossius erravit est enim oppidum ad lacum eiusdem nominis positum, quod tamen longius (330 km) a Prypeć ostio abest. Sunt etiam Pohost Zarzeczny atque Pohost ad Slucz oppida.

<sup>12</sup> Styr a dextra in Prypeć influit. — Jasionów vicus, ab Olesko in orientem situs. — Pińsk ad Pina flumen 20 km a Styr fluminis in Prypeć influentis ostio.

<sup>13</sup> Slucz Północna vel Poleska a laeva in Prypeć cadit. Quidam geographiae et historiae periti flumen Slucz Większa, hoc loco idem ac Horyń esse, Slucz Mniejsza vero in Horyń influere, putant. Quae flumina Dlugossii temporibus separatim in Prypeć influebant. — Chojewicze vicus — ignotus, nam prope Slucz fontes Holczyce vicus notatur. — Turów infra Slucz in Prypeć influentis ostium situs est.

<sup>14</sup> Slucz Południowa vel Wołyńska a dextra in Horyń influit. — Kuźmin oppidum ad Slucz quidem, sed 50 km infra fluminis fontes situm est. — Dawidgródek oppidum ad Horyń potius prope huius fluminis in Prypeć influentis ostium et 70 km infra ostium Slucz in Horyń decurrentis situm est.

<sup>15</sup> Teterew, Teterów, Ciecierzów a dextra in Dniepr, non in Prypeć influit. — Cudnów oppidum parvulum. — Munuczkowicze ignotum.

<sup>16</sup> Stubła. Długossius hoc loco duo Stubła flumina, quorum alterum a laeva in Horyń alterum a dextra in Styr influit, confudit; illius enim fontem, huius ostia descripsit. — Satyjów ad Stubła flumen, quod in Horyń evadit. Łuck ad Styr flumen, 54 km ab eius ostio.

<sup>17</sup> Haec loci descriptio minime congruit cum cursu fluminis Roś a dextra in Dniepr influentis. Ad amniculum vero, qui Dernówka vocatur et in villa Smolniany, quae ab Orsza inter septentriones et occasum solis spectat, oritur, Roski Sielec vicus situs est. Etiam Rosz flumen est, quod nunc Orszycza vel Orszanka appellatur atque in Dniepr a dextra ad Orsza influit. — Smolniany vicus ab Orsza ad occasum solis iacet. — Orsza — oppidum ad Dniepr et Orszycza flumina situm.

<sup>18</sup> Jasiołda a laeva in Prypeć influit. — Kopyl ad Kamionka flumen 162 km a fontibus Jasiołda fluminis abest.

#### Pagina 86

<sup>1</sup> Berezyna (Dnieprova) a dextra in Dniepr evadit. — Połock — oppidum ad ostia Połota fluminis in Dźwina cadentis situm. — Bobrujsk ad Berezyna flumen 90 km ab eius ostio.

<sup>2</sup> Świsłocz a dextra in Berezyna Dnieprova influit. — Porostów — vicus ignotus. Fortasse Porozów, Porozowo ad Roś flumen a Wolkowysk oppido ad meridiem situs. — Borysów ad Berezyna flumen 97 km supra Świsłocz ostium.

<sup>3</sup> Pro certo Dźwina. Hic non recte, Dźwina enim, Połota et Wićba in Dniepr non influunt. — Włozzka — incertum. — Riga urbs.

<sup>4</sup> Połota a dextra in Dźwina influit. — Krewa positio ignota est. Non de hoc Krewa agitur quod Ladisłai Jagiełło temporibus innotuit.

<sup>5</sup> Boh flumen recta via in Pontum Euxinum evadit. Attamen in posterioribus etiam geographicis chartis Boh non solum in Dniepr influere pingitur, verum etiam ostium eius non longe a Dniepr ore locatur. — Olesko 126 km a Boh fontibus abest. Fortasse hoc loco fontes Boh cum fontibus Bug (occidentalis) fluminis confusi sunt. — Daszów — cf. adn. 9 p. 75.

<sup>6</sup> Wyżwa, Wyżówka, Wyżewka a dextra in Prypeć influit. — Nowosiółki vicus ab Wyżwy oppidulo ad septentrionem et occasum solis spectat. Sed vicus hic etiam Nowosielce haberi possit, qui 20 km a fontibus Wyżwa fluminis, in superiore cursu Wyżówka dicti, inter septentriones et ortum solis vergit. — Ratno ad Prypeć, 5 km supra Wyżwa fluminis ostium situm est.

<sup>7</sup> Luta, Łutka a dextra in Prypeć flumen, non in Wyżwa influit. — Krymno vicus a Wyżwy oppido inter septentriones et occasum solis situs. — Lutka 20 km supra Ratno in Prypeć evadit.

<sup>8</sup> Berezyna Dnieprova in hoc capite iterum a Długossio nominata, cuius fontes et ostium aliter quam antea describuntur (Bobrujsk et Strzeszyn oppida non longe alterum ab altero absunt). Fortasse Długossius duobus auctoribus usus est.

<sup>9</sup> Positio incerta: infra Berezyna fluminis fontes vicus Uborki situs est. — Strzeszyn — oppidum ad Dniepr flumen 21 km infra Berezyna fluminis ostium situm.

<sup>10</sup> Bereżanka a laeva in Horyń influit, ubi Bereżnica vicus situs est.



<sup>11</sup> Orszyca vel Orszanka a dextra in Dniepr ad Orsza oppidum influit. Fluminis Orsza nec non trium sequentium fluminum descriptio non est a Dlugossio perfecta.

<sup>12</sup> Quod flumen fortasse Bóbr est, quod a laeva in Berezyna Dnieprowa infra Borysów oppidum influit. — Borysów flumen fortasse aliud fluvium significat, qui a laeva in Berezyna Dnieprowa ad Borysów oppidum cadit. Hoc loco fortasse res confusae sunt vel ordo verborum mutatus; et nomine quidem Borysów Dlugossius Bóbr fluminis ostium appellavisse videtur.

<sup>13</sup> Orynia flumen. Hoc loco quidam historiae et geographiae periti Horyń esse putant, qui a dextra in Prypeć, non in Styr influit, vel Ikwa flumen, non recte nominatum. Dąbrowica 210 km ab Horyń fontibus abest, sed prope (9 km) Słucz fluminis in Horyń influentis ostium iacet. Plura incerta atque obscura a Dlugossio hic afferuntur.

#### Pagina 87

<sup>1</sup> Witebsk oppidum ad Dźwina flumen. Quo loco Wićba vel Wit'ba flumen in Dźwina influit et oppidum in duas partes dividit.

<sup>2</sup> Quae enuntiatio ex Ptolemaei *Geographia* Lib. III c. 5 (Latina versione Angeli), nominum geographicorum interpretatione omissa, excepta est: „Post Vistulae ostia Chroni fluvii ostia ... Rudonis fluvii ostia ... Turuntae fluminis ostia ... Chesini fluvii ostia...” In commentario ad *Geographiae* editionem Parisiensem anno 1883 factam, I, 1 p. 412 C. Müller, Chronum flumen Niemen esse, Rudonem — Windawa, Turuntum — Dźwina, Chesinum vero Parnawa esse demonstrat. Sed aliter M. Plezia: Chronos Pregola est, Rudon — Niemen, Chesinos — Aa vel Parnawa in Estonia (cf. *Greckie i łacińskie źródła do najstarszych dziejów Słowian*, t. I, Poznań-Kraków 1952). Qui quattuor fluvii optime depinguntur in Sarmatiae Europaeae charta geographica, ad Ptolemaei *Geographiam* addita. Eisdem B. Strzelecka novissime descripsit, cf.: *Ze studiów nad geografiją i kartografiją XV w.*, Czas. Geogr. XXX, 1959 p. 322–323, 325–326.

<sup>3</sup> Lechitarum nomen nunc historiae et litteratum periti fictum esse putant a Magistro Vincentio Kadłubek atque a posterioribus chronicorum auctoribus exceptum.

<sup>4</sup> Qui auctor non exstitit. Attamen Dlugossius librum habuit manuscriptum (nunc Bibl. Jagiell. nr 445), historiam ab origine mundi continentem, a Petro Minorita, Puzzuolorum episcopo, XIV saeculo — ut G. Zathey demonstravit — conscriptum. Quae tamen a Dlugossio laudantur in hoc manuscripto non inveniuntur.

<sup>5</sup> Imperii Romani in Oriente imperator (450–457).

<sup>6</sup> De Moesiae provinciae Romanae incolis dicitur.

#### Pagina 88

<sup>1</sup> De Dania sine dubio hoc loco agitur, nam medii aevi scriptores Daniam et Daciam confundere solebant.

<sup>2</sup> Oppida Poloniae infra a Dlugossio describuntur.

<sup>3</sup> Caius Iulius Solinus, Polyhistor dictus, scriptor Romanus, qui medio saeculo tertio n. ae. vixit. Locus a Dlugossio allatus ex opere eius, quod *Collectanea Rerum Memorabilium* inscribitur excerptus est (editio Th. Mommsen, 20, 1–2). Quem propter multas in Autographo confusiones

totum exscribimus: „Mons Saevo ipse ingens nec Riphaeis minor collibus initium Germaniae facit. Inguaeones tenent, a quibus primis post Scythas nomen Germanicum consurgit. Dives virum terra frequens populis numerosis et immanibus extenditur inter Hercyniae saltum et rupes Sarmatarum, ubi incipit, Danuvio, ubi desit, Rheno perfunditur, de internis eius partibus Alba, Guthalus, Viscla amnes latissimi praecipitant in Oceanum”. Quae auctoris verba e Plinii Maioris *Historia Naturali*, IV, 96 originem trahunt.

Pagina 89

<sup>1</sup> Lechia et Lechitae nomina non vera, sed ab auctoribus quibusdam ficta sunt. Lechiam a nomine Lech Długossius primus deduxit. Lechitae — vide infra.

<sup>2</sup> Unde Długossius „Polanie” nominis originationem sumpserit, incertum est; Polonia et Poloni nomina antiquissima sunt, nam a Germanorum historiae scriptoribus iam X et XI saec. commemorantur.

<sup>3</sup> A historiae peritis nunc demonstratum est antiquissimam huius nominis „Lechitae” formam fuisse „Lędzianie” et „Lędzice” (IX saec.). Quo nomine primum unius loci vel regionis cuiusdam, postea vero totius Poloniae incolae appellati sunt. Inde apud Ruthenos nomen Lachy, apud Hungaros — Lengyel, apud Slavos meridionales — Ledianin, Lettonicis vero dialectis — Lenkas. Vide K. Tymieniecki, *Ziemie polskie w starożytności*, Poznań 1951 p. 49. His autem temporibus sunt qui regionem, quam „Lendzianie” incolebant circa fluminum Bug et Dniestr partes superiores, vel inde a Sandomiria usque ad Bug et San (H. Łowmiański), vel etiam in sinistra superioris fluminis Bug ripa usque ad oppidum Chełm et in parte meridiana usque ad fluvium Dniestr superiorem cursum (Fr. Persowski) iacuisse putant. cf. *Początki Państwa Polskiego, księga tysiąclecia* t. I, Poznań 1962 p. 94—95, 99—100.

<sup>4</sup> De Sarmatiae nominis origine atque de Sarmatia Sarmatisque apud Długossium saepius obviis vide T. Ulewicz, *Sarmacja, Studium z problematyki słowiańskiej XV i XVI w.*, Kraków 1950, c. 1 et 2.

<sup>5</sup> Scythia — cf. adn. 6 p. 67.

<sup>6</sup> Rus Lech fratrem fuisse copiose tractavit A. Semkowicz, *Krytyczny rozbiór Dziejów polskich Jana Długosza do r. 1384*, Kraków 1887, p. 68.

Pagina 90

<sup>1</sup> Nowogród Wielki ad Wolchow flumen prope Ilmen lacum.

<sup>2</sup> Odoaker, Herulorum dux V saeculo, ex Russia non est ortus. Annus 509 false affertur. Quae in multis medii aevi chronicis repetita, Długossius ex chronicis Martini Oppaviensis exceptit. Cf. *Mon. Germ. Hist. Scriptores*, t. XXII, p. 454.

<sup>3</sup> Leo I Magnus obiit anno 461. Leo I imperator Romano-Orientalis (457–484).

<sup>4</sup> Paviae nomen antiquum.

<sup>5</sup> Romulus Augustulus, ultimus Imperii Romani Occidentalis imperator, ab Odoakro anno 476 victus.

<sup>6</sup> Theodoricus Ostrogothorum rex (489–526).

<sup>7</sup> Urbs in Italia septentrionali, monumentis ex Theodorici temporibus clara.

<sup>8</sup> Polonia demissior est neque altitudo eius media plus quam 169 m super maris superficiem eminet. Lacus, qui latius quam 1 ha patent, 9926 sunt numero, atque totius Poloniae centesimam occupant partem. Quorum multi, temporis decursu, sive imminuti sive in stagna minora divisi sunt. Quare lacuum nomina, quae a Dlugossio afferuntur, nunc plura alia sunt. Dimensiones vero lacuum ab eo traditae nobis magni sunt momenti. Quae infra de lacuum nominibus, situ similiter attulimus, ex his operibus sumpsimus, quae sequuntur: *Katalog jezior polskich*; S. Lencewicz, *Międzyrzecze Bugu i Prypeci*, Przegląd Geogr., t. XI, Warszawa 1951; Kondracki, *Katalog jezior polskich*, Prace Zakł. Geogr. Uniw. Warsz. nr 24, 1938; J. Kornaus (cf. Praefationem).

#### Pagina 91

<sup>1</sup> Gopło — maximus nunc in Polonia Maiore et Cuiavia lacus, magnitudine nonum tenet locum inter Poloniae lacus. — Zagople — vicus XIII iam saeculo notus, XVI saeculo Scarley vel Scharley dictus, Szarlej a Kruszwica ad septentriones spectans.

<sup>2</sup> Stagnum non natura, sed arte factum, adhuc non exstat.

<sup>3</sup> De principe Casimiro Probo certe hic dicitur, qui anno 1194 obiit. De lacu arte ab eo facto nonnisi apud Dlugossium legimus.

#### Pagina 92

<sup>1</sup> Lacus adhuc non exstat, quondam ad vicum Świeciechów ad Annopol fuit.

<sup>2</sup> Jezioro Ślesińskie: lacus a Gopło ad meridiem spectans, a quo Dlugossium descriptionem lacuum Maioris Poloniae incipit. Qui olim maior fuit, postea in multos minores lacus diffusus est. — Ślesin vicus, olim oppidum parvum ad eundem lacum situm. — Przewłoka — collis a lacu in septentrionem vergens, olim castrum in isthmo, qui Jezioro Ślesińskie a Gopło separabat. Quo isthmo ante Dlugossii tempora naviculae onerariae, rotis impositae traiciebantur; quibus merces in Vistulam et in Mare Balticum portabantur; a quo isthmus Przewłoka nomen cepit. — Goplenica amniculus, qui Ślesińskie lacus aquas in Warta flumen ducebat, adhuc non exstat. — Kępa — vicus prope Państwskie lacum. — Morzysław — vicus ad Warta flumen, a Konin inter septentriones et solis situs.

<sup>3</sup> Powidz lacus a Gopło inter meridiem et occasum solis spectat. Eiusdem nominis oppidulum in lacus litore situm est.

<sup>4</sup> Nunc Jezioro Dolskie lacus: unus ex pluribus prope Dolsk oppidum iacentibus lacubus, in regione a Śrem oppido ad meridiem spectanti, in districtu Śrem. Cf. infra sub Bdanie. — Dolsk in districtu Śrem situm.

<sup>5</sup> Lednica lacus nomen adhuc non exstat. Idem, qui Lednica olim, nunc Bdanie vel Jezioro Grzymislawskie lacus in fluvii Warta fluviorumque in eum influentium regione, a Śrem inter meridiem atque ortum solis est. — Drzonek vicus a lacu in meridiem et ortum solis spectat.

<sup>6</sup> Blandno: nomen nunc ignotum. — Nunc Zbąszyńskie vel Zbąskie lacus in fluvii Obra fluviorumque in eum influentium finibus est. — Zbąszyń — oppidum in districtu Nowy Tomyśl ad Obra flumen et ad lacum Zbąszyńskie situm.

<sup>7</sup> Qui lacus a geographiae peritis idem qui Bnińskie lacus, qui a Śrem inter septentrionem et

ortum solis spectat, putatur. Ex his, quae a Długossio afferuntur, conicere possimus nomine Niezamyśl ab eo appellari omnes lacus, qui in regione fluminis Koplā iaceant. Plures tamen esse lacus non ignorabat, qui quidem sub a. 1331 a militibus Polonis fossas singulos lacus coniungentes, contra Cruciferos praesidium futurum, confectas esse scripsit. — Niezamyśl — vicus prope Zaniemyskie (Raczyńskie) lacus, postea oppidum eiusdem nominis. — Głuszyna prope flumen Warta a Posnania versus meridiem spectat. — Polwica vicus prope Zaniemysl oppido situs.

<sup>8</sup> Wonieś, Wonieskie lacus — nunc unus ex eis lacubus, qui a Kościan inter meridiem et occasum solis spectat. Qui lacus Długossii temporibus cum lacubus Drzeczkwoskie et Witosławskie et Wojnowickie et Osieckie coniunctum esse videtur. Re vera lacus ille idem est ac lacus, qui nunc Osieckie appellatur et in districtu Kościan situs est. — Osieczna — oppidulum ad Osieckie lacum. — Kurza Góra — vicus ad Obra flumen, prope Kościan.

<sup>9</sup> Dominice, Dominickie lacus — unus ex lacubus in districtu Leszno, in fluvii Obrzyca fluviorumque in eum influentium finibus, qui nonnumquam a geographiae peritis idem qui Przemęt lacus putatur. — Brenno — vicus in litore orientali eiusdem nominis lacus, a Dominice lacu inter meridiem et occasum solis situs. — Przemęt — vicus ad eiusdem nominis lacum, quo vetus ordinis Cisterciensium monasterium fuit.

#### Pagina 93

<sup>1</sup> Lednica vel Ledniogórskie lacus, a Gniezno ad occasum solis patens, inter Gniezno et Posnaniā urbes in fluvii Główna fluviorumque in eum influentiam finibus situs. — Pobiedziska oppidulum a Posnania ad septentrionem et ortum solis spectat. — Insula hoc loco commemorata, Ledniczka vel Lednicki Ostrów vocatur, antiquis aedificiis (X et XI saeculi) celebris.

<sup>2</sup> Pszczewo, Jezioro Pszczewskie lacus ad Pszczew oppidum unus e lacubus, qui a Pszczew usque ad Trzciel in districtu Międzyrzecz patent. Pszczew oppidum, inter Pszczewo et Chłop lacus situm, a Międzyrzecz inter septentrionem et ortum solis spectat.

<sup>3</sup> Jezioro Lubstowskie: lacus ab oppido Koło inter septentrionem et occasum solis, ab Jeziora Ślesieńskie lacubus ad ortum solis porrigitur. Lubstów — vicus in litore orientali lacus, Lubstówek — in occidentali. — Geographiae periti statuerunt posse amniculum hunc (Goplenica) fuisse, qui aquam e lacu Jezioro Lubstowskie in fluvium Warta deduceret. Alter etiam amniculus Goplenica fuit, qui e lacu Jezioro Ślesieńskie aquam deducebat.

<sup>4</sup> Trląg — una e Pakoskie lacus partibus, que in orientem cum Mala Kołoda lacu confluit, in Mogilno et Inowrocław districtibus. — Trląg vicus in occidentali lacus litore situs est. — Gębice oppidulum prope Mogilno. — Amniculus, cuius nomen hic omissum est, Kwieciszewica vocatur et in Pakoskie lacus influit.

<sup>5</sup> Nunc Jelonek lacus regione occidentali ad Gniezno, in fluvii Welna fluviorumque in eum influentium finibus diffunditur.

<sup>6</sup> Drawsko, Drahicke lacus, Drahim vel Drawiczka, Germ. Dratzig-See in districtu Szczecinek. Drawa flumen in districtu Szczecinek oritur atque in Noteć evadit. — Nunc — Drahim, Germ. Draheim, oppidum parvum ad orientalem lacus partem,

<sup>7</sup> Nebliny, vel Niewlino, Germ. Neblin-See in districtu Szczecinek a Drawsko lacu inter meridiem et orientem vergit.

<sup>8</sup> Długossius Krępsko nomen pluribus imposuit lacubus, qui ab oppido Walcz inter septentrionem et orientem, in fluvii Noteć fluviorumque in eum influentium finibus siti sunt. Krępsko Małe, Kramsker-See, Krępsko Długie — Langer Kramsker-See, Trzebieszka — Trebeska-See, Krępsko Górne — Ober-See, Krępsko Środkowe — Mittel-See, fortasse etiam Dębno lacus — Dammscher See. — Walcz oppidum, districtus caput, in palatinatu Koszalin.

<sup>9</sup> Qui lacus nunc Zagłębocze vel Zagłębokie vocatur atque ab Orzechowo Nowe ad meridiem panditur. Lacus, qui sequuntur, nunc in regione, quae Pojezierze Łęczyńsko-Włodawskie appellatur, sunt.

<sup>10</sup> Quamquam plures eiusdem nominis lacus inveniuntur, hoc loco a Długossio descriptus videtur esse lacus Czarne Jezioro ad oppidum Uścimowo, qui ab Ostrów Lubelski inter meridiem et orientem diffunditur. — Oppidum Parczew ad amnem Piwonia situm est.

<sup>11</sup> Qui lacus idem ac Głębokie esse videtur. — Kolechowice — vicus ab Ostrów Lubelski ad meridiem spectat.

<sup>12</sup> Głębokie lacus in districtu Włodawa ab Uścimowskie lacu versus occasum solis patet. — Głębokie — vicus in septentrionali lacus litore.

<sup>13</sup> Uścimowskie lacus, unus ex pluribus lacubus in districtu Lubartów, qui ab Ostrów Lubelski inter meridiem et orientem spectat. — Uścimów — vicus in orientali ora Uścimowskie lacus.

#### Pagina 94

<sup>1</sup> Lacus hic Matycz esse videtur in vico Rozkopaczów in districtu Lubartów. Qui lacus etiam Mytycze Rozkopaczowskie appellatur. — Rozkopaczów vicus, idem esse ac Wólka Nowa ad lacum sita nonnulli geographiae periti affirmant. — Tyśmienica flumen a dextra in Wieprz influit.

<sup>2</sup> Dratów, Dratowo, Dratowskie lacus in districtu Lubartów a Łęczna inter septentrionem et orientem vergit; vicus eiusdem nominis in lacus ora.

<sup>3</sup> Quem lacum Długossius hoc nomine vocaverit incertum est. Alii enim Głębokie lacum eundem esse putant quem Trzaczano, Raczno et Głębokie, alii eundem quem Krzeń in districtu Lubartów, qui a Łęczna ad septentrionem vergit.

<sup>4</sup> Nadrybie, Nadrybek — lacus, qui a Łęczna inter septentrionem et orientem spectat.

<sup>5</sup> Uściwierz — maximus lacus eorum lacuum qui in districtu Chełm inter septentrionem et orientem a Łęczna oppido porriguntur.

<sup>6</sup> Nunc Bikcze lacus in districtu Lubartów, qui a lacu Uściwierz ad occasum solis spectat.

<sup>7</sup> Bielskie lacus inter eos lacus (Luceń, Drzeźno et Sumin) qui ab oppido Gostynin, quod districtus sedes est, inter septentrionem atque ortum solis diffunduntur. — Białe — vicus in septentrionali lacus ora.

<sup>8</sup> Corregonus maraena, pisces, qui Polonice sułwice vel sielawy vel sielawki appellantur.

<sup>9</sup> Brdowskie lacus a Kolo oppido, quod districtus caput est, inter septentrionem et orientem diffunditur. — Kłodawa — nunc oppidulum ad flumen Kłodawica, quod a lacu inter meridiem et orientem vergit. — Izbica vicus a lacu versus septentrionem.

<sup>10</sup> Lubotyń in districtu Kolo ab Izbica inter meridiem et orientem vergit.

<sup>11</sup> Orle vel Głuszyńskie lacus in districtu Aleksandrów in amniculi Zgłowiączka finibus a Brześć Kujawski inter meridiem et occasum solis porrigitur.

<sup>12</sup> Cuius lacus vestigia nunc sunt stagna vel lacus minimi, qui inter vicos Cegielnia et Łochowice ad Bidgostiensem canalem sitos inveniuntur. Ibidem ad Noteć flumen Tur vicus. Quo modo Długossii „alius a priori” intelligi debeat, incertum est. Fortasse de Ptur lacu in terra Cuiaviensi dicitur? Alius enim Tur lacus in antiqua terra Chelmensi situs est.

<sup>13</sup> Abramis brama — Polonice leszcz nominatur.

<sup>14</sup> Krzewęt, Krzewęckie lacus, olim Krzewent, Krzewenckie, Długie nominatum, inter plures lacus qui Gostynińskie appellantur, a Gostynin inter septentriones et occasum solis panditur. — Kowal oppidulum ad Wiślanówka fluvium, a lacu ad occasum solis positum.

<sup>15</sup> Quae Długossii descriptio ad lacum, qui nunc Mielno appellatur et a Pakość ad septentriones in districtu Mogilno panditur, pertinet. Idem lacus etiam Łęczna et Łask a quibusdam geographiae peritis appellatur.

Pagina 95

<sup>1</sup> Quibus Długossii verbis verisimillimus est lacus Ptur, Pturek, Pturskie, nonnumquam etiam Jezioro Wolickie appellatus, in districtu Szubin situs describi. Qui lacus ex eis, qui in regione occidentali ab oppido Barcin diffunduntur, ad septentrionem est longissime promotus. Ad quem lacum, prope locum ubi amnis Noteć effluit, Ptur (Ptur Wielgi) vicus est, a quo non longe Pturek, olim Pturzec, abest.

<sup>2</sup> Borzymowskie lacus a Vladislavia oppido, quod districtus caput est, ad meridiem diffunditur.

<sup>3</sup> Łeba, Łebsko — lacus prope Baltici oram, in regione quae Pobrzeże Słowińskie vocatur, magnitudine secundus inter Poloniae lacus, e quo Łeba flumen per districtus Słupsk et Lębork in Balticum Mare aquam deducit. — Charbrowo vicus a Łebsko lacu versus meridiem.

<sup>4</sup> Wdzydze, Wdzydze, in litteris antiquis Widencze. Qui lacus, in Pojezierze Kaszubskie situs, a Kościerzyna inter meridiem et orientem panditur. — Vicus Kiszewa Stara ad Wierzyca fluvium, a lacu ad ortum solis situs, prope arcem Stary Kiszow. — Tuchola vero oppidum, districtus caput, in palatinatu Bidgostiensi, longe abest; Długossius oppidorum quorundam clariorum nomina afferre solebat, ut facilius perspiciatur, ubi alia loca invenienda essent.

<sup>5</sup> Quibus Długossii verbis verisimillimum est lacum Kałęba, olim Kałębie describi, qui a Starogard ad meridiem diffunditur. — Osiek vicus ad lacum. — In insula, in medio lacu prominenti castrum fuit.

<sup>6</sup> Hic lacus idem est qui lacus Łukamie et lacus Charzykowo. Swornigacie vel Sforne Gacie vicus in paeninsula, quae Charzykowo a Karsińskie lacu seiungit, situs est. — Chojnice oppidum a Charzykowskie lacu inter meridiem et orientem spectat, Człuchów inter meridiem et occidentem, Bytów vero oppidum, quod longissime abest, ad septentrionem.

<sup>7</sup> Borzechowskie lacus (Maior atque Minor) in fluvii Wierzyca fluviorumque in eum influentium finibus a Starogard Gdański, quod oppidum districtus caput est, inter meridiem et occasum solis porrigitur.

<sup>8</sup> Kościerzyna oppidum, districtus caput, in palatinatu Gedanensi. Wdzydze lacus — cf. adn 4

<sup>9</sup> Białe lacus, Germ. Biallaer-See, Bieliniec, a Tuchola inter septentriones atque ortum solis diffunditur. E quo Wildgarda amniculus, Germ. Wildgardenfliess, non in Wierzyca, sed in flumen Brda aquam deducebat. In veteris chartis geographicis amniculus hic Bielsk appellatur. Wierzyca — cf. adn. 16 p. 79.

<sup>10</sup> Hic lacus fortasse idem ac Ślepe lacus est, Germ. Blinder-See, prope vicum Krag, Germ. Krong, ad Czernsk in districtu Tuchola. Qui lacus a Tuchola inter septentrionem atque ortum solis panditur.

<sup>11</sup> Suchom, Germ. Schuchom-See, ab Ostrowite lacu ad septentriones diffunditur.

<sup>12</sup> Hoc nomen lacuum atque vicorum saepius invenitur. — Hic fortasse dicitur de Ostrowite lacu, qui postea Germ. Eben-See appellabatur et a Świecie, districtus capite, inter septentriones et occasum solis diffunditur.

<sup>13</sup> Deczno lacus prope Świecie oppidum in districtu Świecie, inter septentriones atque occasum solis est.

<sup>14</sup> In qua regione plures lacus hoc nomine vocantur. Fortasse de lacu Piaseczno agitur, qui nunc dimidio exsiccatus atque imminutus inter plures est lacus in districtu Świecie in regione meridionali ab oppido Tuchola situs.

<sup>15</sup> Stelchno lacus in districtu Świecie, a Świecie ad septentriones spectat. — Gródek vicus ad Wda flumen a lacu ad meridiem et occidentem situs.

#### Pagina 96

<sup>1</sup> Mukrz, olim Mokrz, Muksz, Muksza — prope lacum Ostrowite diffunditur. E quo fluvius Mokra, per districtum Świecie fluens, aquam deducit. Ad lacum vicus eiusdem nominis.

<sup>2</sup> Germ. Kramsker-See, lacus in districtu Człuchów, qui a Człuchów ad septentriones et occasum solis porrigitur. — Emerstin, Germ. Hammerstein, Czarne — oppidum ad flumen Czarna, quod in Głda influit, a Człuchów versus occasum solis situm.

<sup>3</sup> Hic lacus est Charzykowo lacus, infra a Długossio descriptus, qui et nunc saepius Łukamie appellatur. Łukamie, locorum quorundam nomen, in lacus regione invenitur.

<sup>4</sup> Nunc Charzykowo in districtu Chojnice, lacus, qui a Chojnice ad septentriones patescit. Qui magnitudine secundum tenet locum inter lacus regionis, quae Pojezierze Kaszubskie appellatur.

<sup>5</sup> Świtaż, Świtasz — maximus lacus eorum, qui „Świtaskie Jeziora” appellantur; in Polesie, inter fontes fluviorum in Bug et in Prypeć influentium diffunditur. — Świtaż — vicus in hac lacus ripa, quae inter meridiem et orientem spectat.

<sup>6</sup> Licemir, qui etiam Lucymierz et Łucemierz vocatur, unus e lacubus, qui „Świtaskie Jeziora” appellantur, canalibus Królewski et Orzechowski cum flumine Muchawiec coniunctus, a lacu Świtaż inter meridiem et orientem panditur. — Szack — vicus in septentrionali lacus ora. Lencewicz in dubium vocat ea, quae Długossius de flumine Lucemierz scripsit, quod per lacus Tur,

Orzechowo et Wolańskie flueret atque prope vicum Niewier in Prypeć incideret (vide: *Międzyrzecze Bugu i Prypeci. Wody płynące i jeziora*. Prace wyk. w Zakł. Geogr. Uniw. Warsz. nr 15, Warszawa 1951).

<sup>7</sup> Turskie lacus in Polesie ad superiorem Prypeć fluminis cursum, tribus lacubus Tysobol, Orzechowskie, Orzechowiec atque canalibus cum flumine Muchawiec coniunctus est. — Tur vicus in hac lacus ripa, quae inter septentriones et occasum solis spectat. „Ex Thur” sine dubio vitiose scriptum est pro „ex Szaczko”.

<sup>8</sup> Białe — lacus in Polesie, nunc canali Białozierski cum canali Królewski et canali Wyżewski cum flumine Prypeć coniunctus est. — Radostów vicus (Radzistów) a lacu ad septentriones spectat. — Wiotly vel Wietły vicus ad Prypeć flumen situs. — Cuius solitudinis nomen fortasse coniunctum est cum nominibus locorum Wielka Hłusza et Mała Hłusza, in dextra amnis Prypeć ripa iacentium.

<sup>9</sup> Orzechowo lacus in Polesie in laeva amnis Prypeć ripa, inter lacus Białe et Mszane est. — Samorowicze vicus qui sine dubio Samary nunc appellatur. — Szczodrohoszcze, Szczodrohość, Szczodrohost, Szczodrogoszcz — vicus ad Prypeć a Ratno ad septentriones et orientem situs est.

#### Pagina 97

<sup>1</sup> Orzechowiec lacus in Polesie in laeva fluminis Prypeć ripa, qui ab Orzechowo lacu ad septentriones diffunditur.

<sup>2</sup> Qui lacus in Polesie, in laeva fluminis Prypeć ripa olim Ostrowie, Ostrowiec, nunc Wolańskie appellatur, et a Białe lacu ad meridiem et occidentem porrigitur. — Niewierz, Niewiasza, olim Niewiara vicus, nunc Niewier, in laeva fluminis Prypeć ripa, a lacu inter meridiem et ortum solis situs.

<sup>3</sup> Lacus in Polesie inter Tur et Orzechowo. — Zamorowice vicus fortasse idem est qui Samary.

<sup>4</sup> Pulmo, Pulemieckie lacus, in Polesie inter lacus qui Jeziora Świtaskie vocantur prope fluminis Prypeć fontes situs, a Świtaz lacu inter septentriones atque occasum solis vergit. — Pulmo — vicus in orientali lacus ora situs est.

<sup>5</sup> Piaseczno, Piaseczyńskie lacus in Polesie inter lacus „Jeziora krymneńskie” ad superiorem Prypeć fluminis cursum, in dextra eiusdem ripa a Krymno inter meridiem atque occasum patet. — Lubochin — vicus, qui non procul Domasznie Małe a lacu Piaseczno inter meridiem et occasum solis iacet. — Krzemionka amniculus irrepertus.

<sup>6</sup> Synowskie — lacus in Polesie, inter plures lacus sitos inter flumina Wyżwa et Turia, quae a dextra in Prypeć influunt. Qui lacus a Kowel ad septentriones diffunditur. — Synowo — vicus ad lacum, in litteris antiquis Synowa, Synów.

<sup>7</sup> Quibus Długossii verbis verisimillimum est lacum qui Domasznie Wielkie (Domaszne) appellatur, describi. Qui lacus, inter plures alios ad flumen Prypeć sitos supra flumen Wyżwa, quod a dextra in Prypeć influit, panditur. — Krymno — vicus, qui a lacu inter meridiem et ortum solis iacet.

<sup>8</sup> Lukie — lacus in Polesie in dextra fluminis Prypeć ripa supra fluvii Wyżwa ostium. — Dubieczno — vicus in orientem a lacu Łukie situs.

<sup>9</sup> Vetus nomen Wielkie Jezioro (Lacus Magnus), in recentioribus geographicis scriptis: Zgorany Wielkie vel Zgorańskie Wielkie — lacus, qui in Polesie inter plures lacus ad dextram superioris fluminis Prypeć ripam, diffunditur. — Połapy — vicus in meridionali ora lacus.



<sup>10</sup> Czarne lacus in Polesie inter lacus Świtaż et Lucemierz, a Szack ad meridiem diffunditur.

<sup>11</sup> Rymacze lacus etiam Jagodzińskie vocatus a Luboml oppido inter meridiem et occasum solis patet. — Rymacze — vicus in orientali lacus litore situs est.

<sup>12</sup> Okunin — lacus prope Wyżewka fluminis fontes, quod inter Luboml et Kowel oppida in Wyżwa influit. Lacus hic in chartis geographicis etiam Somińskie appellatur. Quem nonnulli geographiae periti eundem esse putant, quem Miejskie vel Okuniew lacum, unum e lacubus, qui łączyńsko-włodawskie appellantur, atque ad Ostrów Lubelski siti sunt. Prope lacum Okunin vicus, qui Ostrów appellatur, non est inventus.

<sup>13</sup> Plotycze, vel, ut alii dicunt, Plotica lacus in Polesie a Białe lacu inter septentrionem et ortum solis porrigitur. — Wietły — vide supra, sub „Białe lacus”.

<sup>14</sup> In chartis geographicis Strybusz, Strybuż, nonnumquam Strebuż lacus ille, quem amnis Prypeć perfluit, appellatur. Qui prope vicum Rzeczyca, a lacu Orzechowo ad meridiem diffunditur. Szczodrohoszcz 5 km in orientem versus.

#### Pagina 98

<sup>1</sup> Wieczno lacus, in fluvii Drwęca fluminumque in eum influentium finibus a Wąbrzeźno ad occasum solis spectat. — Chełmża — oppidum in lacus ripa, quae inter septentriones atque occasum, solis spectat. — Kowalewo — oppidulum, quod a Wąbrzeźno ad meridiem spectat.

<sup>2</sup> Lacus, qui sequuntur, Długossius recto ordine non enumeravit. Tribus clarissimis lacubus nominatis (Gopło, Czartoria, Świeciechów) Długossius enumerat 16 lacus Poloniae Maioris, 11 lacus terrae Lublinensis, 9 terrae Cuiaviensis, 10 Pomeraniae, 19 terrae Chelmenensis, 1 Culmensis, 3 Russiae (2 in districtu Pincensi, 1 in districtu Brestensi), 12 Prussiae, 2 Lithuaniae, 3 terrae Dobrinensis, 1 terrae Belzensis.

<sup>3</sup> Nobel — lacus in Polesie, cum fluminis Prypeć bracchiis ad oppidulum Prypeć confluens, a Lubieszów inter septentriones et ortum solis spectat.

<sup>4</sup> Lubiąż, in Russiae chronicis Ilbiaż, in geographicis libris Lubiąż vel Lubiaż appellatus — lacus in oppidi Pińsk regione, quem Prypeć flumen transfluit et qui a Lubieszów ad septentriones patet.

<sup>5</sup> Nunc ignotum, olim fortasse stagnum arte factum. — Krzna vel Trzna flumen in districtu Łuków effluit, in Bug a laeva cadit.

<sup>6</sup> Druzno, Germ. Drausen-See, lacus in districtibus Elbląg et Pasłęk, qui ab Elbląg ad meridiem extenditur et Elblązka flumine in Mare Recens influit.

<sup>7</sup> Śniardwy, Germ. Spirding-See — maximus in Mazury et in tota Polonia lacus (10660 ha) in districtu Pisz et Mrągowo situs. — Giżycko oppidum a lacu ad septentriones situm.

<sup>8</sup> Roś, Rość, Jańsborskie, Warzno, Warznieńskie, Warsiowskie, Warszawskie, Germ. Warschau-See — lacus in districtu Pisz, qui a Śniardwy lacu inter meridiem atque ortum solis porrigitur. — Pisz oppidum, Jańsbork, Germ. Johannisburg, in lacus ripa, quae ad meridiem atque ad occasum solis spectat, situm.

<sup>9</sup> Partęczyny (Majores et Minores), Partęczyny, Germ. Partenschin-See (Gross und Klein) — lacus in districtu Lubawa, qui a Lubawa inter meridiem atque occasum solis panduntur. — Bratian vicus ad Drwęca flumen, a Lubawa inter meridiem et occasum solis spectat.

<sup>10</sup> Melno, Melno — lacus in districtu Grudziądz, qui a Grudziądz inter meridiem et ortum solis patescit. — Radzyn — cf. adn. 18 p. 77. — Rogoźno — vicus, qui a Grudziądz inter septentriones et ortum solis, a lacu autem inter septentriones et occasum solis situs est.

<sup>11</sup> Dąbrowa (Maior et Minor), Germ. Damerau-See (Gross un Klein) — lacus in districtu Ostróda, qui a Działdowo inter septentriones et ortum solis spectant. — Dąbrówno, Germ. Gilgenburg — vicus inter lacus situs.

<sup>12</sup> Mielno, Germ. Mühlen-See — lacus in districtu Ostróda, qui a Grunwald inter septentriones et ortum solis patet. — Grunwald, Germ. Grünfelde — vicus pugna anno 1410 commissa clarus, prope Stębark situs, a Dąbrowa lacu ad septentriones spectat.

<sup>13</sup> Lubiańskie, Germ. Laubener-See — lacus in districtu Ostróda, qui a Stębark inter meridiem et orientem est.

#### Pagina 99

<sup>1</sup> Szelaż (Maior et Minor), Szelażowskie, Germ. Schillinger-See — lacus ab Ostróda inter septentriones et orientem situs, in regionis, quae Pojezierze Iławskie vocatur, parte orientali situs. — Ostróda — oppidum ad fluvii Drwęca ostium, districtus caput. — Vicus ignotus.

<sup>2</sup> Jeziorak, Jezierzyce, Jeziorzyce, Geszricz, Jezierzak, Iławskie — lacus, qui magnitudine quartum tenet locum inter Poloniae lacus, in districtibus Susz et Moraż diffunditur. — Ikszana, nunc Likszany, in districtu Moraż, ad lacum. Gylawa — oppidum Iława.

<sup>3</sup> Skomętno, Germ. Skomentner-See, lacus in districtu Elk, ab Elk oppido ad ortum solis spectans. — Koger — nunc ignotum.

<sup>4</sup> Elckie vel Łeckie lacus, Germ. Lycker-See, in districtu Elk.

<sup>5</sup> Berszty, Bersztańskie lacus ad dextram ripam fluminis Kotra, quod in Niemen influit, a Grodno inter septentriones et orientem patescit.

<sup>6</sup> Lacus Dub, DUBY ab oppido Lida inter septentriones et occidentem situs, non longe a fonte fluvii Kotra (Pielasy) abest. — Dubicze ad lacum Pielasy atque ad flumen Kotra oppidum situm.

<sup>7</sup> Amnes, qui hic commemorantur non eodem ex loco oriuntur: Dniepr enim ex paludibus in Wyżyna Waldajska, Dźwina ex lacu Dźwiniac, Wołga ex collibus Wałdajskie exoritur. Dźwina fluminis ostia 16 km a Riga oppido distant.

<sup>8</sup> Cf. adn. 7.

<sup>9</sup> Porata, Pyretos nomina ex Iran originem ducunt atque non ad Wołga, sed ad Prut flumen pertinent. Nomen Porita in Ptolemaei *Geographia*, III, 5 legitur. Tanais nomen est fluminis, non montis.

#### Pagina 100

<sup>1</sup> Carpathorum nomine primus Ptolemaeus usus est in *Geographia* III, 5, quo nomine tamen unum tantum montem appellavit.

<sup>2</sup> Nomen ex Ptolemaei *Geographia*, III, 5, 7 sumptum designat terram, in quam Iazygae — Metanastae immigraverunt, in meridionalibus verorum Sarmatarum finibus sitam. Quod *Geographiae* Ptolemaei caput atque eiusdem chartas geographicas ad *Kosmographiam* additas, in quibus Metanastarum terrae depinguntur, Dlugossius cognovisse videtur. Qui autem Valachiae

nomen idem atque Metanastarum nomen esse putant, errant, Metanastarum enim sedes in terris usque ad Slovakiae occidentalis terminos iacentibus investigandae sunt.

<sup>3</sup> Quae nominis Vistulae forma ignota, sine dubio corrupta est.

<sup>4</sup> Gepidae, gens Germanica, quae inter annos 250 et 350 Polonorum terras atque Pannoniam peragrans in Italiam venit. Hi tamen et Cymbri non eadem gentes sunt. Unde Długossius hanc notitiam habuerit, ignoramus.

<sup>5</sup> Saruth, Sarug — patriarcha, avus Abraham.

<sup>6</sup> Górzno, Górzneńskie lacus in districtu Brodnica situs, a Brodnica inter septentriones et orientem spectat. Cuius aqua in amniculum Kalitka effluit.

<sup>7</sup> Mokowo — postea Chalińskie appellatus, lacus in districtu Lipno, ab oppido Dobrzyń inter septentriones et orientem panditur.

<sup>8</sup> Skepe, Skępsko Wielkie, a Lipno oppido, quod est districtus caput, in ortum solis vergit in Bidgostiae regione.

<sup>9</sup> Lacus inter Zamość et Tomaszów, in districtu Tomaszów, olim multo maior fuit.

#### Pagina 101

<sup>1</sup> Mons Calvaria vel Calvus Mons, Polonice Łysa Góra, in iugo montano Łysogóry in montibus, qui Świętokrzyskie vocantur, ab ordinis S. Benedicti monasterio etiam Sancta Crux appellatur. Fabula, a Długossio narrata, inde orta est, quod in montibus saxa ingentia ex quarzo nuda prominent.

<sup>2</sup> Cyclopes, alias Gigantes, ex Graeca mythologia sumptae personae, Urani et Gaeae filii, corporis immanis, unum oculum in media fronte gerentes.

<sup>3</sup> De Sancto Emerico et Sancto Stephano cf. adn. 1 p. 184, adn. 3 p. 255.

#### Pagina 102

<sup>1</sup> De arca a Philistinis restituta in Bibliis legitur.

<sup>2</sup> Wawel, cf. adn. 2 p. 109. De cuius nominis etymologia A. Brückner et W. Taszycki tractaverunt.

<sup>3</sup> Częstochowa — districtus caput. Jasna Góra cum ordinis Paulinorum monasterio in occidentali urbis parte eminet.

<sup>4</sup> Koniusza — collis, qui a Cracovia inter septentriones et orientem est. — Proszowice — oppidum parvum, quod a Cracovia inter septentriones et orientem spectat, ad Szreniawa flumen positum. Fabula de equorum grege ex Hungaria deducto, non nisi apud Długossium legitur. Przybysław Śreniawita — ignotus.

#### Pagina 103

<sup>1</sup> Tyniec (Tinecia) collis scopulosus ad vicum eiusdem nominis, in dextra Vistulae ripa, prope locum, quo Skawina flumen in Vistulam cadit, ordinis S. Benedicti monasterio celebrer, quod in numero antiquissimorum Poloniae monasteriorum ponitur.

<sup>2</sup> Golez mons et castellum, quod ad nostra tempora non est asservatum, prope Kolaczyce oppidulum in districtu Jasło in dextra Wisłoka fluminis ripa situm.

<sup>3</sup> Liwocz — montes, qui in Pogórze Karpackie ad meridiem spectant. Quorum montium vertex summus eodem nomine vocatur. Oppidulum Kołaczyce.

<sup>4</sup> Mrukowa, Mrokowa — nunc vici in laeva fluminis Wisłoka ripa contra Żmigród siti nomen. In colle eminenti, a Długossio commemorato olim arx fuit. — Żmigród Stary — vicus 3 km a Żmigród Nowy versus orientem. Żmigród Nowy in dextra fluminis Wisłoka ripa, a Jasło 20 km versus orientem positus.

<sup>5</sup> Chęcińska Góra — cacumen summum in montibus Chęcińskie Góry dictis, qui montium Góry Świętokrzyskie partem efficiunt. In quo cacumine antiquissimae arcis ruinae prominent. Prope oppidum Chęciny atque in colle Karczówka plumbi fodinae fuerunt, in Miedzianka et Miedziana Góra cuprum effodiebatur.

<sup>6</sup> Rabsztyn — collis saxeus, in regione inter Częstochowa et Cracoviam elatiore, prope Olkusz situs, arcis quae olim Toporczyk familiae fuit, ruinis clarus.

<sup>7</sup> Mons vel collis Pełczyńska ad vicum eiusdem nominis, qui a Wiślica inter septentriones et occasum solis spectat, situs.

<sup>8</sup> Babia Góra — summus mons in iugo Beskidy Zachodnie (Beskid Żywiecki). Quae terrae pars propter plantarum varietatem atque abundantiam curae publicae nunc reservata est (park narodowy). — Żywiec — oppidum, districtus caput, ad Soła flumen situm, a Cracovia inter meridiem et occasum solis spectat.

<sup>9</sup> Hoc nomen in chartis geographicis non invenitur.

<sup>10</sup> Quo de monte Długossius hic scripserit, ignoramus, nam prope Oświęcim plura eiusmodi nomina inveniuntur.

<sup>11</sup> Skrzeczna vel Skrzyczna mons, nunc Skrzyczne — duo cacumina, silvis vestita, in montibus Beskid Żywiecki et Beskid Biały — quae flumina in Soła, Żylica et Leśna influentia seungunt. Quae cacumina ad Koszarawa flumen — ut Długossius scribit — sita non sunt.

<sup>12</sup> Nomen montis dubium. Fortasse corruptum nomen montis Solniska, prope fluminis Koszarawa fontes.

<sup>13</sup> Ad laevam fluminis Soła ripam, prope vicum Milówka mons Sucha Góra eminent, ab oppido Żywiec ad Soła flumen sito in meridiem vergit. Alter mons Sucha Góra in dextra fluminis Soła ripa ad Rajcza vicum est.

<sup>14</sup> Ad Słonica vel Słanica fluvium, qui in Soła influit, vicus Sól iacet. — Rivi Czerna fonti mons Sołowy Wierch imminet. Quae omnia nomina a fontibus salsae aquae originem ducunt.

<sup>15</sup> Non reperta. In hac regione plura locorum nomina Żarnówka inveniuntur.

<sup>16</sup> Noti sunt tantum monte Osobitě Vrch in Bohemia ad Kisucza prope Czáca. Quod nomen fortasse corruptum est e nomine montis Ochodzita prope Olza fluminis fontes eminentis. Similia nomina in utraque montium Carpathorum parte inveniuntur.

<sup>17</sup> Huic similia aliquot locorum nomina sunt. Prope Kęty oppidum, ad flumen, quod a dextra in Soła influit, montium Palenica, Bukowski Groń et Złota Góra meridionales saltus, Wielka Puszcza nomen gerunt. Quo ex loco in orientem non longe Puszcza vicus abest. Silva Puszcza, in borealibus saltibus montis Ździar-Kiczera sita, fontes rivi Mała Puszcza tangit, qui rivus in Soła

flumen cadit. — Kęty — oppidum, quod a Żywiec ad septentriones, a Wadowice ad occasum solis spectat.

<sup>18</sup> Wołek — arx veterrima in monte apud vicum Czaniec ad flumen Soła, prope Kęty, XV saeculo latronum receptaculum fuit.

#### Pagina 104

<sup>1</sup> Kobryń — montis nomen adhuc non exstat. Fortasse agitur de Żukowa monte ad Muchawiec flumen, infra Kobryń. — Kobryń oppidum a Brześć ad ortum solis situm.

<sup>2</sup> Quod cacumen in collibus terrae Lublinensis, a Chełm oppido inter meridiem et ortum solis, ad Uherka flumen est.

<sup>3</sup> Mons ille altissimus est eorum, qui Góry Krzemienieckie appellantur, qui loca in regione Podole editiora a septentrione claudunt. Mons supra dictus, oppido Krzemieniec imminet, postea Reginae Bonae Mons appellatus est.

<sup>4</sup> Prope Halicz oppidum, ad Dniestr flumen, ubi ostia fluminis Łukwa sunt.

<sup>5</sup> Mons Łysa Góra, olim Calvaria nominatus, in septentrionali parte Leopoli, eminent, et cum Superiore Arce (cuius nunc ruinae tantum supersunt) iungitur.

<sup>6</sup> Mons Potylicz in vicinitate oppiduli Potylicz ad flumen Telica, quod in fluvium Rata influit, inter meridiem et occasum ab urbe Rawa Ruska est.

<sup>7</sup> Chełm, in chartis geographicis etiam Chełmno appellatus mons in regione inter Kielce et Sandomiriam elatiore, in laeva Pilica fluminis ripa, a Radomsko ad ortum solis spectat. — Przedbórz oppidum ad Pilica flumen, a Radomsko ad orientem spectat.

<sup>8</sup> Petrus Włostowicz palatinus (obiit anno 1153), multarum ecclesiarum fundator. De quo Długossius certe in Chronica magna Polonorum legit, de ecclesia tamen in Chelm ab eo fundata ex hominum sermone certe cognovit.

<sup>9</sup> Rzerzuchowa — collis in oppido Warta, in cuius vertice sacellum antiquissimum olim exstitit.

<sup>10</sup> Montem Turza S. Sarnicki in sua charta (1587) in dextra fluminis Odra ripa e regione Francofurti posuit. Gromadno — vicus a Kcynia ad septentrionem et occasum solis spectat.

#### Pagina 105

<sup>1</sup> Sigismundus comes Luxemburgensis, rex Hungariae (1387–1437), Romanorum rex et imperator.

<sup>2</sup> Witold (Vitoldus-Alexander) Kiejstut, magni ducis Lithuaniae filius, anno 1430 mortuus est.

<sup>3</sup> Julianna filia Joannis Olgimunt ducis Holsani, Vitoldi uxor tertia.

<sup>4</sup> Wzgórza Żerkowskie: colles ad Lutynia amniculum, qui a laeva in Warta flumen influit, a Pyzdry oppido inter occidentem et meridiem siti. Quorum summum cacumen Łysa Góra vocatur.

<sup>5</sup> Giecz, olim Gdecz, in chronicis Gdech vocatum — castrum antiquum et vicus inter oppida Września, Kostrzyń et Środa — nunc vici nomen.

<sup>6</sup> Beskid, Beskidy, Bieszczad, Bieszczady. Quorum montium ex saltibus septentrionalibus amnes

San, Strwiąż et Stryj cum flumine Opor decurrunt. Quae hoc loco scribenda non videntur. In manuscripto a Rozrażewski confecto Poloniae Minoris montes singuli non nominantur.

<sup>7</sup> Wzgórza Nieckie: colles in regione demissa Masoviae et Podlasie, qui a vico Niedziłek prope Mława oppidum usque ad utramque fluminis Przylepnica ripam inter vicus Sarnowo et Nidzgóra (qui olim Nieckogóra vocabatur) porringuntur.

<sup>8</sup> Sarnowo — vicus ad fluvium Przylepnica in districtu Żuromin et in palatinatu Varsaviensi situs. Radzanów — in districtu Mława, non procul ab ostio Mławka fluminis in fluvium Wkra influentis.

#### Pagina 106

<sup>1</sup> Enuntiationem: „rastro intacta — vomeribus” Dlugossius ex Ovidii *Metamorphoseon* I 101 sumpsit, paululum tandem mutavit, cf. L. Madyda op. cit. p. 201 et G. Schnayder, op. cit. p. 159.

<sup>2</sup> De Slavonia et Chorvatia iam scriptum est. Ex his regionibus Lech ducem oriundum Dlugossius supra narravit.

<sup>3</sup> De quo Valentiniano hic agatur, incertum est, nam saeculis IV–V n. ae. tres huius nominis imperatores fuerunt.

<sup>4</sup> Ostrzyhom (Strigonium) in Hungaria ad Danubium flumen, archiepiscoporum sedes.

<sup>5</sup> Hic memoratus medii aevi chronicorum auctor numquam fuit, nomen namque Martini plurimis chronicis mundi tempore Dlugossii imponebatur. Fortasse agitur de clarissimis illis chronicis summorum pontificum imperatorumque ... Martini Poloni (Oppaviensis).

<sup>6</sup> Qui inde ab hoc loco sequuntur, Romanorum dii, omnibus noti sunt, atque ideo nobis explicandi non videntur. Dlugossius primus fuit, qui mythologiam Slavorum e deorum Romanorum cultu repetere voluit. Quae autem de ea re scripsit, a primorum humanistarum operibus discrepare non videntur.

<sup>7</sup> Jesza nomen in Polonorum mythologia non occurrit; pervetus quaedam vox in cantilenis popularibus fuisse videtur, cuius sensum Dlugossius non intelligens deum quendam, eundem ac Romanorum Iovem, esse finxit.

<sup>8</sup> Łada — vox e carminibus popularibus nota, quae nomen esse numinis, false intellegebatur.

#### Pagina 107

<sup>1</sup> Huius nominis origo similis atque nominis praecedentis a nonnullis esse putatur. Dlugossius hoc nomen cum Romanorum Venere composuit.

<sup>2</sup> Nya, cum Plutone comparatus, Slavorum deus, variis in regionibus notus, Nawka potius vocabatur.

<sup>3</sup> Pogoda nominis etymologia accuratius explicari nequit. Quae Romanae Temperiei par esse putabatur.

<sup>4</sup> Żywie — felicitatis et abundantiae deus, domus et fortunae tutor, in Bohemia et in Russia colebatur.

<sup>5</sup> Dziewanna Slavorum eadem ac antiquorum Diana putabatur. Sed apud Slavos occidentales cultum eiusdem floruisse non constat.

<sup>6</sup> Marzanna — quae fertilitatis dea credebatur, apud Dlugossium Cereris locum tenet. Cuius nomen ludorum quorundam originis gentilis est, qui primo vere celebrabantur; quibus hiemis simulacrum immergi solebat.

<sup>7</sup> Stado — ludi plebei diebus festis Pentecostes habiti, qui a paganorum institutis initium ducunt, postea Sobótka appellabantur atque die festum S. Joannis Baptistae proxime praecedente agi solebant. De qua re primus Dlugossius scripsit.

#### Pagina 108

<sup>1</sup> „Frigoris iuxta atque inediae paciens”, cf. Livius XXI, 4; Sallustius, *Bell. Cat.* 5.

#### Pagina 109

<sup>1</sup> Cracoviae nominis a Grako (Krako) originem Dlugossius alibi descripsit, vide p. 123 „Apud Stennam” verba a Dlugossio ex Aenea Sylvio Piccolomini vel e Livio sumpta esse idemque quod Vincetii Kadłubek verba „in scopulo holophagi” significare B. Strzelecka existimavit. Cui I. Zarębski et V. Taszycki non assentientes vocem „Stenna” e chronicis Bohemorum Pulkava potius sumptam esse atque loci, quo urbs condita est, vel etiam vici cuiusdam finitimi nomen fuisse asserunt. V. Zarembo et M. Plezia „apud stennam” idem quod „sub monte Wawel” valere volunt, nam apud Livium „stena” locorum angustias significat.

<sup>2</sup> Wąwiel nomen apud chronicorum XIV et XV saeculi scriptores usitatum; nunc Wawel dicitur. De vocis „Wąwiel — Wawel” etymologia nuper V. Taszycki disseruit.

<sup>3</sup> Kazimierz (Casimiria) — vicus ad Cracoviam, ab anno 1335 oppidum fuit, nunc in Magnae Cracoviae finibus iacet.

<sup>4</sup> Kleparz (Clepardia vel Florentia) — vetus nomen vici, ad Cracoviam circa S. Floriani ecclesiam siti. Nunc fori nomen prope mediam urbem Cracoviam.

#### Pagina 110

<sup>1</sup> Oppidum, districtus sedes, quod a Posnania ad ortum solis spectat. Gniezno nomen a nido (Polonice gniazdo) originem sumpsisse in plurimis chronicis ante Dlugossium legimus.

<sup>2</sup> S. Adalbertus — cf. Lib. II adn. 5 p. 195

<sup>3</sup> In Lwów (Leopolis) Dlugossii tempore archiepiscoporum sedes fuit ex oppido Halicz anno 1414 translata.

<sup>4</sup> De Maris Euxini nominibus cf. apud Dlugossium adn. 10 p. 69

<sup>5</sup> Maioris Poloniae urbs capitalis.

<sup>6</sup> Urbs primaria Silesiae Inferioris.

<sup>7</sup> Festum fratrum Cantianorum martyrum die 31 mensis Maii, praecipue in dioecesi Vratislaviensi celebratur.

<sup>8</sup> Włocławek (Vladislavia) ad inferiorem Vistulae cursum in terra Bidgostiensi iacet.

<sup>9</sup> Kruszwica oppidum Maioris Poloniae in septentrionali lacus Gopło litore situm.

## Pagina 111

<sup>1</sup> Płock oppidum ad inferiorem Vistulae cursum, in palatinatu Varsaviensi situm.

<sup>2</sup> Chełmża in palatinatu Bidgostiensi, a Toruń ad septentriones spectat. Chełmno oppidum in dextra Vistulae ripa ab oppido Świecie versus meridiem spectat.

<sup>3</sup> Nunc Kamień Pomorski ad Dziwna flumen (in Pomerania Occidentali). Nomen a saxo immani in maris litore posito ortum.

<sup>4</sup> Lubusz, Germ, Lebus — oppidum in laeva fluminis Odrae ripa, a Francofurto ad Odrum versus septentrionem situm.

<sup>5</sup> Fürstenwalde a Francofurto ad occasum solis spectat.

<sup>6</sup> Przemyśl (Premisla) oppidum ad San flumen, ab anno 1375 episcoporum sedes.

<sup>7</sup> Kamieniec Podolski, castrum antiquum in Poloniae finibus, prope fluminis Smotrycz (non tamen Seret) in Dniestr influentis ostium situm.

<sup>8</sup> Kijów ad Dniepr, Ukrainae metropolis.

## Pagina 112

<sup>1</sup> Wilno (Vilna) Lithuaniae caput.

<sup>2</sup> Miedniki, postea Wornie appellatum, oppidulum in Samogitia (Żmudź) episcoporum sedes ab anno 1417, prope fontes Krożenta fluminis, quod in Dubissam evadit. Hoc loco Długossius flumen Dubissa Miedniki appellat.

<sup>3</sup> Łuck — castrum antiquissimum in Vołhynia. A quo conditum sit, non constat.

<sup>4</sup> Chełm — cf. adn. 16 p. 84.

<sup>5</sup> Hrubieszów — oppidum in palatinatu Łublinensi situm.

<sup>6</sup> Suczawa, antiquum Moldaviae caput, ad Seret flumen situm est. Ab anno 1388 episcoporum sedes fuit.

<sup>7</sup> Wiślica oppidum in laeva ripa inferioris fluminis Nida in terra Kielcensi situm. Quod Długossius fabulas Tinecienses et Vislicienses cognitas habuerit mentio de comite Wisław ab eo facta approbat.

<sup>8</sup> Kielce — palatinatus caput. Gedko episcopus Cracoviensis XII saeculo ecclesiae, non vero urbis conditor fuit.

<sup>9</sup> Opatów ad Opatówka fluminis superiorem cursum, in palatinatu Kielcensi iacet.

## Pagina 113

<sup>1</sup> Nowy Sącz oppidum in Polonia Minore, loco, quo Dunajec et Kamienica confluunt a Venceslao Bohemorum rege. anno 1292 conditum.

<sup>2</sup> Nunc Skalmierz, Skalmierz ad Nidzica flumen prope Działoszyce.

<sup>3</sup> Tarnów oppidum, districtus sedes, a Spicimiro Leliwita, in palatinatu Cracoviensi locatum.

<sup>4</sup> Łęczycza oppidum in laeva Bzurae fluminis ripa a Łowicz in occasum solis vergit.

<sup>5</sup> Calissia ad Prosna amniculum in palatinatu Posnaniensi, unum ex antiquissimis Poloniae oppidis apud Claudium Ptolemaeum in Sarmatiae Europaeae descriptione commemoratum.



<sup>6</sup> Claudios Ptolemaios Graecus Alexandria oriundus, plurimorum operum astronomicorum nec non geographicorum auctor, primus Poloniam, quam Sarmatiam Europaeam nominavit, eiusque flumina atque nonnullas civitates descripsit.

<sup>7</sup> Wieluń — oppidum in palatinatu Łódź, antiquum castellaniae caput, quae exeunte saeculo XIII regionis Rudensis ab Ruda castro, prope Wieluń sito, nomen cepit.

<sup>8</sup> Casimirus Probus, dux Sandomiriae, Cracoviae, Cuiaviae, Masoviae, mortuus est anno 1194. Rex Poloniae non fuit.

<sup>9</sup> Kurzelów ad flumen Kurzelówka, quod in Pilica influit, in palatinatu Kielcensi.

<sup>10</sup> Łowicz ad Bzura, in palatinatu cuius caput nunc Łódź est, ab archiepiscopis Gnesnensibus possidebatur. Nomen conditoris ignotum.

<sup>11</sup> Głuszyna a Posnania versus septentrionem sita.

<sup>12</sup> Nysa oppidum in Silesia Inferiore ad flumen Nysa Kłodzka situm. Conditor oppidi ignoratur.

<sup>13</sup> Opole ad flumen Odra, nunc palatinatus caput.

<sup>14</sup> Brzeg — unum ex maioribus Silesiae Inferioris oppidis prope Stobrawa fluminis in Odra influentis ostium.

<sup>15</sup> Nunc Głogówek, olim Głogowa Górna vel Mała, vel Głogów Górny vel Mały ad Osobloga flumen, quod in Odra evadit. De Głogów W. cf. adn. 20 p. 81

<sup>16</sup> Legnica oppidum ad laevam fluminis Kaczawa ripam in palatinatu Vratislaviensi.

<sup>17</sup> Racibórz oppidum in laeva fluminis Odra ripa, palatinatui Opoliensi vicinum, ad fines Bohemiae situm.

<sup>18</sup> Otmuchów oppidum ad flumen Nysa Kłodzka situm.

#### Pagina 114

<sup>1</sup> Pultusk oppidum in dextra Narew fluminis ripa in palatinatu Varsaviensi positum.

<sup>2</sup> Gdańsk (Gedanum) portus ad Vistulae ostia patescens, qui a Dlugossio pluribus verbis est descriptus, cum eius vitae temporibus anno nempe 1466 Regno Poloniae restitutus esset.

<sup>3</sup> Toruń in dextra Vistulae inferioris ripa situm.

<sup>4</sup> Elbląg (Elbinga) oppidum in palatinatu Gedanensi situm, a principali ostio Nogat in ortum solis vergit.

<sup>5</sup> Nomina villarum, hoc loco a Dlugossio enumerata, apud Ptolemaeum in *Geographia* Lib. II c. 11 in capite de „Germania Magna” leguntur. Quae nomina tamen in diversis *Geographiae* editionibus paulum immutata neque eodem ordine referuntur: Ascaucalis, Lugidunum... Budorigum, Leucaristos, Arsonium, Calisia, Setidava. Reliqua in *Geographia* non occurrunt. Müller, qui Ptolemaei *Geographiae* editionem curavit, Lugidunum — Legnicam, Budorigum — Brzeg, Leucaristos — Vratislaviam (?) Arsonium — Wieruszów, Setidavam — Żydowo esse statuit, distantias alterius oppidi ab altero Ptolemaeo allatas, secutus. In Polonorum operibus historicis: Leucaristos — Trenczyn, Ascaucalis — Osielsk prope Świecie esse putabantur. B. Strzelecka nuper locos illos a Dlugossio ex quarta Ptolemaei charta geographica excerptos esse animadvertit (nunc in *Bibl. Jagell. sign. manuscr. 7805*).

## Pagina 116

<sup>1</sup> Vicus 4 km a Śrem inter meridiem et occasum solis spectans. — Śrem — oppidum ad flumen Warta. — Kozielsko — vicus 10 km a Łekno versus meridiem et ortum solis situs.

<sup>2</sup> Pałuki — antiquissimum nomen regionis in Poloniae Maioris parte, quae inter septentriones et orientem spectat, quae antea etiam districtus Kcynia appellabatur.

<sup>3</sup> De antiquitatibus praehistoricis, quas vocamus, dicitur.

<sup>4</sup> Potylicz ad Tylica in Rata flumen cadens, quod in Bug influit, a Rawa Ruska inter occasum solis et septentriones spectat.

<sup>5</sup> Hrebenne et Prusie, vici, qui a Rawa Ruska inter occasum solis et septentriones vergunt.

## Pagina 117

<sup>1</sup> Arborum reliquiae, in saxa conversae, de quibus Dlugossius mentionem facit, eis regionibus in terrae stratis profundissimis inveniuntur.

<sup>2</sup> Miśnia ad Albim flumen, Slavorum oppidum antiquissimis medii aevi temporibus conditum, postea caput marchiae Misnensis fuit.

<sup>3</sup> Drzewianie — Slavorum gentis terra, quae in utraque inferioris Albis fluminis ripa sita est.

<sup>4</sup> Hamburg ad Albis fluminis ostia. Hamburg a Ham origo in antiquioribus Germanorum scriptis atque in Chronica magna Polonorum testatur.

<sup>5</sup> Brema ad fluminis Visurgis ostia sita est. Quae loca Slavi non habitabant.

<sup>6</sup> Szlezwik urbs in litore freti Schlei ad Balticum Mare prope Jutland paeninsulam sita est.

<sup>7</sup> Nomen ignotum, ex Chronica magna Polonorum sumptum.

<sup>8</sup> Cassuborum nominis origo in eadem chronica legitur.

<sup>9</sup> Trawianie — gens inter Slavos occidentales non exstitit. Nomen hoc potius a flumine Trava, quam a „trawa” (herba) verbo originem ducit.

<sup>10</sup> Serborum, qui ad Albim flumen habitant, atque Serb nominum origo ex Chronica magna Polonorum sumpta est. Serbi regiones ad medium Albis cursum usque ad Saale, in oriente vero usque ad Odram et Nysam porrectas inhabitabant.

## Pagina 121

<sup>1</sup> Totum hoc caput, quo de Russiae principiis narratur, non nisi chronicorum *Powiest' wriemiennych let* compendium est.

<sup>2</sup> Fratres Kij, Szczek et Korew Kijoviae urbis conditores fabulosi in chronicis *Powiest' wriemiennych let* nominantur. Quorum nomina a locorum prope Kijoviam iacentium nominibus ficta sunt.

<sup>3</sup> Libed in iisdem chronicis etiam Lybied vocatur. Nomen a rivulo Lybed' fictum.

<sup>4</sup> Ściekawica et Korewica — nomina ficta.

<sup>5</sup> Dlugossii de Radzim et Wiatko Polonorum ducibus mentio e chronicis *Powiest' wriemiennych let* sumpta est, ubi pluribus locis gentes Radymicze et Wiatycze „a Lachis” genus ducere dicuntur. De qua re plurimae sunt historicorum commentationes multumque opiniones discrepant.

<sup>6</sup> Radzim et Wiatko — fabulosi gentium Radymicze et Wiatycze primores.

<sup>7</sup> Soża flumen. In quibusdam Dlugossii *Annalium* editionibus San legitur.

<sup>8</sup> Oka, quae a dextra in Wołga influit.

<sup>9</sup> Radymicze — gens Russica ad Soża flumen habitans. Wiatycze primis medii aevi temporibus regionem permagnam ad superiorem Oka fluminis cursum incolebant.

<sup>10</sup> Dulebi a VI usque ad IX saeculum in Volhynia habitaverant, X autem saeculo in Russiae Kijoviensis terras commigrarunt. Duleb — nomen a gentis nomine fictum.

<sup>11</sup> Wolanie, Wołynianie — gens Slavorum a IX usque ad XI saeculum nota, posthac Russiae Kijoviensis finibus continebatur. Łuczanie — nomen in Russicis tantum chronicis, non in Polonicis notum.

<sup>12</sup> Ascold fere fabulosus Kijoviae dux IX saeculo, e chronicis *Powiest' wriemiennych let* notus. Idem de Dir est dicendum. Quorum nominum origo, an e Scandinavia ducenda sit, non est certum. De Ascold, Dir et Rurico, eorumque genere a Waregis ducendo, historici diu certabant.

<sup>13</sup> Waregi — Normanorum cohortes, nonnumquam Ruthenorum principum IX, X et XI s. stipendiarii fuerunt.

#### Pagina 122

<sup>1</sup> Rurik — stirpis Rurikoviorum Kijoviae ducum conditor.

<sup>2</sup> Fabulosus frater principis Rurik, qui in Ruthenorum chronicis ad Białe Jezioro a. 862 vel 865 consedissee fertur.

<sup>3</sup> Biełojezioro (Bielooziero) — castellum Ruthenorum ad Szeksna flumen prope lacum Białe, quod XIV s. translatus est in locum, quo nunc Biełoziersk oppidum a Moscovia versus septentriones situm est.

<sup>4</sup> Principis Rurik frater, nonnisi de nomine notus. — Zborsk: locus ignotus.

<sup>5</sup> Igor principis Rurik filius, Olegi successor (912–945).

<sup>6</sup> Ruthenorum gens, quae regionem a flumine Prypeć versus meridiem sitam inhabitabat.

<sup>7</sup> Nyszkina, in quibusdam Ruthenorum chronicis Miskina, quocum Olga ducissa bellum gessit.

<sup>8</sup> Ducissa Kijoviensis, Igor principis uxor, a. 969 obiit.

<sup>9</sup> Rurik principis nepos, Igor atque Olga ducum filius, ab a. 945 usque ad 972 regnavit.

<sup>10</sup> Ioannes Tzimiskes Byzantinorum imperator, qui ab a. 969 id est post eventus hic memoratos regnavit.

#### Pagina 123

<sup>1</sup> De Carpathis montibus hoc loco dicitur.

<sup>2</sup> Grak, Graccus — fabulosi Cracoviae conditoris nomen (Polonice Krak). Notitiam de Grak origine ab antiquis Gracchis trahenda Długossius e Vincentii Kadlubek chronicis sumpsit (Lib. I c. 7). In caeteris Polonorum chronicis vel Graccus et urbs Gracovia, vel Crac et Cracovia leguntur.

#### Pagina 124

<sup>1</sup> Gracchi — tribuni plebis, qui centum fere annis antequam res publica Romanorum collapsa est, propter rei agrariae reformandae studia in singularem gloriam venerunt.

<sup>2</sup> Tiberius Gracchus Caii frater anno 133 a. ae. interfectus est.

<sup>3</sup> Caius Gracchus in tumultu anno 121 a. ae. anno occubuit.

## Pagina 125

<sup>1</sup> Fabulam de dracone paululum mutatam Dlugossius e Vincentii Kadhubek chronicis descripsit.

## Pagina 127

<sup>1</sup> Krzemionki — colles qui trans Vistulam a Cracovia versus occidentem porriguntur — medio aevo Mons Lassotae vocati sunt.

<sup>2</sup> Enuntiatio: „nulla — vetustas” versum Ovidii, *Metamorphoseon* XV, 872 redolet, cf. L. Ma-  
dyda op. cit. p. 201.

<sup>3</sup> Krak nomen etiam in Bohemicis fabulis occurrit (Cosmas: *Chronicae Bohemorum* Lib. I c. 3) de quo tamen in Pulkavae *Chronicis Bohemorum* aliter scriptum est. Dlugossius Bohemicas et Polonicas fabulas secutus unam composuit narrationem, imprimis Pulkavae chronicis usus, quae pulcherrime descripta (exemplar in Bibl. Jagellonica) in manibus habuit.

<sup>4</sup> Libussa ducissa Bohemorum, Przemyśl uxor, ex fabulis tantum nota.

<sup>5</sup> Przemyśl — primus Bohemiae princeps, ex fabulis tantum notus, a quo regia stirps Premislidarum originem duxit.

<sup>6</sup> Comes Luxemburgensis, postea rex Bohemiae (25 X 1310—26 VIII 1346) regiae Luxemburgorum in Bohemia familiae parens. In Chronica magna Polonorum et in quibusdam posterioribus Bohemorum chronicis Caecus cognominatus.

<sup>7</sup> Venceslaus III, ex Premislidarum regia stirpe ultimus in Bohemia atque in Polonia regnavit (21 V 1305—4 VIII 1306).

<sup>8</sup> Oppidum in Moravia ad flumen Morava.

<sup>9</sup> Fabulosa castris Děvin domina, quae in Libussae locum successit.

<sup>10</sup> De Amazonibus fabulae apud Arabes et Europae occidentalis populos medio aevo narrabantur. Quae in extremis Europae finibus, Prussiae vicinis, regnum habuisse atque sine viris vixisse et bella gessisse ferebantur. In fabulis Bohemicis regnum Amazonum circa oppidum Děvin fuisse legitur.

## Pagina 128

<sup>1</sup> Fabulosam hanc Polonorum reginam Krak filiam, Vincentius Kadhubek, Mierzwa et auctor *Chronicae* magnae Polonorum commemoraverunt. De Vandae vita et rebus gestis a Dlugossio e Iustino haustis cf. C. Kumaniecki, *Podanie o Wandzie w świetle źródeł starożytnych*, Pamiętnik Literacki t. 22–23, 1926, p. 47 et sequentes. D. Turkowska: „Ślady lektury Justyna w „Historii Polski” Długosza, ibidem t. LIII z. 3, p. 174.

<sup>2</sup> Dlugossius Vincentium Kadhubek et Chronicam magnam Polonorum secutus de occisione unius de Craci filiis narravit, sed nomina fratrum commutavit. Apud Vincentium tamen Craci filius minor nomine Crac fratrem Lech occidit.

## Pagina 130

<sup>1</sup> Dlugossius Iustinum secutus fabulam de principe Rytygier Vandam in matrimonium ducere cupiente fabulae antiquiori adiunxit, specialiter autem verba: „nuptias — petituos” ex Iustini: *Historiarum Philippicarum Pompei Trogi epitoma* 18, 6 sumpsit. Cf. Kumaniecki, op. cit. p. 11.

<sup>2</sup> „Quod precibus ... confecturus”, cf. Iustinus 18,7.

## Pagina 131

<sup>1</sup> Verba: „Wąda — imperans” ex Vincentii Kadłubek chronicis Lib. I c. 7 a Długossio hausta sunt.

## Pagina 132

<sup>1</sup> Vandae tumulus in vico Clara Tumba (Mogila) ad Cracoviam, nunc intra fines urbis Nowa Huta, prominet.

<sup>2</sup> Vocem Vandalus, Vistulam significantem, a Vanda esse derivatam e Vincentii Kadłubek chronicis (Lib. I c. 7) Długossius exscripsit.

<sup>3</sup> Antiquissimum Tiberis nomen in Vergilii Aeneide occurrit. Quod Długossius vel a Livio (Lib. I, 3, 8) vel Martino Oppaviensi medio sumpsit.

<sup>4</sup> Tiberius Caesar (14–37 ae. n.) Miseni in Campania Romana obiit. Quod de Tiberis nomine mutato narratur, fide caret.

<sup>5</sup> Princeps Bohemiae ex fabulis tantum notus, Przemysł principis successor. Principum Bohemiae genealogia ex Aeneae Sylvii Piccolomini, *Historia Bohemiae* sumpta est.

<sup>6</sup> Fabulosus Bohemiae princeps, Nimislai ducis successor.

<sup>7</sup> Unisław, secundum Bohemicas fabulas Woyn vel Wojan principi successit. Pro „Wratisław” — „Wlastislav” dux Luczanorum esse debet.

<sup>8</sup> Grzymisław in antiquioribus Bohemorum chronicis ignotus. Nieklan secundum fabulas, principi Kresomysł successit, non est idem qui Grzymisław.

## Pagina 133

<sup>1</sup> Recte Tursko, campus, qui ab oppido Kralupy versus meridiem ad Weltawa flumen patet.

<sup>2</sup> Zderyk in antiquioribus Bohemiae chronicis ignotus, apud Aeneam Sylvium demum occurrit.

<sup>3</sup> De Serb During, principis Nieklan tutore, qui Wlastislavi filium occidit, ex Pulkavae chronicis Długossius hausit.

<sup>4</sup> Hoc loco Długossius erravit, qui palatinatus et provincias instituta sibi contemporanea, antiquitati ascripsit.

<sup>5</sup> Palatinus — primum comes palatinus seu principis vicarius, temporum decursu magistratus terrestris. Principum de stirpe Piast aetate palatini eorum vices in bello gesserant, saec. vero XIV et XV aliis officiis functi sunt. Antiquissimis Poloniae temporibus palatini non fuerunt.

<sup>6</sup> Comes palatinus cf. supra. Qui officia publica gerebant non pecunia sed beneficiis remunerabantur.

## Pagina 134

<sup>1</sup> Litterae salvi conductus auctoritate principis vel maioris magistratus munitae, quibus tutum iter peregrinis, legatis, mercatoribus et proscriptis intra fines regni vel ducatus praestabatur. Quod institutum temporibus a Długossio descriptis nondum erat in usu.

## Pagina 135

<sup>1</sup> Nomen Przemysł iam in quibusdam Polonorum chronicis, quae ante Długossium conscripta erant, occurrit.

<sup>2</sup> „Vani... apparatus”, cf. Livius VII, 17,5.

## Pagina 136

<sup>1</sup> „alienatis — sensibus” cf. Livius VII, 15.

<sup>2</sup> Przemislai (Lestconis) dolus ex Vincentii Kadlubek chronicis et ex „Mierzwa” chronicis haustus est. Notatu dignum, Dlugossium hoc loco plurimas sententias ac verba ex Livii opere sumpta inseruisse, cf. L. Madyda, *Wzory klasyczne w „Historii Polski” Dlugosza*, EOS, XLIX, 1957, z. 2. p. 179–180.

## Pagina 139

<sup>1</sup> Ecclesiast. XI, 5, verba non accurate hoc loco referuntur. Quae sunt: „Multi tyranni sederunt in throno et insuspicabilis portavit diadema”. Dlugossius vocem „tyranni” omisit.

## Pagina 141

<sup>1</sup> Carolus filius Caroli Magni, obiit 4 XI 811.

<sup>2</sup> Cf. adn. 5 p. 106. Quae ex Einhardi *Annalibus* (sub. a. 805) sumere potuit.

<sup>3</sup> Nomen loci in confinio Lotharingiae.

## Pagina 142

<sup>1</sup> Hungaros a Slavis originem duxisse Dlugossius e Chronica magna Polonorum hausit. Alii vero chronicorum auctores Hungaros et Hunnos unum esse populum existimant. Dlugossius aub anno 968 Pannonios Hungaros esse scripsit.

<sup>2</sup> Medii aevi rerum scriptores saepe Byzantinis Graecorum nomen imponebant.

<sup>3</sup> Pompilius — nomen fabulosi Polonorum principis antiquorum Romanorum nomina (Numa Pompilius) imitatur. Dlugossius ex opere Vincentii Kadlubek Pompilium sumpsit, quem eundem quem Popiel fuisse putavit.

<sup>4</sup> Quae de Slaviae Occidentalis terra, inter viginti Lestconis filios divisa, deque nominibus eorum Dlugossius scripsit, e Chronica magna Polonorum hausit; quae autem de singulis huius divisionis partibus persecutus est, ipse addidit.

<sup>5</sup> Quae a Rugiis tenebatur insula, singularis ac separata erat gentis Slavicae terra.

<sup>6</sup> Polaborum nomine gentes Slavorum vocabantur, quae inter flumen Albim, Mare Balticum, flumen Odram et fluvium Sprevam continebantur.

<sup>7</sup> Obodriti in Maris Baltici ora ab ostio fluminis Trava usque ad ostia fluminis Warnawa incolebant.

<sup>8</sup> Wagri — qui Polaborum terras incolebant longissime ad occidentem promotas.

<sup>9</sup> Baltici Maris hoc loco fit mentio.

<sup>10</sup> Havela — flumen in Brandenburgia, quod non procul a Havelberg in Albim influit.

<sup>11</sup> Buków (Bukkow) — antiquorum Slavorum portus, qui a Wismar oppido ad septentriones situs est.

<sup>12</sup> Dobin (Dobbin) — Slavorum castellum in provincia Mecklenburgensi, prope lacum Krakow.

<sup>13</sup> Mecklenburg (Mikilinburg) — unum ex potentissimis Obodritorum castris, principis sedes, Slavorum lingua probabiliter Mechlin appellatur.

<sup>14</sup> Lüneburg ad amniculum Ilmenau, a Hamburg ad meridiem spectat.

<sup>15</sup> Oldenburg in Wagria paeninsula situm, in X—XI s. chronicis Aldinburg vocatum, principale Wagrorum castellum.

<sup>16</sup> Raceburg a Lubeca meridiem versus, prope Ratzeburger-See situm, magnum Obodritorum castrum, principis sedes. A Slavis fortasse Raciąż vocabatur.

<sup>17</sup> Castrum Segeberg XII saeculo conditum, prope flumen Trava, a Lubeca in occasum solis versus iacens.

<sup>18</sup> Plön, Plune — Wagrorum oppidum in isthmo in lacu Plöner-See situm, in orientali regione provinciae Holstyn.

<sup>19</sup> Oppidum et portus Obodritorum prope vicum Ilow et oppidum Wismar situm.

<sup>20</sup> Castrum Obodritorum ad lacum Schweriner-See, nunc urbs in Mecklenburgia. A Slavis fortasse Swarzyn appellatur.

<sup>21</sup> Malechów, Germ. Malchow — castrum Obodritorum ad Flessen-See in Mecklenburgia.

<sup>22</sup> Nunc Rostock, olim Obodritorum castrum et portus.

<sup>23</sup> Kucin, Germ. Kessin, Obodritorum castrum prope Rostock in dextra Warnawa fluminis ripa.

<sup>24</sup> Werle, Wurle, Orla — a Rostock ad meridiem vergit.

#### Pagina 143

<sup>1</sup> Obodritorum princeps, anno 1160 obiit.

<sup>2</sup> Przybysław Niklot filius, Chyżanorum, Polaborum, Wagrorum princeps, Warcisław Nikloti filius Czreżpienianorum princeps.

<sup>3</sup> Saxonum et Bavarorum princeps (1129—1195).

<sup>4</sup> De Serborum, qui ad Albim flumen habitabant terra hoc loco dicitur.

<sup>5</sup> Ditivonia nomen regionis in laeva Albis fluminis ripa, ubi Drzewianie habitabant, e Chronica magna Polonorum sumptum. Ditivonia non est eadem regio quae Holsatia (Holstyn).

<sup>6</sup> Hoc nomine urbs Brandenburg lingua Lusatica appellatur. Quae antea a Slavis Brenna vocari poterat.

<sup>7</sup> Międzyborze et Magdeburg idem locus hic habetur. Sine dubio tamen de Merseburg oppido agitur.

<sup>8</sup> Daley, Dalemberg ad Albim flumen prope Lüneburg.

<sup>9</sup> Wismar (Slavorum lingua Wyszomir) oppidum et portus Obodritorum. Filiorum Lestconis nomina, quae hic afferuntur, commenticia sunt. Qui omnes inventi sunt nec vere vixerunt.

<sup>10</sup> Brema nominis origo a „brzemię” non est ducenda.

<sup>11</sup> Lüneburg — cf. adn. 14. p. 142. Quod nomen a luna deductum esse, fortasse a sermone incolarum eius loci cognovit.

## Pagina 144

<sup>1</sup> Lübow — castrum Obodritorum proxime ipsum Mecklenburg situm. Inde Dlugossius ambo castra eadem esse perperam iudicat.

<sup>2</sup> Miklon nomine Niklot princeps Mecklenburg castri et oppidi conditor vocatur. Magnopolis nomine Mecklenburg numquam appellabatur.

<sup>3</sup> Rów — oppidum ad Rostock.

<sup>4</sup> Wustrow — antiquum nomen Slavicum, fortasse Święty Ostrów, portus et castrum in antiquis Pomeraniae Occidentalis et Mecklenburgiae terminis.

<sup>5</sup> Tessin ad Rzeknica flumen (Germ. Reknitz) a Rostock ad ortum solis iacet.

<sup>6</sup> Uterque locus incertus.

<sup>7</sup> Trzebieszowo — oppidum a Rzeknica versus orientem situm.

<sup>8</sup> Czasny et Wolimiecz — nomina non reperta.

## Pagina 146

<sup>1</sup> Quod inter Germanorum nomina antiqua frustra quaeras, nisi quod similia tamen inveniuntur, quae sunt: Ascarich, Ascherich. In narratione de Popiel componendo Dlugossius quibusdam chronicorum Polonorum locis usu.

## Pagina 148

<sup>1</sup> Cuius nominis forma antiquissima Chosischo vel Chossistco apud Gallum Anonymum legitur; quod cognomen vulgare fuit a voce *chwoist* vel *chost* confictum.

## Pagina 151

<sup>1</sup> „Plus quam Punica fraude”, cf. Livius XXI, 4.

## Pagina 152

<sup>1</sup> „Dimidium animae meae”, cf. Horatius, *Carm.* I, 3.

## Pagina 153

<sup>1</sup> „Spacium declivis Olimpi” ex Ovidii *Metamorph.* VI, 487.

## Pagina 154

<sup>1</sup> E Bibliis nota regis Sidoniorum filia, Achab regis Israel uxor, femina dissolutissima.

<sup>2</sup> Achab, Ahab rex Israel, qui secundum Sacram Scripturam cultus paganorum in Israel induxit.

## Pagina 155

<sup>1</sup> In mythologia nota Phrygiae regina, quae liberos suos necavit; cuius sceleris poenam luens in monstrum mutata est.

<sup>2</sup> Rex Assyriae (668–625 ae. a.).

<sup>3</sup> Mors Popiel, qui a muribus devoratus esse fertur, ex antiquissimis Polonorum gestis notissima.



Quae fabula iam ante Dlugossium in chronicis Galli Anonymi, Vincentii Kadhubek, in Chronica magna Polonorum, Chronica Polono-Silesiaca legebatur.

Pagina 156

<sup>1</sup> De Arnulpho imperatore, Carlomani filio (887–899) a pediculis devorato e chronicis Ptolomaei de Lucca (in Bibliothecae Jagell. manuscripto 444 f. 278), ex annalibus Poloniae Minoris atque ex Boccaccii *De casibus virorum illustrium* (Bibl. Jagell. incun. 1505 p. 266) Dlugossius hausit.

<sup>2</sup> Recte Phaethon, in Graecorum mythologia solis filius.

Pagina 158

<sup>1</sup> Piast — persona fabulosa — regiae stirpis in Polonia progenitor. De quo Dlugossius scripsit Gallum Anonymum, Vincentium Kadhubek et Chronicam magnam Polonorum secutus; nonnulla ipse addidit.

<sup>2</sup> Nomen Piast vario modo explicatur: nutritor, principis liberorum tutor, magister vel Ruthe-norum „kormilec”. Quod nomen nullo pacto a modiollo (Polonice *piasta*) deductum esse potest. Inter antiquissima Polonorum nomina Piast non invenitur, stirpi regiae, quae medio aevo in Polonia regnabat non nisi XVII s. nomen „Piasti” inditum est, quod antecedentibus saeculis in usu non erat.

Pagina 159

<sup>1</sup> Inter antiquissima Polonarum nomina, hoc nomen ignoratur. S. XIII non nisi nomen masculinum Rzepoch vel Repoch notatur.

<sup>2</sup> Postrzyżyny — antiquissimus Slavorum ritus, cum puero septenni (in Polonia) vel etiam minori (2–3 annos nato in Russia) capilli tondebantur, qui e matris tutela in nutritoris tutelam perveniebat. Qui mos apud multos populos primis medii aevi saeculis exstitisse invenitur; in Poloniam ante XI saec. e Russia inductus non valuit nisi in principum familiis; neque ab omni parte pro gentili habebantur, cum in Russia tonsurae principum filiorum etiam episcopi interesse solerent.

Pagina 160

<sup>1</sup> Elias — propheta Veteris Testamenti X saec. a. ae.

<sup>2</sup> Sarepta — oppidum Phoenicum inter Sidonem et Tyrum situm, nunc vicus Surafend.

<sup>3</sup> Propheta Veteris Testamenti (circa 896–840 a. ae.).

<sup>4</sup> Oppidum in media Palaestina in monte eiusdem nominis situm.

<sup>5</sup> Antiquum nomen Polonicum, quod in scriptis historicis s. XIII „Siemowit” legitur, a voce Polonica „siem”, quae familiam vel stirpem significat, confictum est. (Eadem radix inest nomini Siemomysł.)

<sup>6</sup> Festum Ioannis et Pauli martyrum die 26 Junii celebratur.

<sup>7</sup> De vidua et de miraculo ab Elia patrato narratio ex Lib. Regum IV, 4, 1–7 sumpta est.

<sup>8</sup> De Abrahamo angelos invitante e Vetere Testamento sumptum est.

## Pagina 161

<sup>1</sup> Inde ab hoc loco *Annalibus* supplementa quaedam inseruntur, quae omnia Dlugossii manu scripta, e Martini Oppaviensis (Martini Poloni, ed. Monum. Germ. Hist., SS t. XXII) et ex *Historia ecclesiastica* Ptolomaei de Lucca (ed. Muratori, Rerum Italicarum Scriptores, t. XI) hausta sunt. Huius auctoris nomen Tholomeus de Lucca fuisse nunc statuitur, nos autem — confusionis evitandae causa — Ptolomaeum illum nominamus, Muratorium atque Semkowiczium secuti. Martini et Ptolomaei scriptis Dlugossius usus est compilatione quadam, quae adhuc ignota est, media; quam a. 1470 sibi e Vratislavia a quodam missam accepit. Qua de compilatione nonnulla hausit atque operi suo iterum descripto inseruit, multis rerum, personarum, temporum sim. erroribus scatentia.

<sup>2</sup> Agapitus II papa a. 946 electus, 4 XII 955 obiit.

<sup>3</sup> Ioannes XII (Octavianus filius Alberici) papa 16 XII 955 electus et 4 XII 963 pontificatu spoliatus.

<sup>4</sup> Otto I de gente Saxonica, Romanorum imperator a 2 II 962, obiit 7 V 973.

## Pagina 162

<sup>1</sup> De Piast principe electo in Chronica magna Polonorum legitur, in aliis vero chronicis Polonorum Semovitus primus princeps nominatur.

<sup>2</sup> De crepidis corticeis a rustico in principem electo in curiam apportatis in Cosmae chronicis primum legitur (Lib. I c. 7).

## Pagina 164

<sup>1</sup> Vitam Sancti Remigii, archiepiscopi Rhemensis, Francorum apostoli, qui a. 532 mortuus est, Venantius Fortunatus conscripsit.

<sup>2</sup> Reims — urbs in Galliae orientalis media fere parte.

<sup>3</sup> Vitam Sancti Germani episcopi Antisiodorensis (Auxerre), (378–448) a Herico ecclesiae illius scholastico s. IX conscriptam Iacobus de Voragine in *Legendam Auream* induxit.

## Pagina 165

<sup>1</sup> Fabula de subulco regum Britanniae progenitore e descriptione miraculorum S. Germani, vel potius e *Legenda Aurea* sumpta est.

<sup>2</sup> Enuntiationes: „Frigoris — excubabat” atque „habitus suus — equabatur” fere ad verbum e Titi Livii *Ab Urbe condita* XXI 4 haustae sunt, cf. L. Madyda op. cit. p. 189.

## Pagina 166

<sup>1</sup> Semovitum anno 921 Poloniam gubernare coepisse a Dlugossio fictum est.

<sup>2</sup> Qui annus false affertur, nam Arnulphus a. 887 diademate imperiali ornatus est.

## Pagina 167

<sup>1</sup> Rostislaus (Rościsław) princeps Magnae Moraviae a. 846–870 regnavit.

<sup>2</sup> Swantopolcus (Świętopelk), Rostislai fratris filius, a. 894 obiit.

<sup>3</sup> Kocel princeps Slavorum in Pannonia, mortuus circa a. 875.

<sup>4</sup> Michael III Metystes ab a. 842 Byzantinorum imperator, anno vero 867 imperio privatus est.

<sup>5</sup> Methodius monachus Graecus Thessalonica oriundus, Magnae Moraviae et Pannoniae apostolus, Sacram Scripturam aliaque opera in linguam Slavicam (adiuvante etiam Constantino) vertit, liturgiae (ritus Slavici) auctor fuit, archiepiscopali dignitate praeditus Moraviae et Pannoniae dioecesim gubernavit. Obiit 6 IV 885.

<sup>6</sup> Constantinus, Methodii frater, apostolus Cyrilli nomen assumpsit, Romae 14 II 869 mortuus est.

<sup>7</sup> Velehradum archiepiscopalem sedem fuisse archeologi novissimis temporibus demonstrasse videntur.

<sup>8</sup> Constantinus et Methodius Romam mense Decembri anni 867 vel 868 venerunt. Hoc loco fortasse de ritu Slavico a papa Hadriano II confirmato dicitur. De cardinalium autem sententia nihil constat.

#### Pagina 168

<sup>1</sup> Annus 952 hic falso affertur.

<sup>2</sup> Nomen Siemomysl in Polonia saec. XIII primum occurrit. Cf. adn. supra de „Siemowit”.

<sup>3</sup> Benedictus V, 22 V 964 papa creatus, 23 VI eiusdem anni pontificatu privatus, 4 VII 966 in Germania mortuus est.

<sup>4</sup> Leo VIII papa 4 XII 963 electus, 6 XII coronatus, obiit mense Martio 965.

#### Pagina 169

<sup>1</sup> Mesconem caecum natum fuisse in Galli Anonymi chronicis Lib. I, c. 4, nec non in Vincentii Kadłubek opere Lib. II, c. 8 atque in Chronica magna Polonorum traditur.

#### Pagina 170

<sup>1</sup> Mieszko nominis etymologia a voce Polonica *zamieszka* deducta ex chronicis Vincentii Kadłubek Lib. II, c. 9 sumpta est, quae etiam in Chronica magna Polonorum c. 10 repetitur. De primi principis Poloniae nomine Polonorum historiae periti multum disputabant. Dlugossius hoc loco nomen Mieczslaw a nomine Mieszka deductum putavit. Sed in *Annalium* Lib. II in illius principis baptismate nomen barbarum Mieszka in Mieczslaw commutatum esse scripsit. Sed neque nomen Mieczslaw neque Mieczysław inter Polonorum nomina inventum est; Mietslaw vel Mieczslav inde a XIII occurrit saeculo.

<sup>2</sup> Cf. adn. 1.

#### Pagina 171

<sup>1</sup> Numerus septem medio aevo continuam seriem per imaginem significare putabatur; hoc loco autem de continua principum progenie agi videtur.

<sup>2</sup> Annus mortis et funeris Siemomysl commenticius est.

## Pagina 172

<sup>1</sup> Ioannes XIII papa 1 X 965 coronatus, 6 IX 972 obiit.

<sup>2</sup> Textus hoc loco evidentissime corruptus est neque constat, ad quid spes illa referenda sit.

## Pagina 173

<sup>1</sup> Hostwit, Hostiwit apud Pulkavam, Gostiwit apud Cosmam — princeps Bohemiae, Nieklan filiorum maior. Quae omnia ex Aeneae Sylvii *Historia Bohemiae* sumpta sunt.

<sup>2</sup> Kuřim regio a Praga versus orientem, quae sedes est una ex vetustioribus regni Bohemiae, quod medio aevo erat.

<sup>3</sup> Borzywoj I, Gostiwit successor, post s. IX medium vixit.

<sup>4</sup> Methodius archiepiscopus Moraviensem et Pannoniensem dioecesim gubernavit.

<sup>5</sup> Sancta Ludmilla, comitis Sławibor filia, Borzywoj I uxor, iubente Drahomira trucidata est.

<sup>6</sup> Sławibor comes Bohemiae in castro Mielnik sedem habuit.

<sup>7</sup> Spitygniew, Borzywoj I filius brevi tempore regnavit. Cui successit Wratislaus I, qui 13 II 921 mortuus est.

<sup>8</sup> Drahomira, Wratislai I uxor, Stodoranorum ducissa.

<sup>9</sup> Sanctus Venceslaus princeps Bohemiae, inter filios Wratislai I natu maximus, in castro Stary Bolesławiec 28 IX 929 trucidatus est.

<sup>10</sup> Boleslaus Crudelis princeps Bohemiae (935 – 15 VII 967). Omnes, quae supra enumerantur, personae, ex Pulkavae *Chronicis Bohemorum* exceptae sunt.

## Pagina 174

<sup>1</sup> Tempus false allatum, cf. adn. 9, p. 173.

<sup>2</sup> Otto I imperator continua fere cum Boleslao I Bohemorum principe bella a. 936–950 gessit.

## Pagina 175

<sup>1</sup> Boleslai I, principis Bohemorum filia, Mesconis I uxor. Cuius nomen recte Dobrawa vel Dubrawka esse debet, sed XV iam saeculo forma nominis Dąbrówka in usum venit. Cuius nuptiarum tempus, a. 965 atque obitus a. 977 notum est.

## Pagina 177

<sup>1</sup> Adelaida, „Biała knegini” Mesconis I soror, Geyzae Hungariae principis uxor, sollertem operam ad propagandam in illa terra religionem christianam contulisse fertur. Obiit post annum 995 vel 997.

<sup>2</sup> Leo VIII papa, mense Martio anni 965 mortuus est (cf. Lib. I adn. 4 p. 168).

<sup>3</sup> Stephanus VII papa a mense Maio 896 ad Iulium 897 gubernavit. Quae hoc loco de Stephano VII et Ioanne XIII leguntur, ex Ptolomaei de Lucca *Hist. ecclesiastica* hausta sunt.

## Pagina 178

<sup>1</sup> De ludis rusticis „*topienie balwana*” (id est submersio idoli) appellatis dicitur.

## Pagina 179

<sup>1</sup> Ecclesia cathedralis Cracoviensis tres patronos habet: S. Venceslaum, S. Salvatorem et S. Stanislaum.

<sup>2</sup> Primatialis archiepiscoporum Gnesnensium dignitas in Polonia XV–XVI saeculo firmata est. De qua re plurimum historiae periti disserebant.

<sup>3</sup> Episcopatus Posnaniensis ante a. 1000 ad fidem Christianam propagandam erectus est.

<sup>4</sup> Smogorzew ad Namysłów et Ryczyn ad Brzeg episcoporum Silesiae sedes fuisse in operibus s. XIV exeunte scriptis leguntur. Quae ita esse poterant tempore paganorum rebellionis post a. 1039 factae ante autem Ecclesiae Christianae a. 1050–1051 restitutionem.

<sup>5</sup> Episcopatus in Kruszwica Mesconis II temporibus constitutus esse fertur. Cuius fines non nisi circa a. 1075 circumscribi potuerunt. Quae dioecesis s. XII noviter factae dioecesi Vladislaviensi incorporata est.

<sup>6</sup> Vladislaviensis dioecesis Boleslai Krzywousty temporibus constituta est.

<sup>7</sup> Plocensis dioecesis Boleslai Audacis vel successoris eius temporibus est constituta.

<sup>8</sup> Culmensis episcopatus (dioecesis) anno 1243 constitutus est, ecclesiam cathedralem primus eiusdem episcopus Heidenricus erexit, non in Culm sed in Chelmża (castellum Łoza, Culmsee).

<sup>9</sup> Lubucensis episcopatus a legato Aegidio circa a. 1124 creatus est. Ecclesia cathedralis S. Adalbertum, non vero S. Joannem patronum habuit.

<sup>10</sup> Episcopatus Caminensis (in Kamień Pomorski) anno 1140 in Wolin creatus est et anno 1176 in Kamień translatus. Ecclesia cathedralis sub titulo S. Ioannis.

<sup>11</sup> Non Byczyna sed Ryczyn ad Brzeg.

<sup>12</sup> Ecclesia cathedralis Crusviciensis primum titulum S. Viti, et deinde S. Petri habuit. Ecclesia Vladislaviensis — titulum S. Trinitatis.

<sup>13</sup> Ecclesia Culmensis sub titulo S. Trinitatis.

## Pagina 180

<sup>1</sup> Primus Gnesnensis archiepiscopus ab anno millesimo Radzim-Gaudentius, S. Adalberti frater fuit. Dlugossius ideo erravit, quia in *Annalibus capituli Cracoviensis* primo loco Vilihaldus (non vero Vilibalinus i. e. Vilhelmus) archiepiscopus Moguntiae (qui anno 968 obiit) positus est.

<sup>2</sup> Prohorius, Prohor, initio antiquissimi catalogi episcoporum Cracoviensium enumeratus, an vere exstiterit, incertum est. Sunt qui coniectaverunt Prohorium episcopum ritus Slavici in terra Wislanorum in regno Magnae Moraviae ante a. 900 vel etiam a. 885 fuisse. Primus episcopus Cracoviensis, qui in antiquis litteris invenitur, Poppo fuit.

<sup>3</sup> Jordanus primus totius Poloniae episcopus, missionarii munere fungens, fortasse Posnaniae habitavit. Obiit anno 982. Anno 1000 successor eius Unger (obiit a. 1012) episcopus Posnaniensis fuit.

<sup>4</sup> Primus Vratislaviensis episcopus, ex antiquis litteris notus, Ioannes fuit, omnes tamen episcoporum catalogi primi episcopi nomen Hieronymum fuisse tradunt (1050–1051–1062). Sed Dlugossius hoc loco episcopos Vratislavienses eo enumeravit ordine, quem in vitis eorum a se compositis sequitur (*Opera omnia* t. I p. 443 et sequentes) aliis etiam sine dubio fontibus usus.

<sup>5</sup> Lucidi nomen ex Volboriensi catalogo episcoporum Vladislaviensium exceptum est. Primus Vladislaviensis episcopus, iam XII saeculo notus, Swidger fuit.

<sup>6</sup> Angelotus primus Plocensis episcopus in antiquis litteris non invenitur, qui tamen in Dlugossii episcoporum Plocensium vitis affertur.

<sup>7</sup> Primus Culmensis (Prussiae) episcopus Heidenrici nomen gessit.

<sup>8</sup> Primus in Kamień episcopus Adalbertus, missionis S. Ottonis Bambergensis socius putatur. Sed nonnisi eius successor in litteris antiquis invenitur.

<sup>9</sup> Primus Lubucensis episcopus Bernardus vocabatur.

<sup>10</sup> Swentoslaus (Świętosław) princeps Kijoviae (957–972), Rurici nepos.

<sup>11</sup> Vastissimum Chazarorum imperium in amnis Wolga ostii regione, in Caucaso septentrionali atque in Chersonesi Tauricae parte quadam VIII–X s. iacebat.

<sup>12</sup> Castrum Chazarorum Bialowieża = Sarkel, ad inferiorem Don fluminis cursum situm.

<sup>13</sup> Gilon de Toucy, cardinalis — episcopus Tusculanus, legatus apostolicus in Poloniam et Hungariam. In Polonia a mense Aprili 1123 ad mensem Maium 1124 vel etiam — secundum quosdam viros doctos — ab anno 1125 usque ad 1128 commoratus est. Non Ioannis XIII, sed Calixti II papae legatus fuit.

#### Pagina 182

<sup>1</sup> Quae hoc loco ad historiam Bohemiae spectant ex Aeneae Sylvii *Hist. Bohemiae* sumpta sunt.

<sup>2</sup> Boleslaus I Crudelis 15 VII 972 obiit.

<sup>3</sup> Boleslaus II Pius princeps Bohemiae (15 VII 972 – 7 II 999).

<sup>4</sup> Stracikwas — Christianus, secundus Boleslai I Crudelis filius monachus in monasterio S. Emmerami Ratisbonae fuit.

<sup>5</sup> Oppidum ad Danubium flumen, sede episcopali et veterrimo in Germania monasterio (s. VII) ordinis S. Benedicti clarum.

<sup>6</sup> Mlada-Maria, Boleslai II Pii soror, abbatissa virginum ordinis s. Benedicti in monasterio S. Georgii Pragae.

<sup>7</sup> Yesse-Geyza princeps Hungariae, obiit 1 II 997. Hoc caput e *Chronica Hungaro-Polona* c. 3, (*Mon. Pol. Hist.* t. I p. 498–499) haustum est.

<sup>8</sup> Cf. Lib. I adn. 12 p. 69. Alio loco Dlugossius Pannonios Slavos fuisse scripsit.

<sup>9</sup> Nomen primae uxoris Geyzae ignoratur.

#### Pagina 184

<sup>1</sup> Stephanus I rex Hungariae (997 – 15 VIII 1038 a.). natus est a. 965 vel 975.

<sup>2</sup> Cf. *Chronica Hungaro-Polona* c. 4.

#### Pagina 185

<sup>1</sup> Sarolta filia Gyulae, qui orientali parti Hungariae praefuit. Saroltam S. Stephani matrem fuisse in *Chronicis Budensibus* legitur.

<sup>2</sup> Gyula Transsilvaniae palatinus, medio s. X vixit.

<sup>3</sup> Stephanus VII papa (896–897) Bonifacio VI (qui 15 tantum dies pontifex fuit) successit.

<sup>4</sup> Martinus III papa a mense Octobri anni 942 ad mensem Aprilem 946 ecclesiam gubernavit.

#### Pagina 186

<sup>1</sup> De Petro Urbis praefecto nihil certi constat. De pontificatus Ioannis XIII tempore cf. Lib. I adn. 1 p. 172.

<sup>2</sup> Campania Romana — hoc nomine Italiae provinciam quandam, Romae adiacentem, antiquiam vocabant.

<sup>3</sup> De prima expeditione Swentoslai contra Bulgaros circa a. 969. Quae omnia ex *Powiest' wriemiennych let* excepta sunt.

<sup>4</sup> Pieczenegi nomades, origine Tiurica, per loca deserta ab inferiore Danubio ad Chersonesum Tauricam atque in Ponti Euxini ora X–XI s. vagabantur.

<sup>5</sup> Jaropelk (Jaropolcus) Swentoslai principis Kijoviensis filius, obiit anno 980.

<sup>6</sup> Oleg — Jaropolci frater et Swentoslai filius a. 977 obiit. Vladimirus vide infra.

<sup>7</sup> Otto II, filius Ottonis I, rex Germaniae a 26 V 961, imperator Romanorum a 25 XII 967, obiit 7 XII 983.

<sup>3</sup> Primus Gnesnensis archiepiscopus, cf. adn. 1 p. 180.

<sup>9</sup> Hatto II non Gnesnensis, sed Moguntinus archiepiscopus (annis 968–970) fuit.

#### Pagina 187

<sup>1</sup> Quae ex *Chronico Universali* sumpta sunt.

<sup>2</sup> Vladimirus Magnus (Sanctus), princeps Kijoviae, Swentoslai filius (978–1015). De terris Russiae Swentoslai filiiis divisus in nullis chronicis Russiae legitur.

<sup>3</sup> Rupertus Moguntiae archiepiscopus 13 I 975 a. mortuus est.

<sup>4</sup> Agapitus II papa ab 946 pontificatum gessit, cf. Lib. I adn. 2 p. 161. Quae hoc loco leguntur, ex Ptolomaei de Lucca *Hist. Eccles.* excepta sunt.

<sup>5</sup> Berengarius II rex Longobardorum in Italia (950–963) imperatoris Ottonis I contemporaneus.

#### Pagina 188

<sup>1</sup> Dux Lotharingiae Gisebert (Albrada) contra Ottonem I anno 938 vel 939 seditionem movit.

<sup>2</sup> Thankmar frater germanus Ottonis I, natus ex Hatheburga, quae prima Henrici I uxor fuit.

<sup>3</sup> Castrum Eresburg (nunc Obermarsberg) ad flumen Diemel, ab Ottone I anno 938 expugnatum est.

<sup>4</sup> De Swentoslai in Bulgaros expeditione hoc loco dicitur (971–972). Quibus Byzantini auxilio venerunt. Quae Dlugossius ex *Powiest' wriemiennych let* hausit atque paulum mutavit.

<sup>5</sup> Kura Pieczenegorum princeps Swentoslaum a. 972 occidit.

<sup>6</sup> Magdeburg Parthenopolis saepe in fontibus s. X vocatur. Quod nomen e quadam vita S. Adalberti depromptum est. Magdeburg urbs ad Albim flumen in antiqua provincia Saxoniae.

<sup>7</sup> Otto I in ecclesia metropolitana in Magdeburg 3 vel 4 VI 973 sepultus est.

<sup>8</sup> Ecclesia metropolitana Magdeburgensis sub titulo S. Mauritii. Cuius episcopus primas non fuit, nam in Germania primatis dignitas in usu non fuit. Anno 968 archiepiscopatus Magdeburgensis creatus est.

#### Pagina 189

<sup>1</sup> Antequam episcopatus Pragae constitutus est (976), Bohemia et Moravia a Germanicis episcopis Pataviensibus et Ratisbonensibus administrabantur. Ab anno 976 episcopi Pragenses archiepiscopis Moguntiae subiecti erant. Quae hic de gestis Dobrawae afferuntur ex annalibus „Traska” sumpta sunt (*Mon. Pol. Hist.* t. II p. 828).

<sup>2</sup> Ecclesia metropolitana Pragae sub titulo S. Viti. Primam ecclesiam S. Venceslaus aedificavisse fertur circa a. 930, cuius ordo ac structura s. XI mutata est.

<sup>3</sup> Dietmar, Detmar — primus Pragae episcopus, principis Boleslai II capellanus, origine Saxo (975–982).

#### Pagina 190

<sup>1</sup> In fine capituli de actis Romanorum pontificum quaedam ex opere Boccacii, *De casibus...* hausta esse I. Zarębski animadvertit (cf. *Problemy wczesnego Odrodzenia w Polsce*, Odrodzenie i Reformacja w Polsce t. II, 1957).

<sup>2</sup> Qui anni false hic afferuntur. Agapitus II mense Decembri a. 955 mortuus est; de Ioanne XII cf. Lib. I adn. 3 p. 161.

<sup>3</sup> Albericus, Albertus, Ioannis XIII papae pater a patricia Crescentiorum familia oriundus. Ioannis XII (Octaviani) pater alius Albericus, patricius Romanus fuit.

#### Pagina 191

<sup>1</sup> Ioannes XIII tunc (ab a. 965) papa fuit.

<sup>2</sup> Cathedra Piscatoris idem est quae apostoli Petri, qui piscator fuit et Sedem Apostolicam significat. Unde ab antiquissimis temporibus anulus Piscatoris, i. e. Petri, nomen suum cepit.

<sup>3</sup> Berengarius II cf. adn. 5 p. 187.

<sup>4</sup> Jaropolcus, Swentoslai filius, obiit a. 980.

<sup>5</sup> Quo castrum Warasz positum sit, ignoratur.

<sup>6</sup> De Vladimiro Magno hoc loco dicitur, cf. adn. 2 p. 187.

<sup>7</sup> Blud, Jaropolci consiliarius, quem postea deseruit atque ad Vladimiri partes transiit.

<sup>8</sup> Jaropolci uxor Vladimiri Magni concubina fuit. Haec ex *Powiest' wriemiennych let* sumpta sunt.

<sup>9</sup> Die 28 mensis Octobris (28 X).

#### Pagina 192

<sup>1</sup> Dubrawka obiit a. 977. Quae de ea Dlugossius ut minus decora tradidit, e Cosmae chronicis Lib. I c. 27 hausit.

<sup>2</sup> Izjaslaus, Vladimiri Magni et Rogniedae filius, dux Polocensis, mortuus a. 1001.



<sup>3</sup> Mstislaus, supra dictorum filius circa a. 1036 obiit.

<sup>4</sup> Jaroslaus Sapiens, Vladimiri Magni et Rogniedae filius, dominabatur Kijoviae annis 1019–1054, antea vero urbium Rostow et Nowogrod Wielki princeps fuit.

<sup>5</sup> Wsiewołod, princeps Vladimiriensis, supra dictorum filius, ante annum 1015 e vita decessit.

<sup>6</sup> Vladimiri Magni filiae Przeclawa (Presława) et Dobrogniewa.

<sup>7</sup> Nomen Graecae, quae Jaropolci et postea Vladimiri Magni uxor fuit, ignoratur.

#### Pagina 193

<sup>1</sup> Swantopolcus (Świętopełk) Vladimiri Magni filius, vel potius Jaropolci postumus, postea princeps in Turow.

<sup>2</sup> Tertia Vladimiri Magni uxor, non Bohemica sed Graeca origine, Anna imperatoris Byzantini filia, anno 1011 e vita migravit.

<sup>3</sup> Wiaczesław, Vladimiri Magni et Annae filius, princeps Novogrodensis, a. 1010 obiit.

<sup>4</sup> Quarta et ultima Vladimiri Magni uxor, origine Bulgara, ignoti nominis.

<sup>5</sup> Swentoslaus, Vladimiri Magni et (ignotae) Bulgarae filius a. 1015 obiit.

<sup>6</sup> Bulgara ultima Vladimiri Magni uxor fuit, quintam uxorem non duxit.

<sup>7</sup> Borys et Gleb Vladimiri Magni et Bulgarae filii; alter in Murom, alter in Rostow principes fuerunt. Ambo a. 1015 occiderunt.

<sup>8</sup> Otto II imperator Romae anno 967 a Ioanne XIII diademate imperatorio ornatus est. Dlugossius Martinum Oppaviensem secutus falso hoc factum retulit.

<sup>9</sup> Qui mos quo tempore sit institutus parum constat; sed antiquus fuisse videtur, qui quidem XV saeculo iam exolescebat. Quae Dlugossius hoc loco temporum ratione neglecta retulit.

#### Pagina 195

<sup>1</sup> Dietmar anno 982 e vita decessit, cf. adn. 3 p. 189.

<sup>2</sup> Consecratio S. Adalberti in episcopum Pragensem 29 VI 983 celebrata est.

<sup>3</sup> Sławnik — S. Adalberti pater, de stirpe Slaunicidorum ducum in Libice.

<sup>4</sup> De Strzeżysława nihil certi demonstrari potest.

<sup>5</sup> Nomen Wojciech e lingua Bohemica originem duxisse opinatur Dlugossius. Cuius nominis forma Woytech, Woicech in lingua quoque Polonica in usu erat. Explicatio nominis a Dlugossio allata, e vita S. Adalberti auctore Brunone de Querfurt sumpta est.

<sup>6</sup> Adalbertus Magdeburgensis archiepiscopus (986–981). Adalberti nomen in confirmatione Sancto nostro impositum est.

#### Pagina 196

<sup>1</sup> Quae iam pridem relata sunt, hoc loco repetuntur, nonnullis etiam aucta, quae e chronicis Martini Oppaviensis et ex *Hist. ecclesiastica* Ptolomaei de Lucca sumpta sunt, praecipue quae ad duorum cardinalium fata pertinent.

#### Pagina 197

<sup>1</sup> Ottonis I in Italiam expeditionis hoc loco fit mentio. Otto I a Ioanne XII diademate imperatorio ornatus est.

<sup>2</sup> De Alberto Berengarii II filio nihil certi demonstrari potest.

<sup>3</sup> Quae Adelaida appellabatur, Rudolphi II Burgundiae et Italiae regis filia, Lotharo a. 947 nupta.

<sup>4</sup> Nuptiae Ottonis I cum Adelaida Paviae a. 952 celebratae sunt.

<sup>5</sup> Marchia, Marca — pars orientalis orae maritimae Italiae, quo portus Pesaro et Ancona positi sunt.

<sup>6</sup> Tarvisia, Tarvisium in provincia Udine.

<sup>7</sup> Verona in septentrionali Italiae parte sita est.

<sup>8</sup> Secundus Plocensis episcopus non Martialis, sed Vitus fuit. Martialis in Dlugossii catalogo episcoporum Plocensium enumeratur.

<sup>9</sup> De Benedicti V papae electione atque quomodo papatu cedere coactus sit, cf. adn. 3 p. 168.

<sup>10</sup> Hamburg.

#### Pagina 198

<sup>1</sup> Rursus de coronatione, quae vocabatur, Ottonis II falso refertur, cf. adn. 8 p. 193.

<sup>2</sup> Otto I in Memleben 7 die Maii a. 973 vivere desiit. Textus e chronicis monasterii in Brunwillar compendiario allatus.

<sup>3</sup> Antiqua ecclesia ordinis S. Benedicti tituli S. Mauritii in Magdeburg in cathedralem ecclesiam conversa est.

<sup>4</sup> Primus Vratislaviensis episcopus XI saeculo medio gubernavit, cuius nomen et tempus obitus ignoratur.

<sup>5</sup> Secundus Vratislaviensis episcopus (s. XI medio) non Urbanus I sed Ioannes fuit.

<sup>6</sup> Secundae uxoris Boleslai Chrobry nomen et origo ignorantur. Quae Dlugossius hoc loco retulit, ex annalibus dictis „Kraśniński” posteriore tempore scriptis hausit.

<sup>7</sup> Boleslaus Chrobry non prius quam a. 986 uxorem Hungaram ducere potuit.

#### Pagina 199

<sup>1</sup> Quae ex *Chronico Universali* sunt excepta, atque diversis in chronicis diversis temporibus referuntur. De coronatione, quae dicebatur, Ottonis II supra disputavimus, cf. adn. 1 p. 198.

<sup>2</sup> Theophano (circa 955–991) Romani II imperatoris Byzantini filia, Ottonis II uxor, Ottone III puero in Germania regnavit. Cuius nuptiae cum Ottone II Romae 14 IV 972 a. celebratae sunt. Quae omnia Dlugossius e chronicis monasterii in Brunwillar sumpsit.

<sup>3</sup> Otto III rex Germaniae 25 XII 983 a., corona imperiali ornatus 21 V 983 a., obiit 23 I 1002.

<sup>4</sup> Mathilda filia Ottonis II a. 1025 e vita migravit.

<sup>5</sup> Lotharius Franconiae rex de stirpe Carolingorum (954–980). Expeditio in Lotharium a. 978 facta est.

<sup>6</sup> Calabria, paeninsula atque provincia in Italia meridionali.

<sup>7</sup> Otto II obiit Romae 7 XII 983. Sepultus in basilica S. Petri, non novem, sed decem annos regnavit.

<sup>8</sup> 21 V 996 Gregorius V papa cognatum suum Ottonem III imperatorio diademate ornavit.

<sup>9</sup> Premisla (Polonice Przemyśl) cf. Lib. I adn. 6 p. 111 De finitimis castris a Polonis occupatis

multum viri docti disputaverunt. De castro Peremyl in Volhynia (s. X), non vero de castro Premislia ad San flumen hoc loco dici existimant. Nunc autem S. M. Kuczyński in orientalibus Poloniae s. X finibus has arces iacuisse existimat: Premislia ad San, Bełz, Busk, Gródek ad Wereszyca flumen, Peremyl ad Styr et Łuck in Volhynia (*Początki Państwa Polskiego* t. I p. 246).

<sup>10</sup> Castrum Czerwień ineunte medio aevo conditum, unum ex eiusdem nominis castris nunc a quibusdam historiae peritis in pago Czerniejów, qui ab oppido Chełm inter orientem et meridiem spectat, situm esse demonstratur.

<sup>11</sup> De Radymicze gentis origine cf. Lib. I adn. 5 et 9 p. 121. Geminum apud Długossium nomen explicari nequit.

#### Pagina 200

<sup>1</sup> Qui pontifices Romani hoc ordine enumerandi sunt: Leo VIII, Benedictus V, Ioannes XIII. Ioannes XIII Narniensem dioecesim (in Umbria) antea gubernavit.

<sup>2</sup> Sedes archiepiscopalis brevi tempore Cracoviae fuit, postquam metropolis Gnesnensis (1038–1039) disturbata erat. Unicus archiepiscopus Cracoviae Aaron fuit.

<sup>3</sup> Tempus obitus Prohor ignoratur. Qui archiepiscopus numquam fuit.

<sup>4</sup> Prokulf, Proculfus — episcopi nomen in antiquissimo episcoporum Cracoviensium catalogo notatur. Dubitari tamen potest, an vere exstiterit.

<sup>5</sup> Quae omnia usque ad verba: „se suscepturum promisit” ex *Powieść wriemiennych let* hausta sunt.

#### Pagina 201

<sup>1</sup> Basilius Bulgaroktonos imperator Byzantinus (976–15 XII 1025).

<sup>2</sup> Constantinus VIII supradicti frater et potestatis imperatoriae socius de nomine, imperium annis 1025–1028 nactus est.

<sup>3</sup> Olga — cf. adn. 8 p. 122.

<sup>4</sup> Calamitates hic enumeratae ad Poloniam non spectant et e chronicis Germaniae exscriptae sunt.

#### Pagina 202

<sup>1</sup> Cf. adn. 2 p. 195. In qua narratione plura ex Cosmae chronicis (mediante Pulkava), ex S. Adalberti vita, ex *Hist. Bohemiae* Aeneae Sylvii sumpta sunt.

<sup>2</sup> Stracikwas — Christianus cf. adn. 4 p. 182.

#### Pagina 203

<sup>1</sup> Clarum illud ordinis S. Benedicti monasterium tituli SS. Bonifacii et Alexii, Romae in Aventino, ubi S. Adalbertus annis 989–992 commoratus est.

<sup>2</sup> Radzim-Gaudentius, S. Adalberti frater, cf. adn. 1 p. 180.

<sup>3</sup> Mescio II ex Emnildi, tertia Boleslai Chrobry uxore procreatus, tertius Boleslai filius.

<sup>4</sup> Korsuñ — nomen Ruthenum antiquae Graecorum in Chersoneso Taurica coloniae, quae Chersonesus appellabatur. Vladimirus Magnus Chersonesum Graecis post 988 a. restituit. Quae Dlugossius scripsit *Powiest' wriemiennych let* atque alia opera secutus.

#### Pagina 204

<sup>1</sup> Chersonesi episcopus, qui Vladimirus baptisavit in *Powiest' wriemiennych let* Anastasius appellatur. In aliis autem chronicis alius locus affertur, quo Vladimirus baptisatus sit, neque tempus baptismatis idem traditur (988 vel 989). Quod baptisma Dlugossius a. 990 fuisse scripsit.

<sup>2</sup> Quae omnia ex his hausta sunt operibus: e *Chronica monasterii* in Brunwillar, e *Chronica regia Coloniensi* et e chronicis Martini Oppaviensis; e quibus mendosissimam computationem temporum exceperit; quae enim hic sub a. 991 ponuntur ad a. 965–984 referri debent.

<sup>3</sup> Arx Romana ad Tiberim antiqua moles Hadriani.

#### Pagina 205

<sup>1</sup> Cf. adn. 2 p. 199.

<sup>2</sup> Oppidum in Italia, quod a Neapoli inter septentriones et orientem positum est.

#### Pagina 206

<sup>1</sup> Caeso (Dietrich) Metensis episcopus.

<sup>2</sup> Otto II mortuus 7 XII 985 a.

<sup>3</sup> Otto III non Romae sed in Germania electus est 25 XII 983.

<sup>4</sup> Henricus Rixator, Bavariae princeps, Ottonis III pueri tutelam sibi vindicavit, imperium ipse haud dubio occupaturus.

<sup>5</sup> Ezzo (Ehrenfried, Herenfried) Lotharingiae palatinus circa 954–1034.

<sup>6</sup> Quae hoc loco de baptisate a Ruthenis suscepto, de destructione idolorum atque de primis ecclesiis aedificatis narrantur, e chronicis: *Powiest' wriemiennych let* potissimum sunt hausta. E quibus Dlugossius quaedam ad verbum exscripsit, quaedam vero immutavit emendavitque.

#### Pagina 207

<sup>1</sup> Primitiae: primi fructus, qui ex more antiquissimo Deo offerebantur.

<sup>2</sup> De Vladimiri Magni filiis cf. adn. 2–7 p. 192 et adn. 1, 3, 5,7 p. 193.

<sup>3</sup> Stanislaus Vladimiri Magni filius in *Powiest' wriemiennych let* occurrit, in aliis vero chronicis idem filius Mstislaus (Mścislaw) vocatur.

<sup>4</sup> Pozwizd Vladimiri Magni filius, Luceoriensis princeps. Sudislaus (Sudislaw) frater eius, Plescoviae princeps, obiit a. 1055.

#### Pagina 208

<sup>1</sup> Libice castellum et oppidum ad fluminis Cydlina ostium a Praga inter septentrionem et occasum solis spectat, X saeculo familiae Slaunicidorum principatus caput.

<sup>2</sup> Sobiebor S. Adalberti frater, e caede in Libice superstes, in Poloniam profugit. Occidit a. 1004 Pragae in bello a Boleslao Chrobry cum Bohemis gesto.

<sup>3</sup> De Spicimir S. Adalberti fratre deque reliquis tribus eius fratribus hic enumeratis nihil certi afferri potest. Zawisza a Dlugossio excogitatus esse videtur.

<sup>4</sup> In Cosmae chronicis quinque S. Adalberti fratres nominati sunt inter quos Porej — Zawisza tamen deest.

<sup>5</sup> A Porej S. Adalberti fratre gens Polonica Różyce — Poraje originem suam duxisse tradebatur. Quod Dlugossius in opere suo *Insignia seu clenodia inclyti Regni Poloniae* scripsit. Porej tamen in Libice occisus est atque gentis pater esse non potuit.

#### Pagina 209

<sup>1</sup> De caede stirpis Slaunicidorum et de Libice excidio Cosmas, Lib. I c. 29 et Pulkava scripserunt. Castellum Libice biduo (27–28 IX 995) expugnatum et dirutum est.

<sup>2</sup> Quo tempore Villigis (975—1011) Moguntiae archiepiscopus fuit.

<sup>3</sup> Gregorius V (Bruno, 996–18 II 999) Ottonis III consanguineus.

#### Pagina 210

<sup>1</sup> De S. Adalberti somnio e *Passione s. Adalberti* c. XII haustum.

<sup>2</sup> Ioannes XIII papa mortuus 6 IX 972. De quo iam supra diximus.

<sup>3</sup> Benedictus VI papa exeunte a. 972 pontificatum assecutus, mense Iulio a. 974 mortuus est.

<sup>4</sup> Primus Vladislaviensis episcopus Swidger nomen habuit cf. adn. 5 p. 180.

<sup>5</sup> Hoc loco non nisi de fundatione monasterii monialium ordinis S. Norberti in Strzelno agi potest, quam Dlugossius false primo Vladislaviensi episcopo attribuit.

<sup>6</sup> Secundus Vladislaviensis episcopus Warner fuit (circa 1148).

#### Pagina 211

<sup>1</sup> Adalbertus in Hungaria non nisi in a. 995 esse potuit.

<sup>2</sup> Tempus obitus Proculfi episcopi ignoratur.

<sup>3</sup> Lambertus I, Cracoviensis episcopus, Gomponi successor, a. 1030 mortuus est. Qui Boleslai Chrobry filius fuit, idem fortasse, atque eremita e stirpe Piast in S. Romualdi eremo in Pereo.

#### Pagina 212

<sup>1</sup> Ignotus.

<sup>2</sup> Donus II papa an vere vixerit, incertum est.

<sup>3</sup> Quae de his principibus narrantur, ex Ptolomaei de Lucca opere sumpta sunt.

<sup>4</sup> Bonifacius VII (Franco diaconus papae), mense Iunio 974 electus et statim expulsus, postea ab a. 984 ad Iulium mensem a. 985 regnavit.

<sup>5</sup> Benedictus VII papa, Sutriensis episcopus (974–985).

<sup>6</sup> Rupertus — Moguntinus non Guesnensis archiepiscopus fuit. Mortuus 13 I 975 a.

<sup>7</sup> S. Adalbertus nec unquam Gnesnensis archiepiscopus fuit neque ex Rózyce — Poraje stirpe originem duxerat.

Pagina 213

<sup>1</sup> Parva ecclesia tituli S. Adalberti in foro urbis Cracoviae Romano structurae genere erecta eo loco, quo S. Adalbertus verba ad populum fecisse traditur.

Pagina 215

<sup>1</sup> Romowe — Pruthenorum metropolis fabulosa in Nadrovia sita. De moribus, cultu gentili atque de nomine Romowe a Roma deducto, Dlugossius e chronicis Nicolai Jeroschini hausit (*Scriptores rerum Prussicarum* t. I, Lipsiae 1861, Lib. III, 5).

<sup>2</sup> Summi Pruthenorum pontificis nomen Crive a baculo recurvo (kriwula), quod concilii convocandi insigne fuit, fortasse est deducendum.

Pagina 216

<sup>1</sup> Prusias II rex Bithyniae (192–148 ae. a.). Quae parva regio in ora Ponti Euxini et Propontidis sita postea provincia Romana fuit.

<sup>2</sup> Hannibal (247–183 ae. a.) ad Zamam victus, ad Prusiam regem confugerat et postea perterritus, ne Romanis extraderetur, veneno hausto mortem sibi intulit.

<sup>3</sup> Locus e Valerii Maximi opere: *Facta et dicta memorabilia* 3, 7, 6 sumptus.

<sup>4</sup> Nomina gentium Graecarum omnibus nota. Attici — Athenienses, Athenarum incolae.

<sup>5</sup> Ossa cf. Lib. I adn. 18 p. 77.

Pagina 217

<sup>1</sup> De martyrio S. Adalberti Dlugossius scripsit, vitas viri sancti a S. Brunone de Querfurt et Ioanne Canapario scriptas, atque deperditam *Vitam S. Adalberti*, miracula S. Adalberti et chronica monasterii in Brunwillar secutus.

<sup>2</sup> Locus ignoratur. S. Adalbertus vel in Sambia, eo loco, ubi postea pagi Tennkitten et Lochstaed siti erant, vel ad Elbingam vitam posuisse traditur.

<sup>3</sup> Benedictus Italus ordinis S. Benedicti e S. Romualdi in Pereo ad Ravennam monasterio paulo post in Poloniam venit et in eremo ad Mederecium (Międzyrzecz) vitam duxit. Ibi una cum quattuor sociis a latronibus 11–12 XI 1003 a. trucidatus est. Qui quattuor socii antea S. Adalberti comites non erant; sed Dlugossius hic usus est Bohemicis fontibus quibusdam multo post s. XI compositis, fortasse etiam *Passionis S. Adalberti* codicibus certis. Quinque Fratrum Eremitarum cultus in Polonia et in Bohemia inde a XI saeculo divulgabatur.

<sup>4</sup> Matthaeus, Polonus, Izaae frater, monachus ex eremo Mederecensi, in martyrio, de quo supra, a. 1003 interfectus est.

<sup>5</sup> Ioannes Italus, Venetiis oriundus, monachus ex Pereo ad Ravennam, una cum supranominatis trucidatus.

<sup>6</sup> Isaac Polonus, Matthaei frater, eremita item in eremo ad Mederecium occisus.

<sup>7</sup> Christinus puer, coquus, in eodem eremo ad Mederecium interfectus. Quem ecclesia cathedralis Olomucensis patronum habet.

<sup>8</sup> Barnaba, Italus, Benedicti socius, bis in Italiam legationem obivit, ut de Quinque Fratrum cultu tamquam martyrum concedendo ac libere propagando ageret.

#### Pagina 218

<sup>1</sup> Diadema regium Boleslaus Chrobry non a Benedicto VII (qui a. 985 mortuus est) sed a Silvestro II postulavit.

<sup>2</sup> Non Lambertus episcopus sed abbas Astericus — Anastasius anno circa 1001 legatus Romam missus est, qui diadema regium Boleslao tribuendum a papa peteret. De missione Lamberti cf. *Chronica Polono-Hungarica* c. 5. — Geyza princeps Hungariae 1 II 997 a. decessit.

#### Pagina 219

<sup>1</sup> Astericus — Anastasius, S. Adalberti discipulus et amicus, monachus e monasterio in Aventino, abbas monasterii S. Martini in Monte Pannoniae (Pannonhalma), a. 1001 iter Romam susceperat, ut diademata regia Boleslao Chrobry et Stephano duci Hungarorum impetraret. Non tamen nisi Stephano ius insigne regium imponendi obtinuerat, a quo tempore in Hungaria mansit, archiepiscopus Strigoniensis factus. Hungari historiae periti Astericum et Anastasium duos viros fuisse putant. De Asterico cf. *Chronica Polono-Hungarica* c. 6 et W. Semkowicz, *Polski Słown. Biograf. t. I.*

<sup>2</sup> Cf. Vlg. Ezech. 43, 27 et passim.

#### Pagina 220

<sup>1</sup> Quae Dlugossius nusquam legisse potuit.

<sup>2</sup> Expeditionem in Chorvatas tum a. 993 factam esse in *Powiest' wriemiennych let* legitur.

<sup>3</sup> Polowcii alias Kipczacii loca deserta et late patentia in Ponti Euxini ora incolebant multaque cum ducibus Ruthenis bella gerebant. Saeculo XIII in Hungariam transmigrarunt, ubi Cumani vocati sunt.

<sup>4</sup> Trubież, antea Trubajło, a laeva in Dniepr ad Perejaslaw influit.

<sup>5</sup> Oppidum in Ukraina.

#### Pagina 221

<sup>1</sup> Boleslaus II Pius non anno 998, sed 7 II 999 de vita decessit.

<sup>2</sup> Venceslaus, Boleslai II filius, iuvenili aetate anno 998 mortuus est.

<sup>3</sup> Boleslaus III Rufus, princeps Bohemiae, 7 II 999–1002.

<sup>1</sup> Pieczeneği in Russiam incurrerunt et Vladimiro Magno cladem a. 996 intulerunt.

<sup>5</sup> Transfiguratio Christi 6 Augusti celebratur.

#### Pagina 222

<sup>1</sup> Andreas — Świerad, monachus eremita, Slovakiae patronus, Polonus origine (X–XI s.). Obiit in monasterio apud Nitram. Cuius nominis forma vulgo Polonice usurpata Żórawek fuit, in scriptis vero Hungaricis Zoroardus appellatus est.

<sup>2</sup> Benedictus, eremita et martyr, Andreae Świerad socius, in eodem monasterio monachus, postea, a latronibus interfectus. Tempus mortis ignoratur.

<sup>3</sup> Mons Ferreus nunc prope Pécsvárad. — Astericus — cf. adn. 1 p. 219.

<sup>4</sup> Mesco I non a. 999, sed 992 obiit.

<sup>5</sup> De Boleslai Chrobry natura ingenioque Dlugossius partim e Galli Anonymi chronicis repetiit, partim ipse confixit.

#### Pagina 223

<sup>1</sup> „Ingenium... versatile”, cf. Livius (XXXIX, 40) de M. Porcio Catone; cf. Madyda, op. c. p. 190.

#### Pagina 224

<sup>1</sup> Notitia haec in una ex vitis S. Adalberti legitur.

#### Pagina 225

<sup>1</sup> De S. Adalberto ex eius vitis atque ex opere cui *Miracula* inscribitur, sumptum est, quamvis quaedam hoc loco de Sancto viro allata in nullis Dlugossii fontibus inveniuntur.

#### Pagina 226

<sup>1</sup> Monasterium in Trzemeszno unum ex antiquissimis in Polonia, s. XI ad monachos ordinis S. Benedicti pertinuerat, s. XII in possessionem Canonicorum Regularium venit.

<sup>2</sup> Festum Translationis corporis S. Adalberti secundum calendarium Romanum 20 X celebratur, sed in scriptis quibusdam etiam alii dies notantur (6 XI).

#### Pagina 227

<sup>1</sup> De motu terrae et de cometa, quae sine dubio in Polonia non fuerunt, e *Chronographia* Sigeberti sumptum est.

<sup>2</sup> Benedicti VII papae hoc loco fit mentio, qui anno 983 decessit, regnavit novem annos.

<sup>3</sup> Ioannes XIV exeunte anno 983 electus, obiit 20 VIII 984 et antea Papiensis episcopus atque Ottonis II cancellarius fuit. Post cuius mortem Bonifacius VII Romam rediit, sed ne uno quidem expleto anno in carcere mortuus est.

<sup>4</sup> Ioannes XV papa origine Romanus, anno 985 electus, obiit mense Aprili 996 a.

<sup>5</sup> De Ioanne XV sine dubio hoc loco dicitur, successor eius enim Ioannes XVI nonnisi unum annum pontificatum tenuit.

<sup>6</sup> Gregorius V cf. adn. 3 p. 209.

#### Pagina 228

<sup>1</sup> Ioannes Crescentius patricius Romanus, Alberici filius, Ottonis III iussu detruncatus est.

<sup>2</sup> Ioannes XVI antipapa (Ioannes Philagathos Graecus de Rossano) Piacentinus episcopus, a Crescentio papa factus, ab Ottone III expulsus et mense Martio anni 998 in carcerem coniectus.



<sup>3</sup> Ottonis III temporibus rex a tribus viris, qui ecclesiasticos honores summos ascenderunt, diademate regio ornabatur. Collegium 7 electorum *Bulla Aurea* a Carolo IV a. 1356 promulgata firmatum est.

<sup>4</sup> Versus hic laudatus legitur apud Martinum de Oppavia (*Mon. Germ. Hist.* t. XXII p. 466) et in chronicis Rolevinci, quibus *Fasciculus temporum* inscribitur, quibusque etiam fabula de aquila inserta est.

#### Pagina 229

<sup>1</sup> De celeberrimo illo conventu Gnesnae a. 1000 (non 1001) habito Polonorum viri docti plurimum disputaverunt, Thietmari praecipue chronicis usi. Quae a Polonis exterisque auctoribus virisque doctis usque ad a. 1953 scripta sunt, M. Jedlicki collegit (*Kronika Thietmara*, Poznań 1955, p. 202–205., nuper tandem G. Dowiat, in opere *Chrzest Polski*, Warszawa 1960 illustravit. In conventu tamen describendo Dlugossius Gallum Anonymum et Chronicam magnam Polonorum atque *Miracula S. Adalberti* secutus, nihil retulit, quid conventus ille ad ecclesiam in Polonia constituendam conferret.

#### Pagina 232

<sup>1</sup> Quae vera coronatio, quam vocamus, non fuit; nam regium diadema Boleslaus non prius quam a. 1025 a Roma missum accepit; tum vero Poloniae dominus, amicissimo foedere cum Imperio coniunctus, agnitus est.

<sup>2</sup> Aquilae albae imago, quae Piastorum stemma erat, XIII iam saeculo in usum venit, cui alia quoque ornamenta a Piastis varias Poloniae regiones incolentibus appicta sunt. Quod stemma Polonorum, in Imperii Germanici dicionem redactorum, signum non fuit.

<sup>3</sup> Aquilam nigram Carolus Magnus statuit Imperii Romani insigne esse. Quod insigne inde a X saec. (Ottone II imperatore) imperatores Germanici sibi assumpserunt. Usque ad XIV saec. aquila nigra uno capite pingebatur.

#### Pagina 235

<sup>1</sup> Rixa, Richeza, Herenfriedi (Ezgonis,) Lotharingiae palatini et Mathildae, Ottonis III sororis, filia natu maxima, Mesconis II uxor, quae Polonia expulsa, monasterium in Brunwillar a. 1047 ingressa est, 21 III 1063 de vita decessit. Quae de ea Dlugossius scripsit, ex monasterii chronicis hausit.

<sup>2</sup> Herenfried cf. adn. 5 p. 205. Mathilda cf. adn. 4 p. 199.

<sup>3</sup> Lancea S. Maurittii, quae in ecclesiae cathedralis Cracoviensis thesauro asservatur, non est nisi lanceae Vindobonae in thesauro reconditae imitamentum. De quo dono ab Ottone III Boleslao collato historiae peritorum opiniones discrepant, cf. Jedlicki, op. cit. p. 52–53.

#### Pagina 236

<sup>1</sup> Errat Dlugossius, nam Ioannes XVI antipapa ab a. 997 regnavit. 1000 vero a. Silvester II papa iam fuit.

## Pagina 237

<sup>1</sup> Quod foedus a Polonis et Ruthenis factum, nobis ignotum est. Fortasse de tempore illo usque ad a. 1007 agitur, cum Rutheni et Poloni in pace vivebant.

## Pagina 238

<sup>1</sup> Nominis Stracikwas etymologia ficta esse videtur. Omnia de Stracikwas ex Aeneae Sylvii *Hist. Bohemiae* excepta sunt. In Cosmae chronicis nomen hoc in forma „Strahquaz” occurrit, quae vox „terribile convivium” significat.

<sup>2</sup> S. Adalberti in episcopatu successor non Stracikwas, sed Dydak episcopus fuit.

<sup>3</sup> Archiepiscopus Moguntinus tunc Villigis (a. 975–1011) fuit.

<sup>4</sup> Episcopatus Pragensis anno 976, archiepiscopatus vero s. XIV creatus est.

<sup>5</sup> Vrsoviciorum gens potentissima in Bohemia, s. X, quae in caede gentis Slaunicidorum primas partes egit, deinde ineunte s. XII omnis excisa est. Cuius gentis res gestae in Cosmae chronicis (Lib. I c. 56) nec non in Pulkavae chronicis afferuntur.

<sup>6</sup> Rawitarum stirps in Bohemia, de qua pauca nunc scimus. Ignoramus quoque e quo fonte Dlugossius de gente illa hauserit.

## Pagina 239

<sup>3</sup> De tempore obitus episcopi Jordani disputatur. Sunt qui putant a. 982 illum obiisse. Unger episcopus, qui ei a. 982 aut 992 successit, a. 1012 mortuus est.

## Pagina 240

<sup>1</sup> Otto III ex ulceribus obiit in Paterno arce, a Roma ad septentrionem sita, 24 I 1002. Crescentii coniugem viduatam ultionis causa imperatori venenum dedisse ex chronicis monasterii in Brunwillar ad verbum fere Dlugossius exscripsit.

<sup>2</sup> Heribertus Coloniensis archiepiscopus (999–1021).

<sup>3</sup> Augusta Vindelicorum (Augsburg) in Bavaria, loco quo Lech et Wertach confluunt, sita.

<sup>4</sup> Corpus Ottonis III Aquisgrani in ecclesia Sanctae Mariae 5 IV 1002 sepultum est, intestina vero eius Augustae Vindelicorum in capella S. Udalrici. — Aquisgranum (Aachen) urbs ad Rhenum flumen sita.

<sup>5</sup> Henricus II, princeps Bavariae, Henrici Rixatoris filius, Ottonis III successor, imperator Romanorum ab a. 1014, mortuus est 13 VII 1024. Diademate imperatorio ornatus est a Villigi archiepiscopo Moguntino. Quae ex *Chronico Universali* excepta sunt.

<sup>6</sup> Episcopatus Magdeburgensis a. 968 ab Ottone I fundatus est.

<sup>7</sup> Archiepiscopus huius nominis temporibus illis ignotus est. Quae fabula infra laudata in Theodorici Engelhusii chronicis (XV s.) invenitur.

## Pagina 241

<sup>1</sup> Klodzko — castrum X s., nunc urbs in palatinatu Vratislaviensi.

## Pagina 243

<sup>1</sup> Boleslaus Chrobry a. 1003 expeditionem in Pragam fecit.

<sup>2</sup> Gens Vrsoviorum cf. adn. 5 p. 238. Quibus temporibus stemmate in usu non erant.

<sup>3</sup> Kochan de gente Vrsoviorum Jaromirum principem vi rapuit atque Boleslao Chrobry tradidit (Cosmas, Lib. I c. 56).

<sup>4</sup> Jaromirus princeps Bohemiae, Boleslai II et Emmae filius (non vero Boleslai Rufi) a. 1004–1012 regnavit, obiit a. 1035.

<sup>5</sup> Udalricus supradicti frater, in Bavariam a. 1003 fugit.

#### Pagina 244

<sup>1</sup> Boleslaus III mense Februario a. 1003 in Polonia non in Bohemia excaecatus est. Obiit a. 1037.

<sup>2</sup> Hoc loco Dlugossius Cosmae chronicas laudat (Lib. I c. 34), quibus nonnulla Boleslai Chrobry temporibus gesta Mesconi I attribuuntur. Chrobry a. 1003 Moraviam occupasse videtur.

#### Pagina 245

<sup>1</sup> Quae calamitas naturae e chronicis (*Chronographia*) Sigeberti sub a. 1006 sumpta est.

<sup>2</sup> Chrobry aliquot tantum menses a. 1003 Bohemiam in sua potestate retinere potuit, Moraviam vero Mesco II circa a. 1030 amisit.

#### Pagina 246

<sup>1</sup> Henricus II rex in Germania a. 1002 electus est.

<sup>2</sup> Septem electores, qui eligendo regi Romanorum interfuerunt, iam ante s. XIII medium fuisse leguntur. Quorum ordo, magistratus ac honores a Dlugossio allati, a. 1356, nec prius, in *Bulla Aurea* statuti sunt. Quae Dlugossius hoc loco scripsit, e chronicis Martini Oppaviensis hausit.

#### Pagina 247

<sup>1</sup> Ioannes XVII „Secco” appellatus, origine Italus, a Iunio ad Decembrem a. 1003 papa fuit. Quae e chronicis Martini Oppaviensis et Ptolomaei de Lucca sumpta sunt.

<sup>2</sup> Quinque Fratrum historiam Dlugossius e S. Petri Damiani *Vita S. Romualdi*, e Cosmae chronicis, atque ex annalibus Polonis, *Vita Quinque Fratrum* neglecta, exceptit.

